6
37 -e
80

6
15 F
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-37-e-8
24-h-45
6-37-e-80
23

Digitized by Google

PETRI DE VINEIS
JUDICIS AULICI ET CANCELLARII
FRIDERICI II. IMP.
EPISTOLARUM

Quibus
Res geſtæ ejuſdem Imperatoris aliaque
multa ad Hiſtoriam ac Juriſprudentiam
ſpectantia continentur

LIBRI VI.

Novam hanc Editionem adjectis
variis Lectionibus
curavit

JOH. RUDOLPHUS ISELIUS JC.

Accedit
Simonis Schardii Hypomnema de fide,
amicitia & obſervantia Pontificum Romanorum erga Imperatores
Germanicos.

Tom. I.

BASILEÆ,
Sumptibus JOH. CHRIST, MDCCXL.

Viro Ampliſſimo atque Excellentiſſimo
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
HEINRICO CHRISTIANO SENCKENBERG,

Seren. Landgrav. Haſſo-Darmſt. Conſiliario Regim. & in Academia Giſſenſi Anteceſſori Celeberrimo

S. P. D.

JOH. RUDOLPHUS ISELIUS.

UT iſtas, quæ mea qualicunque cura prodeunt, *Petri de Vineis* Epiſtolas nomini Tuo inſcriberem, rationes bene multæ permoverunt. Operi equidem, quod à raritate haut minus quam utilitate commendatur, Patronum quærere, hautquaquam neceſſe videbatur. Neque ea arrogantiæ opinione laboro, uti quæ aut prorſus aliena, aut in quibus pauciſſima à me præſtita ſunt, mihi tribuere ſuſtineam. Quin potius, & adulandi ſtudium atque vanæ captandæ gloriolæ cupidinem à me multum abeſſe, Tibi plane perſuadeas velim: Verum hoc mei officii eſſe arbitratus ſum, uti à quo conſilium prodiit, ad eum redire fructum qualemlibet oportere exiſtimarem: Cumprimum enim Integerrimo Bibliopolæ edendarum

rum iſtarum Epiſtolarum Auctor fuiſti, & is hoc propoſitum mecum communicavit, indicabam latere Codicem MS. in Bernenſi Bibliotheca publica; ſimulque ea de re, pro noſtra inter nos amicitiâ, Tecum V. C. literis communicabam; Tu vero, quantâ tum celeritate, Vir ampliſſime, literis tuis me excitaſti, uti qua fieri poſſet diligentiâ, Codicem MS. conferrem ac varias ex eo Lectiones novæ Editioni ſubjicerem? Hæc cum à Te accepiſſem, veniebat in mentem Cel. *SCHMINCKIUM* Hiſtoriographum Haſſiæ pridem novam Editionem Epiſtolarum iſtarum meditatum fuiſſe, ut ex Bibl. Bremenſi T. VI. p. 194. apparet, eundemque lapidem volvere Cl. *JOH. GEORGIUM WERENBERGIUM*, Gymnaſii Equeſtris Luneburgenſis Præfectum, indicante *FABRICIO* in Biblioth. Med. & inf. Lat. L. XV. p. 836. Iterum ergo ad Te de his mihi ortis difficultatibus ſcribebam. Tu ilico bono me eſſe animo jubebas. Fore enim, reſcribis, ut Bibliopola citius Exempla noſtræ Editionis diſtrahat, quam aliquis ex Clariſſimis illis Viris novam paraverit: Quo audito, Bibliopola reluctantem me ac tantum non invitum, ad aggrediendum opus inſtigavit. Deerat exemplum, ad quod illud exprimeretur, nec utramque Editionem, quæ prodierat, conſequi licebat: Baſilienſem tamen à Schardio An. 1566. editam, quam, (quicquid ſcripſerit excerptor Collegii Hiſtorici à Cel. Gundlingio habiti) ab Ambergenſi An. 1609. edita, hautquidquam differre, ipſe Vir deſideratiſſimus, cum de iſta re inter nos ſermo eſſet, pridem confirmavit, Vir pl. Rev. atque Cl. D. *MELCHIOR HURTERUS* SS. Th. & Phil. Prof.

Schaff-

Schaffhuſ. pro ipſius humanitate ac rem literariam adjuvandi ſtudio ſingulari communicaverat; Ut Codicis vero MSti ex Bernenſi Bibliotheca publica uſus mihi præberetur, Viri Nobiliſſimi *AMADEI A DIESBACH*, Senatûs Supremi in Civ. Bern. membri, amici haut vulgaris, auctoritate ac benevolentiâ effectum eſt. Quod vero ad ipſum hunc Codicem MS. attinet, is minime eo tempore eſt exaratus, ut vel pro autographo haberi queat, vel ad quem cæteri Codices aut impreſſæ Editiones, ceu Digeſta ex Codice Florentino, emendari poſſe exiſtimem. Eſt enim, uti cuncta Criteria demonſtrant, Sæculo decimo quinto ſcriptus, nec ubique pari fide ac diligentia; quin deprehendi nonnunquam, ex accurata ejus collatione, abſurdas plane ac ridiculas lectiones occurrere, quas vel ideo præterire aut omittere religioni duxi, ne qua in re negligentiæ argui poſſem, atque uti ex collatione cum aliis codicibus MSS. loca obſcura, quorum inſignis ſane eſt numerus, aliqua ſaltem ratione emendari facilius queant; qua in re clariſſimis Viris, qui deinceps Editiones parabunt alias, id ſaltem officii præſtitiſſe me arbitror, ut quod ex collatione cum aliis codicibus haut certo aſſequi licebit, tamen ad veriſimilitudinem aut conjecturam deducere aliquam eo ipſis facilius ſit futurum. Illud denique prætermittendum minime eſſe videtur, reperiſſe me in iſto Codice, cæteroquin ſatis manco ac mutilato, utpote in quo plurimæ Epiſtolæ ſunt omiſſæ, aliquot novas, quas in hac, quam ſecutus ſum, Baſileenſi Editione fruſtra quæſiveris. Eæ vero ſunt Epiſtolæ tres poſt Cap. 37. Lib. II.

Expoſui breviter Inſtituti ac qualiſcunque laboris mei rationem. Neque enim animus fuit in his multum temporis terere, aut Commentarium ſcribere ac loca difficiliora illuſtrare. Eo tantum prodeſſe ſtudui, ut Hiſtoriæ, Jurispublici ac feudalis ſtudioſis, libellum haut ita obvium in manus traderem; Cum vero ad intelligendas haſce Epiſtolas haut parum conducat Friderici II. Imp. res geſtas penitius cognoſcere, eam ob cauſſam ejus hiſtoriam ex Collenutio translatam Schardius adjecit, cui ut plura addi potuiſſe ingenue fateor, ita falcem in hanc meſſem immittere mei inſtituti non fuit. De ipſo tamen Epiſtolarum Auctore, *Petro de Vineis*, Viro pro Eruditionis ipſius ac dignitatis gradu ſatis claro, qui ejus Epiſtolas edidêre plura non præfatos fuiſſe valde miror, quæ ego de ipſius ortu ac vitæ ratione invenerim prolixius deſcripta, quum cummaxime ad rem facere videantur, ea communicare Tecum conſtitui. Ac primum quidem Schardius, qui Trithemium de Scriptoribus Eccleſ. ſecutus, pauciſſima de eo adnotavit, idque ſolum agere videtur, ut demonſtret, *P. de Vineis*, Capuanum, non Suevum fuiſſe, cui, ut alii multi, ſic & Mallinkrot de Cancellar. p. m. 86. Lehmann Chron. Spirenſ. L. 5. c. 83 & Cel. Fabricius l. c aſſentiuntur. Verum is, quem Schardius citaverat Trithemii locus, non unicus eſt, in quo de *P. de Vineis* ille Auctor facit mentionem: prolixior ac luculentior eſt, qui apud eundem in Chronico Hirſaugienſi ad An. 1229. reperitur, ex quo verba referre haut pigebit: His temporibus claruit *Petrus de Vineis*, natione Teutonicus, patria

tria Suevus, Friderici II. Imperatoris Cancellarius, homo callidus & ſæcularis literaturæ non ignarus, qui ſcripſit ex perſona memorati Cæſaris Epiſtolarum volumen in ſex Libros diviſum, cujus prima Epiſtola ſic incipit: *Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium.* Scripſit & de poteſtate Imperiali librum unum. Si quid amplius edidit ad notitiam meam non pervenit. Fertur enim & alia quædam ſcripſiſſe. Hic Petrus Friderici partes etiam injuſtas contra Eccleſiam Romanam & ejus Pontifices temere & contumaciter defendens, tam in Concilio quam alibi etiam coram Papa, ſummis Eloquentiæ viribus, ſæpius excuſare conatus eſt illius adverſus Eccleſiam rebellionem, ut omnes, qui loquentem audierant, verteret in admirationem. Unde ferunt ad eum dixiſſe quadam vice, cum peroraſſet in cauſſa Cæſaris, Romanum Pontificem Gregorium IX. *O quantus eſſes fili, ſi te, ut Imperium, bene volentem haberet S. Eccleſia?* Poſtea vero indignationem Cæſaris, neſcio cujus facti ratione, incurrit: à quo erutis oculis in monaſterium detruſus eſt: ubi cœcus & miſer vitam agens in amaritudine cordis: quicquid in Eccleſiam peccavit vel Deum, longa ſatis afflictione compenſavit. Hoc opus eorum & præmium, qui aut Regibus deſerviunt ſeu blandiuntur contra S. Eccleſiam, aut Principibus, qui pauperes contra juſtitiam opprimunt, & veritatem Evangelicam contemnunt. Contigit autem poſt annos paucos, Imperatorem Fridericum denuo excommunicari à Papa, deſeri à Principibus & contemni ab externis, qui deſolatus atque deſertus à pluribus, cum ſumtus ad bellandum non ha-

 beret,

beret, inſuper excommunicatus à Papa etiam deponendum ſe ab Imperio propediem non dubitaret: ad conſilium Petri quondam Cancellarii ſui, de quo diximus, decrevit recurrere, quem in magnis & arduis negotiis ſibi noverat pluries quam oporteret conſuluiſſe. Venit igitur ad monaſterium ubi exoculatus ille manebat, & præmiſſis quæ animum lenire poterant exulceratum, veniam commiſſi furoris precatur inprimis: deinde ſic affatur Magiſtrum: *Nulla ſit Tibi memoria injuriarum precor amice, ſed concede mihi, quam non mereor, veniam male commiſſi: quoniam beneficiorum in te meorum pluralitate compenſabo deinceps, perpetuo impoſitam tibi notam cæcitatis. Scio te mihi utiliter poſſe conſulere, quo evadam celerius ex hac qua premor neceſſitate.* At vero Petrus, qui mentem ſuam vultus alacritate celabat: cum nihil magis quam vindictam animo revolveret; conſilium dedit Imperatori poſtulanti, ut de Monaſteriis & Eccleſiis vaſa tolleret aurea ſimul & argentea, quæ maxima & numero & pondere haberentur in regno, conflataque in monetam ſtipendio conduceret exercitus, atque ſuos omnes potenter invaderet adverſarios, humiliaretque rebellantes. Poſtea vero quando fortuna arriſerit melior, omnia redderet. Placuit Imperatori conſilium, & ſpoliatis per regnum Eccleſiis, Theſaurum incredibilem brevi tempore comportavit, & facta moneta, undequaque conduxit exercitum; Eccleſias regni omnes ſpoliavit calicibus, & quidquid in auro vel argento habebant, abſtulit: promittens ſingulis omnia ſe meliora redditurum, qui nihil penitus cuiquam reſtituit; ab eo autem tempore, quo de bonis Eccleſiæ conduxit

duxit

duxit exercitum, odioſus Deo & hominibus factus eſt, cœpitque in omnibus ſubito infortunari atque deficere, donec in Lugdunenſi Concilio per Innocentium Papam ab Imperio fuit depoſitus, & alius pro eo per principes electus: ipſe vero confuſus, deſolatus & contemtus. Verum Abbas Monaſterii, cum quo Petrus manebat, ut illum audivit Imperatori tale dediſſe conſilium, obſtupuit; & dixit ad eum: cum ſis vir prudens & Doctor juris omnium judicio præſtantiſſimus Petre: miror quod Imperatori tam iniquum & contra Deum & juſtitiam dediſti conſilium: cum ſcias, ſpoliare Dei Eccleſias graviſſimum eſſe peccatum. Cui Petrus de Vineis reſpondit: *Omnia quæ dicis, Pater, ſcio eſſe veriſſima, ſed alia quam tu putas eſt dati conſilii cauſſa; Imperator furore concitatus innocenti mihi oculos eruit, & nunc in extrema neceſſitate conſtitutus à me conſilium requiſivit; conſilium dedi: per quod oculos meos vindicavi; nam ſi conſilium meum ſecutus fuerit, ſi Eccleſias Dei ſpoliaverit, certus ſum quod vindicante Deo nunquam deinceps proſperabitur, in cunctis vitæ ſuæ diebus ſimul & operibus: ſed erit odioſus Deo & hominibus, infelix, miſer, infortunatiſſimus, & ſic vindicaverim oculos meos de Tyranno, cum meo conſilio in extremam devenerit egeſtatem.* Hucusque Trithemii verba; at quis non videt hominem in iſta narratione aliquid humani paſſum fuiſſe, ac non absque præjudicio loqui? multo æquius de Auctore noſtro judicat *Benevenutus de Rambaldis* Hiſtoricus atque Poëta celebris Seculi XIV. Is enim in Commentario quem ad Dantis Poëtæ Comœdias ſcripſit, tum de Imp. Friderico, tum de ejus Cancellario P. de Vineis per

totum opus late diſſeruit, cujus verba, quantum ad hanc rem pertinent, hæc ſunt: In Excerptis editis à Cel. Muratori Antiq. Ital. Med. Ævi T. I. p. 1051.

Ad Cant. XIII. Verſ. 31.

Allor porſi la mano un poco avante,
E colſi un ramuſcello da un gran pruno:

Et heic nota, quod erat heic incluſa anima magna viri magni. Ideo dat ſibi arborem magnam. Iſte etenim erat Petrus de Vineis magnus Cancellarius Friderici II. floridus dictator, de quo bene dictum eſt:

Hic redit in nihilum, qui fuit ante nihil.

Hic namque infimo genere ortus, puta ex patre ignoto & matre muliercula abjecta, quæ mendicando ſuam & filii vitam inopem miſere ſuſtentabat; tandem miſere poſt ſtudium literarum pauper à caſu perductus ad Imperatorem, Sacrum Palatium ingenio, & fortunâ dives incoluit; tantumque proceſſu temporis Imperiali favore, arte dictandi, & Juris Civilis peritiâ floruit, ut quaſi illo tempore non habuerit parem. Ex quo in oculis Imperatoris gratioſus & carus, magnæ Curiæ Protonotarius, Conſiliarius, Judex & Arcanorum conſcius eſt factus. Cujus ſingularis familiaritatis apud Imperatorem fuit hoc mirabile ſignum, quod in Neapolitano Palatio effigiatus erat Imperator & Petrus: unus in ſolio, alter in ſede: Populus autem ad pedes Imperatoris procumbens, juſtitiam in cauſis ſibi fieri poſtulabat his verſibus:

Cæſar, amor Legum, Friderice piiſſime Regum
Cauſarum telas noſtrarum ſolve querelas.

Impe-

Imperator autem videbatur dare tale reſponſum his aliis verſibus:

Pro veſtra lite Cenſorem Juris adite.
Hic nam jura dabit, vel per me danda rogabit:
Vinea . . . cognomen, Petrus eſt ſibi nomen.

Quum autem eſſet in tanto culmine conſtitutus, infamiam proditionis incurrit, ideo ab Imperatore carceri datus, ac cœcatus, deſperate vitam finivit. Et quia hæc infamia infidelitatis publica fuit, ideo bene Poëta inducit Petrum, petentem famam ſibi reddi, & rumpit parvum ramuſculum, ut faceret modicum damnum arbori, & tamen cum magno dolore patientis, unde ſtatim ponit effectum, ſcilicet querelam hujus ſpiritus incluſi dicens:

E'l tronco ſuo gridò, per che mi ſchiante?

Ad Verſ. 58.

Jo ſon colui, che tenni ambo le chiavi
Del cor di Federigo, ...

Heic Petrus de Vineis incipit ſuam narrationem, per quam primo deſcribit ſuam felicitatem, deinde ſuam infelicitatem. Et ad utriusque intelligentiam bonum eſt præſcire plenius, quis fuerit homo iſte & qualis ejus fortuna. Iſte ergo fuit Petrus de Vineis, famoſus Cancellarius Friderici II. qui fuit magnus Doctor utriusque Juris, magnus Dictator ſtyli miſſorii, curſivi, curialis. Et habuit naturalem prudentiam magnam, & laborioſam diligentiam in officio. Propter quod mirabiliter meruit gratiam Imperatoris, adeo quod ſciebat omnia ejus ſecreta. Et ejus conſilia firmabat vel mutabat pro libito voluntatis. Et omnia poterat quæ volebat. Sed nimia felicitas provoca-

vocavit eum in invidiam multorum & odium. Nam cæteri quaſi Curiales & Conſiliarii videntes exaltationem iſtius vergere in depreſſionem ipſorum, cœperunt conjuratione facta certatim accuſare ipſum fictis criminibus. Unus dicebat, quod erat factus ditior Imperatore. Alius quod adſcribebat ſibi, quicquid Imperator fecerat prudentiâ ſuâ. Alius dicebat, quod ipſe revelabat ſecreta Romano Pontifici & ſic de aliis. Imperator vero prædictorum ſuſpectus & crudelis fecit ipſum exoculari & bacinari & trudi carceri. In quo ipſe non valens ferre tantam indignitatem, quia

Quæ venit indigne pœna dolenda venit;

ſe ipſum interfecit. Et ſcribunt aliqui, quod Petrus, dum portaretur cum Friderico, eunte in Tuſciam ſuper unâ mulâ, ad civitatem Piſarum depoſitus apud Caſtellum Sancti Miniatis, percuſſit caput ad murum & mortuus eſt ibi. Alii tamen dicunt, quod Petrus ipſe ſtans in Palatio, quod habebat valde altum, in Capua patria ſua, præcipitavit ſe de alta feneſtra, dum Imperator tranſiret per viam. Sed quicquid dicatur, credo, ut jam dixi, quod ſe interfecerit in carcere, quia non videbatur bene veriſimile, quod Imperator poſt cœcitatem duceret eum inutiliter ſecùm, aut quod dimiſerit eum in libertate ſua poſt cœcitatem, quia non erat cæcatus mente & potuiſſet ſibi cœcus multum nocere conſilio ſuo, ſicut Appius cœcus ſapientiſſimus Romanus nocuit Pyrrho infeſtiſſimo hoſti. Et breviter vult dicere, quod ipſe conſiderans, quod *pro præmio veræ virtutis incurrerat pœnam falſi ſceleris*, ſicut dicit de ſe Boëtius, in ſimili

ſimili caſu, ex ſumma indignatione ſe interfecit. Dicit ergo Verſ. 70.

L'animo mio per disdegnoſo guſto
Credendo col morir fuggir disdegno
Ingiuſto fece me contra me giuſto:

Quia ubi primo eram innocens, per impatientiam feci me nocentem. Quanto ergo melius & prudentius egit Boëtius, qui ſeipſum fortiter & prudenter conſolatus eſt in tanta indignitate?

Ad Verſ. 74.

Vi giuro, che giammai non ruppi fede
Al mio Signor, che fu d'onor sì degno.

Scilicet Friderico. Sed contra. Ipſe Petrus in quibusdam Epiſtolis, quas fecit de infelicitate ſua, profitetur ſe nocentem. Dico breviter quod illæ Epiſtolæ non fuerunt ſuæ; licet videantur habere conformitatem cum ſtilo ſuo. Et poſito quod fuerint ſuæ, hoc faciebat Petrus ipſe ad conciliandum ſibi gratiam Principis. Et quia dicit:

Che fu d'onor sì degno.

Contra. Fridericus ut dictum eſt Cant. X. fuit hæreticus, Epicuræus, excommunicatus. Quomodo ergo fuit honore dignus, quum honor exhibeatur in teſtimonium virtutis? Dico breviter, quod Fridericus, ſicut & omnis dominus, eſt dignus honore, non ratione virtutis, ſed dignitatis, quia dominus repræſentat perſonam totius multitudinis, & honor ſibi exhibitus redundat in honorem communitatis. Ideo bene dicit Apoſtolus: Servi ſubditi eſtote

eſtote dominis etiamſi diſcolis. Fridericus autem fuit ſumme glorioſus inter Principes modernos. Nam à Carolo Magno citra non fuit alius Imperator Romanorum magnificentior aut potentior eo. Fuit enim Imperator Romanorum, Rex Alamanniæ, Rex Siciliæ & Apuliæ, Rex Hieruſalem, Dux Sueviæ, magnamque partem Syriæ tenuit. Fuit multum formidatus à Chriſtianis & Sarracenis mari & terra. Habuit inclytam prolem, ſcilicet Henricum primogenitum, qui fuit claudus corpore, ſed integer mente. Habuit Conradum pulcherrimum. Habuit Manfredum liberaliſſimum & Entium ſtrenuiſſimum. Multa & magna Caſtella fecit, præcipue in Apulia. Fuit Fridericus ſtaturæ communis, facie lætus, colore ſubrufus habens membra quadra. Naturaliter prudens; ſatis litteratus: univerſalis in omnibus rebus. Erat enim peritus artifex omnium fere artium Mechanicarum, quibus animum intenderat. Multarum linguarum doctus. Scivit enim multa idiomata, ſcilicet Latinum, Teutonicum, Gallicum, Græcum, Sarracenicum. Strenuus in armis, ſatis liberalis. Rigidus punitor. Delectabatur valde aucupio Falconum, ſed multo magis amplexibus mulierum. Habebat enim ſemper gregem pulcherrimam. Et ut breviter dicam. Totus terrenus, magis cupidus Regni mundani quam cœleſtis. Qui imperavit annis XXX. & vixit annis LVII.

Ad Verſ. 76. & ſeqq.

Et ſe di voi alcun nel mondo riede
Conſordi la memoria mia . . . .

Heic

Heic nota, Lector, quod Auctor bene ſervavit promiſſum Petro, quia bene reſuſcitavit bonam famam mortuam, purgatâ infamiâ. Quia donec liber iſte vivet, ſemper dicetur, quod Petrus iſte fuit injuſte infamatus & injuſte punitus. Et credo quod auctor non fecerit hoc contra conſcientiam; quia ultra famam & ſcripturam aliquorum, habebat conjecturam veriſimilem. Nam Fridericus II. filium ſuum primogenitum ſimiliter innocentem & falſo crimine proditionis infamatum fecit mori in carcere ſuo. Unde debes ſcire quod Henricus primogenitus Friderici operante patre electus Rex Romanorum, ex conſcientia cœpit cum humilitate & reverentia rogare patrem, ut ceſſaret à turbatione Eccleſiæ, quæ ipſum pupillum educaverat & promoverat ad culmen totius Imperii. Et cum precibus nihil efficere poſſet, cœpit eum etiam juſte increpare, ut eum ab obſtinata pertinacia revocaret. Fridericus autem accenſus indignatione & ira, cœpit ſuſpicari ne filius faceret conſpirationem cum Eccleſiâ contra ſe. Et impoſuit ſibi falſo, quod iſte Henricus voluerat ſibi ſurripere regnum Siciliæ, dum ipſe iret ultra mare in Syriam. Et breviter ipſum captum tradidit carceri cum duobus filiis, ubi inter catenas & multa incommoda mortuus eſt. Alii tamen ſcribunt, quod Fridericus pœnitentia ductus miſit pro filio, ut conciliaret ipſum ſibi. Sed Henricus, dum duceretur in via, timens, ne pater crudelius tractaret eum, cujus crudelitatem jam ſatis fuerat expertus, præcipitavit ſe ſimul cum equo de quodam ponte, ſive ſaxo, & ſic infeliciter expiravit. Quod ſi verum

eſt,

eſt, patet, quod Henricus eſt ſimiliter cum Petro de Vineis arborificatus in iſta ſylva. Et ſi Fridericus ipſe innocentem filium falſo infamatum damnavit, quanto magis eum Cancellarium bene de ſe meritum? Jure igitur Fridericus alium filium invenit crudelem in morte ſua, qui tam crudelis fuerat in primum, Mithridatis Regis exemplo.

Hæc ſunt, Vir Eximie, quæ de inſtituto meo ac Auctoris haut contemnendi vita ac fatis ad Te referre conſtitueram. Vale, Vir Ampliſſime, ac rem Literariam, quod facis, quam diutiſſime orna.

Dabam Baſileæ Kalendis Octob.

CIƆ IƆCC XXXX.

VIRTU-

VIRTUTE, ERUDITIONE AC pietate clariſſimo, WOLFFGANGO HALLERO, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Secretario, Domino & amico ſuo obſervando,

SIMON SCHARDIUS D.
S. P. D.

NOn adeo judiciorum ſeculi hujus inſcius ſum, HALLERE *clariſſime! quin perſpiciam, pleroſque de publicatione Epiſtolarum Petri de Vineis, nomine fortiſſimi Imperatoris Friderici* II. *ſcriptarum, ita ſenſuros, omitti eam, quam adornari, ſatius fuiſſe: quod non tam elegantia ſermonis, quam inſectatione Pontificum Romanorum inſignes ac commendabiles eſſe videantur. Etſi autem fatear, non eam in hiſce ſermonis Latini puritatem ac venuſtatem conſpici, quæ vel in Ciceronis, vel aliorum præſtantium virorum hujus ætatis Epiſtolis inveniatur: tamen aliæ honeſtæ ac graves cauſæ me commoverunt, ut de iis in lucem proferendis cogitarem.*

Si etenim iſti hominum generi, ſtudium quorundam in conſervandis ac conquirendis reliquiis, vel exuviis eorum,

qui ſanctitatis opinione excelluere, minime improbatur: cur non germanæ ac veræ præſtantium virorum reliquiæ, nimirum ſententiæ de religione, aliisque rebus utilibus, errorum reprehenſiones, vitiorum inſectationes ac piæ admonitiones conſervari, & ad poſteritatem transmitti deberent: quum hæ ex Spiritu ſancto animos piorum agitante profectæ, tanto cæteris rebus caducis atque terreſtribus ſint precioſiores, quanto plures in ſe utilitates habent? Initio namque hujus generis ſcripta, optimi maximi Dei bonitatem ac miſericordiam erga Eccleſiam ſuam oſtendunt: qui, ne ingruentibus erroribus, vel falſis doctrinis graſſantibus, ea in errores pertracta, funditus interiret, ſed ſeptem millia piorum Baali genua non inflectentia retineret, ſingulis temporibus vel Prophetas, Doctores ac Evangeliſtas, vel alios pios viros excitavit, qui erroribus atque mendaciis reſiſtentes, vitia taxarunt, ac pio & intrepido zelo veritati teſtimonium tulerunt.

Ac ſi id unquam alias retroactis temporibus, ſub tyrannica Pontificum Romanorum dominatione accidit: certe temporibus Friderici hujus id factum fuiſſe, veriſimile eſt. Nam quæ de Synagoga Romana optimi herois Friderici II. *ſententia fuerit, hæ Epiſtolæ luculenter oſtendunt: cum Pontifices gregis Dominici lupos rapaces, patres doli, viros ſanguinum, amatores ſchiſmatum, pacis æmulos, lapides offenſionis, denique Antichriſtos aperte nominat. Ac quam eorum autoritas tunc temporis in Italia, Gallia, Germania, aliisque locis exigua fuerit, inde colligere licet, quod tam multi per Friderici concionatores ac Valdenſium doctrinam crediderint, Romam eſſe Babylonem, ac meretricem illam magnam, Papamque ipſiſſimum Antichriſtum: ut per Cyril-*

lum

hum quendam Græcum, Carmelitarum præſidem generalem, Apocalypſin Johannis ex Eccleſia tollere, & in ejus locum aliam ſubſtituere conati fuerint: quam impoſtor ſceleratiſſimus, Dei ipſius digito ſcriptam, ſe è cœlis accepiſſe, de futuro Eccleſiæ ſtatu, commentus eſt. Ut ergo in cæteris operibus Deus, bonitatem ac dilectionem ſuam erga Eccleſiam agnoſci ac prædicari vult: ſic eam quoque ex hujusmodi monumentis agnoſcamus, eique pro benignitate in conſervanda Eccleſia toto pectore gratias agamus.

Porro ex hujusmodi ſcriptis multi boni, qui ex ſimplicitate in tenebris ignorantiæ captivi detinentur, non parum juvantur, cum vident, papiſticas fraudes, deceptiones atque nequitias, non recens cœpiſſe notari; ſed & ante hanc ætatem fuiſſe, qui Romaniſtarum impoſturis animadverſis, eos exagitare, proſcindere; & damnare ſint auſi. Ducentis & ſexaginta abhinc annis has Epiſtolas ſcriptas fuiſſe conſtat: at quam inſignia Pontificum ac Cardinalium facinora hic recenſentur? & quam præclaris eulogiis ſanctiſſimi patres à Friderico ornantur? Quod ſi quis hodie Pontificum vitia taxet, eorumque ſcelera ſuis coloribus pingat, id novum, vel potius Lutheranicum eſſe neceſſe eſt: at id exemplo ſuperioris ætatis minime carere, hæ Epiſtolæ liquido probant.

Quid, quod hujusmodi ſcripta ad interruptionem diuturnæ poſſeſſionis, quam in pleriſque commentis ſeu traditionibus ſuis prætendunt, ac veluti caput Gorgonis objiciunt, non parum momenti habent? Cum etenim ex doctrina Juriſperitorum conſtet, vel per atteſtationem, vel contradictionem, poſſeſſionis vel quaſi ex tempore, ut ipſi loquuntur,

 tur,

tur, cauſatæ interruptionem, ita induci, ut quis malæ fidei poſſeſſor conſtituatur: quomodo in plerisque ſe multorum annorum diuturna præſcriptione tuebuntur, quam ſæpius complurium ſcriptis, non ſecus ac per executoris conventionem interpellatam eſſe conſtat. Gloriatur iſta ſuperbiæ mater, ad ſe pertinere Imperatoris Electi confirmationem, & depoſitionem: perinde ac ſi filius Dei *Apoſtolis miniſterio docendi commiſſo, ipſis ſimul orbis dominium tradiderit: nec ſatis ſit confirmatus, qui legitime electus ſit. At Fridericus talem Pontificis poteſtatem nunquam agnovit. Nam etſi ad Pontificem, de jure & more majorum, Imperatoris conſecrationem pertinere non diffiteatur: non magis tamen ad eum Imperatoris depoſitionem ſeu remotionem pertinere contendit, quam ad quoslibet Regnorum Prælatos, qui reges ſuos conſecrant, & inungunt. Sic & autoritatem indicendi* Concilii, *quam hodie Pontifices violenter uſurpant, in tantum Pontifici adimit, ut ſibi, Imperio & terræ principibus indecentiſſimum judicet, cauſam ſecularium poteſtatum Eccleſiæ foro vel judicio Synodali ſubjicere. Quod ſi non alia cauſa eſſet, veterum ſcripta conſervandi: an non hæc ſola ſufficere poſſet, ut Pontifices malæ fidei poſſeſſores, in præſcribendis Imperii juribus conſtituerentur?*

Sed & alia utilitas minime contemnenda in hiſce Epiſtolis eſt: quod ſcilicet in eis, ut & aliis ejus generis monumentis, varia hiſtorica extant, quæ alicubi non facile inveniuntur: ita ut nobiliſſimi ſuperioris ac noſtræ ætatis hiſtorici, Theodoricus Niemus, Nauclerus, & alii, non tantum in deſcriptione rerum Friderici, ſed & aliis, eas citarint. Quare etiam clariſſimus hiſtoricus atque poeta Johan-

Johannes Cuſpinianus, ſub finem vitæ Friderici, opus hoc Epiſtolarum his verbis prædicat: Non contemnendus (inquiens) eſt perſpicaciſſimus ille Jureconſultus, Petrus de Vineis, Friderici Imperatoris magiſter Epiſtolarum: qui præter alia ingenii ſui monumenta, ſex Epiſtolarum libros à ſe ſcriptos reliquit, quibus Friderici res geſtæ vere deſignantur: licet Innocentius *Pontifex Romanus Apologeticos libros contra hunc ſcripſit, ut Cæſarem adverſarium ſuum omnibus reddat odioſiſſimum.*

Ut autem hæc utilitas non exigua eſt, maxime hiſtoriarum ſtudioſis: ſic & alia huic accedit, quod in hiſce Epiſtolis, præcipue autem tribus poſterioribus libris, perſpici poteſt, quæ forma Friderici temporibus in negotiis Cancellariæ & Cameræ (ut vocant) expediendis ſervata, & quales utrique præpoſiti fuerint: cujus rei cognitio, præterquam quod liberalis eſt, & animos in officiis iſtis verſantium de rebus multis inſtruere ac commonefacere poteſt.

Poſtremo, cum res geſtæ præſtantiſſimi atque fortiſſimi Imperatoris Friderici Secundi, ab aliis Pontificiis ſcriptoribus vel livore corruptæ, vel odio ſuppreſſæ, vel ignorantia præteritæ, à Petro de Vineis, qui omnibus ejus conſiliis & actionibus interfuit, hic vero ſtylo deſcriptæ contineantur: debetur id nomini ac meritis incomparabilis Herois ab omnibus literarum ſtudioſis, ut Pontificiorum ac Italorum mendaciis, quæ de eo ſparſere, neglectis, res ejus geſtas ex veris Hiſtoriarum monumentis cognoſcant. Hic ſiquidem divinus Heros, tanto favore, tantaque benevolentia ſtudioſos eſt proſecutus, ut ſingularibus eos privilegiis, Codici Juſtinianæo adhuc inſertis, donarit: eorumque ſtu-

dia, inter maximos labores bellicos propenſiſſime juverit, curans ex Græco atque Arabico optimos quosque autores in eorum commodum converti. Quæ ergo ingratitudo eſſet, res tanti Herois, quo nullus multis ſeculis, de literis earumque ſtudioſis præclarius eſt meritus, interire: inque earum locum falſa atque conficta Pontificum, eorumque adulatorum mendacia, ſubſtitui permittere? Non hanc gratiam Pierides ſuis patronis referre conſuevere, nec tam turpis ingratitudo in literarum ſtudioſos cadere debet. Ac ut in eo quod mei officii fuit, utcunque me præſtitiſſe autumo: ſic optarim alios, cognitione rerum, quæ in hiſce Epiſtolis deſcribuntur, debitam optimi Imperatoris manibus gratiam perſolvere: tunc haud dubie, me ſuſcepti laboris atque conſilii minime pœnitebit.

His ergo, quas dixi, cauſis adductus, ſex Epiſtolarum Petri de Vineis libros, nomine Imperatoris Friderici ſcriptos, in lucem eruere atque proferre volui, ſperans hanc operam meam bonis ac piis probatum iri, aliorum judiciis neglectis: quod nihil tam bene dici, tam caute ſcribi, vel tam honeſta ratione ſuſcipi poſſit, quod eorum malevolæ reprehenſioni ac ſycophanticis calumniis non ſit obnoxium. Quid autem in hac editione præſtiterim, ii cognoſcent, quibus Epiſtolæ hæ manuſcriptæ viſæ fuerint. Nam cum earum quatuor exemplaria habuerim, ita mendoſe ac mutilate pleraque ſcripta fuere, ut niſi clariſſimi Viri ac Jureconſulti celeberrimi, JOHANNES FICHARDUS, & NICOLAUS CISNERUS, *pro ſua inſigni humanitate, mihi ſua exemplaria communicaſſent, meis longe emendatiora, ſæpius nullum ſenſum elicere licuiſſet. At*

eorum

eorum diligenti collatione cum meis id factum ſpero, ut verus Epiſtolarum ſenſus à quolibet, non penitus hebete, percipi queat.

Tibi vero, mi clariſſime HALLERE, *hos libros Epiſtolarum peculiariter inſcribere volui, quod fortiſſimi Imperatoris Epiſtolas, à magno Cancellario ſcriptas, nemini rectius, quam tibi, dedicari poſſe ſtatuerem: qui apud tres maximos ac præſtantiſſimos Imperatores Secretarii munere, in arduis negotiis Imperii functus, non exiguam fidei, dexteritatis, atque prudentiæ laudem es conſecutus. Gloria* CASPARI SCHLICKIO *datur, quod trium Imperatorum continuata ſerie Cancellarius fuerit. At tanto tibi virtutis ac dexteritatis teſtimonium illuſtrius erit, initio Maximo* CAROLO V, *deinde juſtiſſimo* FERDINANDO, *jam* MAXIMILIANO II, *prudentiſſimo Imperatori, in maximis ac graviſſimis Imperii cauſis à ſecretis fuiſſe: quanto horum actiones, rebus Cæſarum Schlickii, difficiliores, ac illi hiſce omni virtutum genere præſtantiores fuere. Quare cum hoc mecum conſiderarem, has Epiſtolas cum nominis tui mentione publicandas exiſtimavi. Acceſſit deinde, quod cum aliquot annis familiaritas inter nos fuerit, talem candorem, ſinceritatem, fidem atque conſtantiam in te expertus ſim, ut tua in me benevolentia, ad teſtificationem mutuæ voluntatis me impulerit. Etſi autem eam aliis rebus, quam dedicatione harum Epiſtolarum declarari maluiſſem: tamen eam tibi minime ingratam fore confido: quod in hiſce Epiſtolis veſtigia earum rerum contineantur, quæ animos noſtros*

conjunxere, & in poſterum (Deo volente) in mutua amicitia conſervatura ſpero. Te quam rectiſſime vivere & valere opto: ac ut hanc compellationem, pro noſtra amicitia, æqui bonique conſulas, oro. Baſileæ,

XVI. *Martii, Anno*

1566.

DE

DE VITA PETRI DE VINEIS.

PEtrum de Vineis Johannes Trithemius, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Teuthonicum fuiſſe ſcribit: adductus fortè ratione cognominis, quod à Vinea celebri Sueviæ monaſterio, non procul à Ravenſpurgo ſito, illi impoſitum eſſe videtur. Alii vero, & mea quidem ſententia, rectius, Italum, & quidem Capuanum fuiſſe ſentiunt: moti authoritate Epiſtolæ 45, quæ de laude ipſius, libro Epiſtolarum tertio continetur. Sed ſive Germanus ſive Italus fuerit, vir doctrina, ingenio ac eloquentia, ſua ætate, omnium ſcriptorum teſtimonio, præſtantiſſimus fuit. Quare Fridericus, ejus nominis ſecundus, eo Cancellario electo, in rebus difficillimis atque graviſſimis eius opera eſt uſus: eique muneri dum præfuit, hos ſex libros Epiſtolarum ex perſona ſui Imperatoris conſcripſit: & Apologeticum de poteſtate Imperatoris & Papæ, quem Innocentius Tertius refutaſſe ſcribitur, edidit: & Friderico à Gregorio Nono Pontifice excommunicato, orationem de Anathemate & Romana eccleſia, in die glorioſæ reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Patavii habuit. Cæterum cum totum fere terrarum orbem nominis ſui fama compleviſſet, Friderico in Victoriæ obſidione à Parmenſibus victo, proditionis in dominum agitatæ, ut Collenutius ſcribit, inſimulatus, vitæ exitum triſtiſſimum, planeque tragicum ſortitus eſt. Comprehenſo ſiquidem Imperator Miriati oculos erui juſſit. Unde ipſe

conſcientiæ ſtimulis agitatus, nec ſine luminibus vivere ſuſtinens, ſibimetipſi mortem in publico omnium conſpectu conſcivit: hoc fine ſuo inſigne imbecillitatis humanæ naturæ exemplum præbens: quæ tanta eſt, ut & virtus, cujus, juxta Sophoclem, *βέβαιαι εἰσὶν αἱ κτήσεις*: quaque nihil ſtabilius vel firmius cenſetur, ab ea victa, vel languefieri, vel penitus extingui ſæpius conſpiciatur. Ut cum in aliorum, tum vero in Themiſtoclis, Pauſaniæ & Manlii Capitolini exemplis patet, qui rebus pro patria præclare geſtis, tandem virtutis ſuæ laudem turpi ad hoſtes defectione, & perverſis machinationibus in patriam, obfuſcarunt. Hoc itaque agnoſcentes, à filio Dei aſſiduis votis & gemitibus conſilia noſtra regi, noſtramque infirmitatem divino auxilio juvari petamus. Sine hac namque nec ſumus, nec poſſumus quicquam.

Etſi autem nec in Friderici Imperatoris factum, tale in Petrum Cancellarium exemplum ſtatuentis, nec in hujus innocentiam, de qua exigua argumenta apud Hiſtoricos extant, diligentius inquiro: tamen minime ab hiſtoria utriusque alienum fuerit meminiſſe, ſæpe etiam viros fide & innocentia præſtantes, gratia regum ac Principum, quam ſibi benefactis peperiſſent, minima occaſione lapſos, atque in falſam ſuſpicionem vocatos, vitæ periculum ſubiiſſe: ut omnium gentium hiſtoriæ id abunde teſtantur.

Quantus vir Parmenio apud Alexandrum fuit, tamen optimus ſenex tam de patre, quam filio rege præclare meritus, cum filio Philota miſerabiliter necatur?

Euſenidem tanta apud Ptolemæum regem gratia florentem, ut nihil ad eam accedere poſſe putaretur, rex cum muliere à ſe adamata colloquentem deprehendens,

ante

ante ædes ejus venenato poculo extinctæ ſtulta Zelotypia ſuſpendi jubet.

Alcimenides referente Plutarcho, Pannonianum in tantum faſtigium evectum, ut ſolus regni negotia, magno cum Reipub. commodo atque honore adminiſtraret, locum venationis, ibi, ubi ipſe aſſereret eſſe negantem, præcipiti ira accenſus, eodem ductum capite truncat.

Philippus rex Macedonicus, Aratum Sicyonium, virum ſapientia, juſtitia ac moderatione inſignem, cujus conſilio multa præclare geſſerat, una cum filio veneno tollit.

Valentinianus Imperator Aetium præſtantiſſimum ducem, cujus opera ingentes Attilæ copias in campis Catalaunicis profligarat, falſa ſuſpicione motus interimi curat.

Et quas Juſtinianus in celeberrimum ſui temporis ducem Belliſarium cauſas ſævitiæ alias, præter falſas ſuſpiciones habuit, cum eum poſt devictos Vandalos ac Perſas omni dignitate oculisque privatum, ad ſtipem mendicandum compulit?

Juſtinus quoque Juſtiniani ſucceſſor, non aliis cauſis quam falſis ſuſpicionibus, inductus, Narſi Perſamenio ſummo duci, cum Italiam ſedecim annos magna dexteritate rexiſſet, Imperium abrogat, durius cum ipſo acturus, ſi ad penſa in gynæceo abſolvenda redire, quam Neapoli privatus vivere maluiſſet.

Prætereo hic libens Sejanum, Paulianum, Cleandrum, Eutropium, & alios, quorum prior apud Tyberium, alter

ter apud Severum, tertius apud Commodum, ultimus apud Theodoſium ſecundum, Imperatores, ſumma gratia atque potentia cum valuiſſet, omnes inconſtantiæ fortunæ aulicæ, magis divino judicio, quam Imperatorum ſuorum culpa, peſſimi ſycophantæ, exemplum fuêre. Sed priorum fortuna, quæ innocentia probata, ac cum ingratitudinis aulicæ exemplo conjuncta eſt, ob oculos propoſita, agnoſcamus, Pyndarum Pythiorum hymno quarto, veriſſime ſcripſiſſe: hoc fere accidere viris de Repub. benemeritis, ut pro beneficiis peſſimam gratiam auferant; cum ut idem alibi inquit, antiqua gratia facile dormiat, & homines ſint immemores: ſimulque recordemur, potentum familiaritatem periculoſiſſimam. Quia cum velint excellere & coli, nec quiſquam adeo circumſpectus & cautus ſit, ut non interdum aliquid dicat, aut faciat contra eorum voluntatem, facile offenduntur, & offenſi ſpe & opinione multorum, citius cupiditati vindictæ frenos laxant. Imo, quemadmodum in vulnere prius apparet ſanguis, quam plaga: & quemadmodum prius emicat fulgur, quam tonitru audiatur. Ita ex ſententia Plutarchi, apud Tyrannos, hoc eſt, (interprete Eraſmo) Principes fere omnes, prius erumpit condemnatio, quam probatio, & periit delatus prius quam coarguatur. Unde veteres Græci, referente Suida, rectiſſime præcepêre: Ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς, Majorem vitato virum. Et Salomon Proverb. cap. 23. Idem admonens inquit: Cum ſedes ut comedas cum potente, ſis cautus, & ponas cultrum in gutture tuo, ut ſerves animam tuam. Et idem non ſine gravi cauſa dixit, iram regis, nuncium eſſe mortis. Extant quoque ea de re aliæ admonitiones hinc inde, inter quas præ cæteris Ovidii non tam poeticæ quam politicæ mente tenendæ ſunt cum ſcribit:

Dulcis

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

Item alibi:

Uſibus edocto ſi quicquam credis amico,
Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes prælustria vita:
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,
Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.
Effugit hybernas demiſſa antemna procellas,
Lataque plus parvis vela timoris habent.
Aſpicis ut ſumma cortex levis innatat unda,
Cum grave nexa ſimul retia mergat onus.

Nec illa Senecæ præclara ſententia omittenda eſſe videtur:

Stet quicunque volet potens,
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar ocio.
Nullis nata Quiritibus,
Ætas per tacitum fluat.
Sic cum tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies,
Plebejus moriar ſenex.

Illi

Illi mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus.
Ignotus moritur ſibi.

Et quidem hæc ita vera ſunt, ut qui velit hujus commonefactionis exempla, non ſolum ea in hiſtoriis ſuperioris ætatis facillime invenire, ſed & ad aulas potentiores oculos circumferens viva exempla intueri poſſit. A quorum commemoratione cum ob alias cauſas, tum vero & hanc libens abſtineo: quod ea plures offendi, quam inconſtantiam fortunæ aulicæ oſtendi, verear. Ideoque ea omiſſa, vice colophonis Plutarchi ſententiam in vita Arati ſubjicio, omnibus gratia & authoritate apud magnates florentibus perpetua memoria tenendam. Amicitiæ (inquit) regum ac tyrannorum ferventes ac repentinæ ſunt, & ardore quodam amoris ſubito incenduntur: ſed labefactari expugnarique facile poſſunt, & veluti ventis invidiæ, atque flatibus calumniæ aſſidue agitantur. Nec minus eleganter quam vere graviſſimus autor, & præſtantiſſimus hiſtoricus Polybius, ſub initium libri quinti in hiſtoria Apellis hac ſententia utitur: Βραχεῖς γὰρ δὴ πανὺ καιροὶ, πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι: μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις; ὄντως γὰρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις, ἐκεῖνοὶ τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν, ἄρτι χαλκοῦν καὶ παραυτίκα τάλαντον ἴσχουσιν: οἵτε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ το τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι καὶ παραπόδας ἐλεεινοὶ γίνονται. Id eſt: Quam parva temporis intervalla homines in excelſo faſtigio collocant? & eosdem rurſus ad extremam miſeriam ac calamitatem redigunt? atque eos maxime qui in aulis principum vitam agunt? Hi etenim ſimiles ſunt ſuffragiis, quæ in

publicis conſiliis dari ſolent. Nam ut illic pro eorum qui conſulunt, voluntate, quæ modo ænea fuerunt, mox aurea dantur, ita qui regias principum ſequuntur, pro regis voluntate nunc beati, mox miſeri fiunt. Et de his ſatis.

FINIS VITÆ PETRI DE VINEIS.

Digitized by Google

FRIDERICI JUNIORIS, HUJUS NOMINIS SECUNDI Imperatoris vita, ex hiſtoria Neapolitana Pandulfi Collenutii,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Converſa à SIMONE SCHARDIO *LL. Doctore.*

HEINRICO Sexto regi Neapoleos atque Siciliæ defuncto, filius Fridericus, nominis ejus ſecundus, ſub cura & adminiſtratione matris degens ſucceſſit: quæ mariti exequiis Panormi peractis, filium Fridericum, qui apud ducisſam Spoletanam educaretur, ad ſe traduci, eumque nondum tres annos egreſſum, regem Siciliæ utriusque inungi curavit, nomine ipſius regni adminiſtratione cum tutela asſumpta. Verùm talis gubernatio motuum diu expers eſſe non potuit. Nam vix anno à morte Heinrici transacto, Marquardus quidam, quem Heinricus rex ducem Ravennæ & Marchionem Anconitanum conſtituiſſet, ab Innocentio Tertio pontifice ejectus, verbis alumnum atque tutorem Friderici profiteri, re autem ipſa viam ad regnum occupandum affectare cœpit: Apulis partim dolo

Marquardi rebellio: fuit vero ei cognomen Anviler.

& fraude, partim vi ad ſuas partes pertractis.

Conſtantiæ mors. Quò Conſtantia animadverſo, eum hoſtem regni declaravit, omnibus regni ſubditis ut talem eum habeant præcipiens. Sed rebus regni jam ita turbatis, accidit ut Conſtantia adverſa valetudine correpta, ex mortali vita ad cœleſtem migraret, filio Friderico trienni Innocentii pontificis & ſedis Apoſtolicæ tutelæ commiſſo.

Fridericus tutelæ pontificis committitur. Pontifex haud gravatim tutela regii pueri ſuſcepta, initio Girhardum ſancti Adriani, poſtea Gregorium de Galgano S. Mariæ in porticu, Cardinales legatos in Siciliam dimiſit: qui nomine ipſius regni gubernationi præfuere: idque fide optima. Tentabat interea Marquardus pontificem corrumpere, eumque in partes ſuas pertrahere, ei viginti millibus unciis auri, cum homagio (quod vocant) oblatis: ac ne id ei facienti prætextus deeſſet, maxime regis & regni tutelam adminiſtranti, onus probandi in ſe recepit, Fridericum ex Heinrico & Conſtantia non eſſe prognatum, ſed ſubditicium atque ſuppoſitum. Verùm à ſpe conatuque depulſus

Marquardus inglorius moritur. eſt pontifex, namque ea perfidia reprobata, eum vi armiſque regno expulit: ita ut unà cum regni affectati ſpe, nominis quoque ipſius fama evanuerit, atque extincta ſit.

Philippus Sueviæ & Hetruriæ dux, patruus Friderici, & tutor, in hoc rerum diſcrimine rebus nepotis nihil auxilii adferre potuit. Quòd cum Imperii principes, poſt mortem Heinrici de eligendo novo Imperatore diſſentientes: hi Otthoni Quarto duci Saxoniæ,

papæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

papæ & regis Angliæ favore nitenti: alii Philippo, regis Galliæ auxilio ſuffulto, ſuffragia contuliſſent: ipſe majoribus negotiis diſtineretur, & tandem poſt multa prælia atque incommoda fortunæ gravioris, proditoriè ab Otthone de Wittelſpach trucidaretur. Interea itaque dum rex ſub adminiſtratione vicarii & legati Apoſtolici eſſet, Marquardus è regno pelleretur, ac Philippus in Germania occuparetur, motus novus memoratu digniſſimus in regno Neapolitano exoritur, modo ac ratione ſequenti.

Cædes Philippi Imperatoris, ducis Sueviæ.

Sibylla, mulier ex genere Tancredi Normanni orta, mater Guilhelmi Caſtrati, quam ſuperius cum filio in Germaniam relegatam oſtendimus, Heinrico Sexto defuncto, interim dum & imperium & regnum Neapolitanum diſſenſionibus agitaretur, ex cuſtodia elapſa, unà cum filia ad pontificem venit: cumque oſtendiſſet, regnum Siciliæ omnis juris ac æquitatis ratione ad filiam ipſius, per ſucceſſionem Tancredi & Guilhelmi ſpectare, ſubſidium pro filiæ elocatione, & regni recuperatione petiit papa, virium ſuarum tenuitate ac infirmitate ad tantæ rei confectionem prætenſa: eam ut in Galliam contenderet animavit, ad hoc omni ope ac opera promiſſa. Cum itaque Sybilla in Gallias appulſa, Philippo regi cauſam adventus, & pontificis conſilium expoſuiſſet: ille, regni proceribus Meluni ad Sequanam convocatis, Sibyllæ cauſam propoſuit, ac fortunam periclitaturo ſubſidium liberale atque conveniens pollicitus eſt.

Pontificia fides erga pupillum.

Gualtherus Brennenſis.

Erat inter alios proceres eques Campanus, genere, nobilitate ac animo major quam divitiis, Gualtherus baro Brennæ, oppidi in comitatu Barri, ad amnem Ariham, filius Gerhardi comitis Brennæ, & frater Johannis Brennenſis, ejus qui poſtea rex Hieroſolymitanus factus eſt, cujusque forte mentio deinceps fiet. Hic tantæ rei mole ſuſcepta, & ſibi deſponſa filia Sibyllæ natu majore, à rege Galliæ viginti mille libras Parrhiſienſes in ſubſidium accepit: ac cum ſexaginta equitibus, & quadraginta aliis miniſtris ſtabulariis in Italiam ad pontificem profectus, ab eo opem auxiliumque, vigore promiſſionis ſocrui factæ, petiit. Cui pontifex, cognito quot homines ſecum duceret, reſpondit: Hunc numerum longè minorem eſſe, quam qui tribus millibus equitum exercitatiſſimorum opponi poſſit. Ei verò reſpondenti; ſe plus fiduciæ in Deo & æquitate cauſæ, quàm in numero hoſtium reponere: papa, qui Germanos ægerrimis atque moleſtiſſimis oculis in regno videret, ait, ut divino auxilio fretus in hoſtes tenderet, Deum etenim ei minimè defuturum. Ac ſtatim nunciis & literis ad omnes regni principes miſſis, eis ſub pœna excommunicationis præcepit, ut Gualtherum regem reciperent: ipſeque literas pontificales ſubſecutus, liberè in regnum Capuam usque nemine obſtante pervenit, civitatibus atque caſtellis quibusdam deditione receptis. Cæterùm alii, qui ipſum dominum averſarentur, numero circiter ter mille, Capuæ eum obſederunt. Ipſe itaque, qui ultra ducentos equi-

tes

tes non haberet, maxima parte ipſorum in oppidis partis diſtributa, eruptionem in hoſtes faciens, multos nobilium partim cepit, partim occidit. Inter quos fuerunt Comes Caſertanus, Soranus, Celanenſis, Aquinas & Severinas, cum multis aliis proceribus regni.

Victoria Gualtheri.

Ab hac victoria multi procerum cum Gualthero pacem fecere: & ipſe, quo res ſuas firmaret atque muniret, quandam ſuarum neptium nomine Margaritham, Bernhardo comitis Petri Celanenſis filio in uxorem tradidit. Ac mox in Apuliam transgreſſus, multa loca transactione obtinuit: & quosdam primatium congregatos propè Barletam in fugam compulit, ita ut plerique ipſorum de compoſitione cogitarent: qui fuere, Johannes comes Tritarici, cui Gualtherus uxoris ſororem elocavit: altera quadam nomine Conſtantia, Petro Ziano Venetiarum duci decrepito, poſt mortem prioris uxoris deſponſata, qui ex ipſa prolem maſculam atque femellam ſuſtulit.

Itaque Gualtherus non tantum Apuliæ & Terræ Laboris majore parte, ſed & autoritate ſingulari parta, ſtatuit ire ad opprimendum debellandumque comitem Diepoldum Germanum, quem ſuperius diximus fuiſſe præfectum gubernationi Apuliæ ac Terræ Laboris ab Heinrico, propterea quòd primo conflictui ad Capuam facto interfuiſſet.

Diepoldus invaditur.

Cæterùm Diepoldus ſentiens, ſe non inſtructum iis viribus ac copiis, quibus Gualthero occurreret, quibusdam locis ratione qua poſſet meliore munitis, Sarnum ſeſe recepit,

cepit, unà cum comite Godfrido: ibique copias collegit.

Gualtherus cognito quòd Diepoldus ſeſe Sarni muniiſſet, eò cum exercitu contendit, eumque longa & arcta obſidione preſſit. Qua de cauſa Diepoldus ſe in anguſtias redactum eſſe, potentiamque Gualtheri indies augeri conſpiciens, quaſi deſperatus extremam fortunam experiri ſtatuit: & quodam mane eruptione cum centum equitibus, totidemque peditibus facta, caſtra hoſtium adortus, Gualtherum in lecto adhuc jacentem deprehendit, qui cum clamore ac ſtrepitu excitatus ſeſe armare, ac jam brachia manicis capiti ſuperinductis inſerere vellet, funes tentoriorum præfecti capiti ejus inciderunt, manicis itaque nondum indutis involutus, & caſu tentorii obrutus, in manus hoſtium venit. Nam cum exercitus, qui ipſum cæſum exiſtimabat, fugæ ſe daret: Diepoldus ex occaſione tentorio detecto, eum unà cum aliis cepit, atque Sarnum in cuſtodiam transmiſit, cubiculario Reinaldo Senenſi ei appoſito, uno captorum cum ipſo: ac medicis Salerno accerſitis, in eo curando nihil diligentiæ prætermiſit.

Gualtherus capitur.

Porrò Gualthero ea ratione capto, Diepoldus quodam die viſendi gratia eum accedit: & à multis hinc inde ſermonibus habitis, ei dimiſſionem ex carcere, regnique deditionem ea conditione pollicetur, ut ſibi ſtatus quo fungeretur, ſub fide homagii, quam offerebat, confirmaretur.

Gallica ſuperbia atque ferocia.

At

At Gualtherus, qui elatiore animo eſſet quàm præſens tempus ferret, intempeſtivè reſpondet: neque potentiam, neque honorem tantum in toto inveniri terrarum orbe, quæ è manibus tam vilis & abjecti hominis, qualis ipſe eſſet (Diepoldum intelligens) recipere dignaretur.

Diepoldus itaque non injuſta indignatione ad hæc verba accenſus, cum fortè gladiolum ſcriptorium ad ungues prædicendos in manibus haberet, eo faciem Gualtheri transverberavit, hac addita voce: Quem de te, ô improbe atque ſceleſte, facis? quò hæc tua rabies atque ſuperbia tandem evadet? in mea poteſtate ac manu cum ſis, ecquid injuriam mihi inferre non vereris? Verùm, hanc magno tibi conſtituram, re ipſa experiere.

Quapropter Gualtherus ita mente permotus eſt, ut veſtibus atque panniculis, quibus ejus vulnera obligata erant, dilaceratis, inteſtina quoque quæ è corpore per vulnera effluebant, diſrumperet; dicens: ſe amplius in tali miſeria vitam minimè tracturum: & obſtinatione rabioſa, medicationem, cibos & potum reſpuens, quarto die animam exhalavit, per ſtultitiam ac inſolentiam regno ac vita privatus. Nec quenquam ex ſe reliquit, quàm uxorem & filium: qui poſtea ei in comitatu Brennenſi ſucceſſit. Diepoldus his rebus geſtis, quaſi dominus & adminiſtrator regni Neapolitani remanſit: donec Fridericus, ætate adulta & corroborata regni gubernacula ſuſcepit.

Gualtheri mors rabioſa.

Verùm enimvero nec comite Gualthero extincto, pax regno ſtabilis, vel admodum diuturna fuit: diſcordia quidem, quæ inter Otthonem Saxonem, & Philippum patruum Friderici in imperio arſerat, ſopita, atque Otthone ſolo Imperatore. Is Romæ ab Innocentio, anno 1209. coronatus eſt: fide pontifici de hoc, & inter alia data, ſe quas terras Eccleſiæ teneret, eidem reſtituturum, nec illi ullam moleſtiam illaturum.

Verùm ſtatim die coronationem ſequenti, promiſſi oblitus, contrarium facere cœpit. Nam terras Eccleſiæ ingreſſus, eas in poteſtatem ſuam redegit: & pontifice invito Romaniam, cum patrimonio Mathildis Salinguerræ Ferrarienſi, marchiam Anconitanam Azoni Aſtenſi, & ducatum Spoletanum cuidam Bertholdo capitaneo ſuo dedit. Poſtea regnum Neapolitanum invadens, præter alia loca & Capuam cepit: & ibi hyeme transacta, omnia ad Calabriam usque ſita occupavit. Quare Innocentius admonitione præcedente, eum anathemate notatum depoſuit, omnesque ab ejus obedientia & fide abſolvit. Pleriſque ergo, qui cum ipſo erant, maximè Landtgravio Thuringiæ, Saxoniæ duce, Bohemiæ rege, Moguntino ac Trevirenſi Archiepiſcopis ipſum deſerentibus, atque cum copiis ſuis per Alpes Germaniam repetentibus, ipſe quoque ab incepto deſiſtere, & in Germaniam redire coactus eſt.

Otthonis IV. in Germaniam reditus.

Otthone à conſortio Eccleſiæ excluſo, principes Germaniæ, qui Friderico in cunis jacenti fidelitatis jurejurando ad preces patris Hein-

Heinrici ſeſe obſtrixerant, regis Galliarum conſilio accedente, Fridericum juvenem optimæ ſpei ac indolis, ætatis 20. annorum elegerunt Imperatorem, eique legationem ſolennem miſere, quæ & cum pontifice de eo confirmando ageret, & Fridericum ad maturandum adventum pro imperio ſuſcipiendo excitaret.

Fridericus II. Imperator eligitur.

Legati fuere Heinricus de Niſen, & Anſelmus de Juſtingen, viri militares.

Erat Friderico uxor, regis Caſtiliæ ſoror, nomine Conſtantia, quæ affectione & ſollicitudine quadam conjugali, cum aliis optimatibus ſummopere eum à profectione in Germaniam avertere, ejusque propoſitum mutare contendebat. Sed Fridericus, qui animum generoſum gereret, & ex uxore jam filiolum nomine Heinricum ſuſtuliſſet, eo cum matre in Sicilia relicto, virili magnoque animo profectionem ſuſcepit: & conſilio cum Papa prius communicato, Genuam, ac inde honorifico & amplo comitatu inſtructus Papiam contendit, Mediolano tanquam domui Suevicæ infenſo deflectens. Ex Papia Tridentum usque, Papienſes & Cremonenſes eum fideliter deduxere. Inde verò per vias difficillimas & aſperrimas (quòd regio ab hoſtibus ejus occupata eſſet) in Germaniam ad Rhenum tranſiit: ibique terris Imperii acquiſitis, auxilio & ope regis Galliæ Otthonem adverſarium devictum, ad eas anguſtias compulit, ut in Saxoniam ſeſe recipere cogeretur, ubi inglorius obiit.

Rebus itaque in Germania compoſitis, Fridericus in Italiam rediit, & ab Honorio tertio pontifice incredibili pompa & congra-

tulatione coronatus eſt, in die S. Ceciliæ ſacro, anno 1220. Eam coronationem liberali donatione remuneravit, & inter alia comitatu Fundenſi Eccleſiæ perpetuo jure collato, promiſſionem, quam Aquisgrani de ſubſidio Terræ ſanctæ ferendo in prima coronatione feciſſet, confirmavit. Inde primogenitum filium Heinricum octennem, in Germaniam ablegari, atque Aquisgrani regem inungi curavit: eique nuptias Agnetis, filiæ Leopoldi Auſtriæ ducis, triennio poſt celebrandas pactus eſt.

Fundenſis comitatus Eccleſiæ donatur.

Ab hoc in regnum Neapolitanum ſe contulit: ac quia Richardus & Thomas Anagniæ comites, Innocentii Tertii fratres, qui oppida quædam in regno tenebant, Otthonis partes ſecuti, inſcio pontifice conſilia de regno Imperatori auferendo, nefaria conſilia agitarant, ipſos punire ſtatuit. Unde Sora cum arce capta, Richardum inde ejecit, eumque Capuæ diu in vinculis tenuit: poſtea in Siciliam relegavit. Celanum quoque vi cepit, & ſolo adæquavit, comite Thoma pulſo: qui Romam confugiens, à Papa receptus eſt. Id quod Fridericus tam acri morſu doloris tulit, ut omnes incolas loci illius in Siciliam transferret. Deinde regno obito, Apuliam & Calabriam ad obedientiam redegit: ac rebus regni ordinatis in Siciliam trajecit, illam è manibus Sarracenorum erepturus. Valido itaque exercitu contra Mirabetum Sarracenum profectus, eum devictum in crucem adegit, & omnia Sarracenorum conventicula diſſipavit, ipſis partim in montes & loca deſerta,

Thomas Anagniæ comes à Papa recipitur.

partim

partim in regnum Neapolitanum diſperſis. Et tandem rebus Siciliæ conſtitutis, in Apuliam rediit. Lib. 2. ep. 13.

Dum verò in regno Neapolitano hæret, Honorius pontifex eum anathematis fulmine ferit, ac Imperiali dignitate privat: ex cauſa non plenè à ſcriptoribus commemorata. Blondus ſiquidem & Platina, in ſuis hiſtoriis nullam in ſpecie allegant: ſed ob malitiam, perfidiam & rebellionem Friderici, id ab Honorio factum eſſe, in genere dicunt. Epiſcopus verò Auguſtanus in hiſtoria Suevica refert, ſententiam privationis ob frivolas & leviſſimas cauſas in Fridericum latam: cui & alii ejus ætatis ſcriptores aſſentiuntur. Breviter, certam cauſam hujus cenſuræ mihi invenire nullam licuit. Hoc conſtat, Fridericum, cum præter meritum ita à pontifice ſe tractatum exiſtimaret, ab eo tempore parum Romaniſtarum amicitiæ vel fidei crediſſe. Quare ut in futurum rebus ſuis conſuleret, & animos regnicolarum naturâ novitatum avidos, & ad rebellionem propenſos, reprimeret, reliquias Sarracenorum, quos prius aſperrima perſecutione, hinc inde in montes & loca deſerta diſpulerat, contraxit: iiſque, ut Luceriam in Apulia dirutam reſtaurarent atque incolerent, permiſit. Quo facto, tantus numerus Sarracenorum eò confluxit, ut viginti millia armatorum ibi invenirentur, quorum opera Fridericus exindè in omnibus bellis eſt uſus: & Luceria in hunc usque diem Noceria Sarracenorum dicta, litera L in N mutata: idque ad differentiam alterius Noce-

Fridericus ab Honorio excommunicatur.

Noceria Sarracenorum.

Noceriæ, quæ eſt in Terra Laboris, propè Sarnum, nomen ſortita Paganæ.

Lib. 1. ep. 28. & 29.

Hæc dum in Italia gererentur, interea Soldanus Damiatam in Ægypto, & Hieroſolymam in terra ſancta, Chriſtianis oppreſſis, recuperat: ut in hiſtoria Orientali legere eſt.

Johannes comes Brennenſis rex Hieroſolymorum.

Quapropter Johannes comes Brennæ rex Hieroſolymorum pro auxilio obtinendo Romam venit, anno 1222. Et tantum effecit, ut Fridericus in gratiam pontificis reciperetur, quo eum auxiliatorem haberet: motus & potentia ejus, tunc omnium maxima, & fama inſigni de eo per totum terrarum orbem divulgata. Ac ut eum vinculo arctioris amicitiæ ſibi devinciret, ei filiam unicam, nomine Jolantam, Romæ uxorem dedit, & dotis nomine titulum & omne jus regni Hieroſolymitani aſſignavit. Ex quo ſecundum aliquos, omnes ſubſequentes Neapolitani reges, regni Hieroſolymitani titulum, verbis magis quàm re uſurparunt: nos tamen paulò inferius aliam ejus rationem exponemus. Promiſit ergo Fridericus in ſubſidium Terræ ſanctæ ire: & quamvis ob infirmitatem & alias cauſas ultra annum ejus profectio differretur: tamen anno 1227. maximis copiis collectis, Brunduſio ſoluit, iter in Orientem dirigens. Sed non admodum longè progreſſus, exercitum iis qui ei omnium maximè ducendo idonei videbantur, committit: ac ex itinere in Apuliam redit, qua de cauſa incertum eſt, (nam hiſtoriæ de ea variant) ſpem tamen nihilominus præbens in Syria degentibus, & omnibus eò tendentibus, ſe mox ipſorum

gratia

gratia ſubſecuturum, ipſisque cauſas reditus ſpecioſas allegans atque adducens.

Porrò cum Fridericus primò Brunduſio ſolveret, Honorius jam ſupremum vitæ diem morte confecerat. Ei ergo ſuccedens Gregorius Nonus, anno 1227. in menſe Martio, Fridericum promiſſæ in Syriam trajectionis admonuit: & nihilominus, ut Ricobaldus memoriæ prodidit, omnes vias affinitatis cum Friderici filiis conſtituendæ, eſt perſecutus, ad quam ipſi nulla ratione induci potuere. Quæ res non ſolùm prima diſcordiæ inter Gregorium & Fridericum videtur occaſio fuiſſe: ſed & una earum cauſarum, ob quas Fridericus de regni ſui ſtatu diffidens, & in regnum rediens, ibi diſſimulanter ſubſtitit. Gregorius itaque eo intellecto, cenſuraque Honorii contra Fridericum non tantum approbata, ſed & reiteratò geminata, ipſum anathematis fulmine notatum, imperii dignitate privavit: ac interea Jolanta, filio Conrado relicto, mortalem vitam Deo naturæque reddidit.

Gregorius Nonus Honorio ſuccedit.

Excommunicatio Friderici Gregorio reiteratur.

Mors Jolantæ.

Anno ſubſequenti, nimirum 1228. Fridericus cum ſtudio adimplendæ promiſſionis factæ, res ad profectionem neceſſarias ſic domi diſpoſuiſſet, ut omnium pontifex inſcius atque ignarus eſſet, ex Italia cum potenti exercitu movit: inque Cyprum, mox verò in Judæam pervenit, ibique tanta virtute & authoritate res adminiſtravit, ut Soldanus induciis petitis, ipſi Hieroſolyma cum toto regno Hieroſolymitano reſtituerit, paucis caſtellis exceptis. Quocirca in medio quadrageſimæ, anno

Fridericus rex Hieroſolymorum coronatur.

anno 1229. rex Hieroſolymitanus coronatus, civitatem Joppen, quæ hodie Zaffo dicitur, reſtauravit: eoque facto literas ac nuncios, pro recuperationis Hieroſolymorum, & pacificationis divulgatione in Occidentem, præcipuè verò ad Papam miſit, orans, ut, cum re bene geſta voto ſatisfeciſſet, anathematis vinculo exemptus, in gremium Eccleſiæ reponeretur.

Gregorius, cui felicitas Friderici minimè grata eſſet, id facere renuit, prætendens pacem ab ipſo utilitatis propriæ, non Reipubl. Chriſtianæ cauſa factam eſſe: & templum Hieroſolymitanum, in pacto induciarum Soldano relictum, quo Sarraceni in eo Mahumetem venerari & adorare poſſent. Ideoque non tantum abſolutionem illi denegavit, ſed & ex Lombardia & Romania ingenti exercitu coacto, quam militiam Chriſti appellavit, ei Thomam comitem Celanenſem, quem antè à Friderico pulſum oſtendimus, & Pandulfum de Savella cubicularium præpoſuit: atque effecit, ut Johannes rex Hieroſolymitanus, qui circiter hoc tempus ex Gallia venerat, ad trajiciendum in Syriam, unà cum aliis regnum Neapolitanum invaderet, id Eccleſiæ conquiſiturus. Pandulfus ergo caſtellum inſulæ in aditu regni ſitum, Johannes arcem montis Caſſini opera & proditione cujusdam Abbatis cepit: & tot regni oppida partim vi, partim deditione in ſuam redegerunt poteſtatem, ut quæcunque inter Romam & Capuam ſita ſunt, patrimonio Eccleſiæ, ſumma cum lætitia & gratulatione Papæ adjice-

Militia Chriſti nomine, re Sathanæ ac Antichriſti.

jicerent. Alteri exercitui cui comes Celanenſis præerat, Raynaldus Germanus, quem Fridericus regni adminiſtratorem reliquerat, & Anſelmus Guſtinus marcſchallus ejus, in marchia Anconitana ſeſe ad rigam Tranſonæ oppoſuere, eique tranſitum præcluſerunt. Ep. 30. lib. 1.

Fridericus cum hæc cognoſceret, ſibique præmia indigna à Romano antiſtite tribui exiſtimaret, in Syria ſuo Seneſcallo relicto duabus triremibus diſcedit, & ſumma celeritate in Italiam renavigat: & Brunduſii circiter finem Maji, anno 1229. appellens, Barlettæ tres ſeptimanas ad recolligendum ſeſe, ſubſiſtit. Mox deinde, conjunctis cum Conrado Guiſtardo duce Spoletano, quem obvium ibi habebat, copiis, Johannem, qui caſtrametatus erat Gajazzæ, pellit. Cumque jam in Germaniam pro evocando filio Conrado, & Leopoldo duce Auſtriæ miſiſſet, in Apuliam caſtris motis, omnia quindecim dierum ſpacio recuperat, excepta Cajeta, & arcibus S. Agathæ, & S. Benedicti, quæ tamen paulo poſt ejus ditioni ceſſère. Nec tantum iſta, ſed & victoriam ſequente cupiditate vindictæ, per Germanos & Sarracenos, quos Luceria exciverat, Beneventum, loca urbi finitima, patrimonium Petri, ducatum Spoletanum & marchiam Anconitanam, cepit. Etſi vero tam felici rerum ſucceſſu uteretur, nihilominus tamen ſuos legatos, archiepiſcopum Meſſanenſem, & magiſtrum ordinis equitum Teutonicorum ad papam miſit, qui de abſolutione & pace cum ipſo agerent. Id quod factum eſt. Nam cum Fridericus pedes Anagniam ſe

Fortè hic non Conrado, ſed Heinrico legendum.

Imperator pontifici reconciliatur, ſed

non antè quam uncias auri centum & viginti millia eccleſiæ Romanæ, ob illata damna perſolveret.

ſe contuliſſet, voce pontificis imperatoriæ dignitati reſtitutus, & poſt expiationem papalis prandii communione dignatus eſt. Hæc in annum triceſimum, atque triceſimum primum ſupra milleſimum atque ducenteſimum à Chriſto nato inciderunt.

Naucl. gen. 41.

Anno deinde 1232. cum Comitia Ravennæ indixiſſet & eò filium Heinricum cum univerſis principibus Germaniæ evocaſſet, eò in menſe Novembri maximo comitatu atque ſplendore venit, inter alia multis animalibus peregrinis & Italiæ inſuetis ſecum adductis, qualia fuere: Elephantes, dromades, cameli, pantheræ, leones, leopardi, falcones albi, bubones barbati, cum aliis rebus innumeris admiratione & ſpectaculo dignis. Sed tota hyeme fruſtra conſumpta, in ſtudio reducendi rebelles Mediolanenſes ad fidem, nec pontifice, prout Friderico ſpem fecerat, veniente, Ravenna abiit: & tranſiens per nobile & celebre Comacchium (quod ita cuidam nominare libuit) Loretum, & Chioggiam, Venetias pervenit: ibique ampliſſimis honoribus exceptus,

Lib. 3. ep. 5.

Aquileiam ſe contulit: ubi Heinricum filium, duces Auſtriæ, Saxoniæ, omnesque Germaniæ principes obvios habuit, comitiis indictis adfuturos. Solenni itaque curia Ravennæ habita anno 1233. per mare in regnum Neapolitanum rediit: atque inde in Siciliam tranſmittens, totam eam obiit, deque ſeditioſis atque rebellibus, maximè Meſſanenſibus pœna ſumpta ſtragem non exiguam edidit.

Lib. 2. ep. 6.

Rurſus anno 1234. Italiam petiit, atque rebus in Ducatu confectis Reatem venit, ubi

ſer-

ſermonibus cum pontifice communicatis, expeditioni transmarinæ, decennalibus induciis cum Soldano finitis, ſeſe addixit: ac inde in regnum unde venerat, rediit. Verùm certior factus Heinricum filium regem Romanorum, clam cum Longobardis contra ſe conſpiraſſe, anno 1235. è regno profectus, unà cum Apoſtolico & aliis multis legatis, cum Ariminum perveniſſet, omnes dimiſit: & navi conſcenſa in forum Julii contendit, & inde in Germaniam: ubi frequenti conventu acto, auxilio pontificis, qui ad principes Germaniæ pro ipſo ſcripſerat, Heinricum filium comprehendit, qui cuſtodiæ Sancti Felicis in Apulia datus, poſtea Coſentiæ hanc lucis uſuram reddidit. Ipſe, eodem anno, Iſabella regis Angliæ ſorore, per pontificis gratiam in uxorem ducta, quod ſanguine ei juncta eſſet, filium ex ea Jordanum Ravennæ ſuſtulit.

Heinrici filii in patrem Fridericum conſpiratio.

Lib. 3. ep. 6.

Poſthac anno 1236. Fridericus per Veronam in Lombardiam tranſiit: multiſque locis ſubactis, rebelles domuit: & favore operaque Salinguerræ, hominis in iis locis plurimùm valentis, Ferrariam ſibi adjunxit, quo partibus Cæſarianis non contemnendæ vires acceſſere: propterea quòd omnibus, ex Sicilia, regno & Romania Friderico contra Mediolanenſes in ſubſidium ituris, tranſitus per Ferrariam pateret: & poſt ejectionem ac mortem Salinguerræ, egregiam ipſi operam navarint Ferrarienſes, qui Salinguerræ partes ſecuti, & unà cum ipſo Ferraria expulſi, Mutinæ & Ravennæ exularunt: ita, ut paſſim eorum virtutem in epiſtolis ſuis prædicet.

Ferraria dedita Friderico.

Mediolanenſium clades ad Curtem novam.

Tandem anno 1237. in menſe Novembri, Mediolanenſes clade iſta memorabili affecit: ad Curtem novam. Nam cum Mediolanenſes ſe ibi ſuis confœderatis Brixienſibus, Placentinis, legato Apoſtolico, aliiſque conjunxiſſent, ipſe acerrimo prælio cum ipſis congreſſus, poſt egregia fortitudinis facinora edita, Lombardos confœderatos diſſipavit: Carocium Mediolanenſium, cum Petro Tiepolo patricio Veneto, ac ducis Venetiarum filio, Mediolanenſium præfecto ac duce, quem illi Poteſtatem vocant, cepit: eumque captivum in Apuliam transmiſit. Parta verò tam inſigni victoria, in modum ducis triumphantis Cremonam ingreſſus, Carocium ſecum duxit, in quo dux Mediolanenſium brachio & collo funibus ad lignum alligatus erat, vexillis Lombardorum convolutis, atque ſequentibus innumeris captivis. Trahebatur verò Carocium ab elephante caſtellum geſtante, in quo affabrè & artificioſè facto, tibicines reſidebant, unà cum Imperialibus vexillis explicatis, & loco maximè conſpicuo ſuffixis. Et his eum ad modum præcedentibus in ſignum victoriæ, Fridericus cum copiis ſuis ſequebatur. Fuit hæc tanta victoria, ut in quadam epiſtola tunc temporis de prælio commiſſo ſcripta, hæc verba inveniantur: Nec occiſis ſufficiunt ſepulturæ, nec Cremonæ palatia multitudinem capiunt captivorum. Nihilominus tamen ipſe Fridericus in quadam alia epiſtola, qua Papæ & Cardinalibus victoriam ſignificat, tum captos tum mortuos decem millium numero computari ſcribit.

Petrus Tiepolus Mediolanenſium dux.

Lib. 2. ep. 1. Item ep. 50.

Lib. 2. ep. 35.

Nunc

Nunc verò pro clariori noticia rerum commemoratarum, ſciendum eſt Carocium, quo eo tempore in Italia utebantur, fuiſſe genus carri, valde quidem amplum & à multis paribus boum trahi conſuetum, circumdatum undique gradibus ad modum tribunalis & ſuggeſtus, affabrè elaboratum, multisque ornamentis excultúm, & coopertum: eo geſtabantur ſigna & vexilla populi cujus Carocium erat, aliarumque civitatum confœderatarum. Et erat Carocium in exercitu quaſi prætorium, aut tribunal quoddam commune, ad quod ſe recipiebant milites, tanquam ad curiam, & locum principalem totius exercitus, & ubi magiſtratus & omne robur, meliorque pars exercitus veluti in ſubſidio conſiſtebant. Atque tum quidem exercitus prorſus credebatur fuſus, quando Carocium amiſſum erat. Præ omnibus autem aliis, Mediolanenſes, Bononienſes, Parmenſes & Cremonenſes, Carocio uſos fuiſſe invenio, quo minus eſſent prompti ad fugam, conſpicientes robur totius exercitus, & vexilla facilè loco moveri non poſſe, aut aliqua fuga ſubduci, ob ipſius ædificii molem. Tale itaque erat Carocium à Friderico in Triumpho Cremonæ invectum. Carocium.

Anno ſequenti, Gregorius pontifex incrementis atque ſucceſſibus Friderici offenſus: non obſtante quòd hic omni humilitate, emendationem eorum quæ ſibi legitimè imputarentur, polliceretur, ut ex multis epiſtolis ad principes Chriſtianos & Cardinales emiſſis apparet: primo pacem inter Venetos & Genuenſes, de maris imperio diſcordes, conciliavit:

deinde fœdus cum Venetis percuſſit, hac conditione, ut claſſem 25. triremium communibus ſumptibus adornarent, ad reducendum ſub Eccleſiæ dominium, regnum Neapolitanum. Exinde in die Olivarum Fridericum è communione fidelium ejectum pronunciavit. Quibus is intellectis, res in Lombardia compoſuit Piſasque advolavit, anno 1239.

Anno dein hunc conſequente, Veneti ex fœderis præſcripto, 25. triremes in Apuliam miſerunt, quæ 12. Friderici triremibus fugatis, Termolas, Campomarinum, Beſcias & Piſchiccias occupatas, igni ferroque devaſtarunt: ad hæc unam navem prægrandem Friderici cum mille hominibus, quæ ſub montem S. Angeli in ſinum Sipontinum ſubducta erat, ceperunt. Et tunc ex turre Tranenſi ſuper mare conſtructa, Petrus Tiepolus Venetus, dux, ut ante diximus, Mediolanenſium, laqueo ante oculos Venetorum ſtrangulatus eſt.

Petrus Tiepolus ſuſpenditur.

Inſuper eodem hoc anno, dum Fridericus Hetruriam tranſiret, regno opitulaturus, & circa Romam occuparetur, legatus Apoſtolicus eum maximo exercitu, nomine pontificis Ferrariam quinque menſibus obſedit, ut quidam memoriæ prodidêre: ubi præter Eccleſiaſticorum, civitatum harum exercitus fuere, Mediolanenſis, Venetiarum, Brixiæ, Placentiæ, Mantuæ, earumque duces & prætores. Quin etiam dux ipſe Venetus, Azo marchio Aſtenſis, comes S. Bonifacii, Albericus Romanus, Paulus Traverſarus Ravennas, cum omnibus ſuis copiis. Ad extremum ergo, cum nemo Ferrariæ ſuccurreret, anno 1240. de pace tractari

Ferrariæ obſidio de qua lib. 1. ep. 36.

ctari cœptum eſt : qua, Salinguerra, qui Imperii nomine civitati præeſſet, fretus, ſub fide data ad colloquium legati è civitate exiit, id procurante Hugone Ramberti. Verùm cum veniſſet, non obſtante fide vel honore clericali, interceptus, & Venetias miſſus fuit, ubi tandem dolore in carcere extinctus eſt, octuageſimo ætatis anno in templo S. Nicolai, humatus: cum Epitaphio, quod adhuc in monumento ipſius conſpicitur. Ferraria verò data eſt Azoni marchioni Aſtenſi : prætorque in ea deſignatus Jacobus, vel, ut alii prodidere, Stephanus Baduarus patricius Venetus. Ac tunc quidem feliciſſimo initio cœpit ducatus inclytæ & antiquiſſimæ familiæ Aſtenſis, in Ferraria. Initium ducatus Aſtenſis.

Verùm ut ad inſtitutam hiſtoriæ noſtræ narrationem revertamur, Fridericus ex Thuſcia in regnum proficiſcens, plenus irarum Viterbium furore maximo contra Romanos tendit. Pontifex itaque eo perterritus, poſt multas conciones, ſupplicationes, exhortationes ad crucem aſſumendam, vitæque cœleſtis, omnibus contra Fridericum arma capientibus, pollicitationem factam, capita ſanctorum Petri & Pauli per univerſam urbem circumferri curavit : hoc miſerum popellum ad arma commovens atque impellens, tandem conflictu inter Cæſarianos atque Romanos ſub ipſa urbis porta commiſſo, atque Romanis inſigni clade affectis, Fridericus contra cruce ſignatos nihil crudelitatis prætermiſit. His enim quatuor plagas in modum crucis infligi, aliis caput quadrifariam inſtar crucis diffindi, clericis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſimilique hominum generi coronam, clericalis dignitatis notam, ad vivum reſecari, crucemque ei imprimi juſſit. Ea verò Friderici aſperitas pontificem incredibili mœrore affecit. At ille inde in Apuliam tranſiens Foggiæ ſubſtitit, ibique grandi pecunia conflata, ex regno Siciliæ & Italiæ, Luceriam venit, & muros Beneventi, montis Caſſini . & Soræ dirui, concremarique præcepit, quod incolæ contra ſe arma tuliſſent.

Ædificatio Aquilæ.

Eodem tempore cum habitatores Aminterni & Furconis oppidorum dirutorum in montibus Brutiis diſperſi eſſent, juſſit ut collecti ſimul reſtaurarent oppidum Aquilam, per quam opportunum defenſioni regni in iſtis regionibus, id quod Aquilam ad honorem Imperii, ut evidenter ex ipſius epiſtolis apparet, vocari. voluit. Hac ratione civitas Aquila conſtructa eſt, quæ brevi tempore tam felici augmento crevit, ut hodie inter opulentiſſimas regni civitates connumeretur.

Fauentiæ obſidio de qua lib. 2. ep. 4.

Hoc facto Fridericus ex Capua diſcedens, marchiam Anconitanam tranſiit, Aſculoque direpto, rectà Ravennam petiit, ea mente ac intentione, ut totam Romaniam ſibi ſubjiceret. Ac in fine Auguſti anno 1240. Fauentiam civitatem ambitus quinque milliarium Italicorum, in iis regionibus plurimum potentem, firmam atque munitam, cui Michael Moriſinus patritius Venetus præerat, maximis copiis cinxit. Duravit hæc obſidio ad ſex menſes per hyemem nivium & aquarum copia redundantem, ſumma animorum obſtinatione & domibus, tabernaculis ac ponti-

bus

bus factis, ita eſt continuata, ut exercitus quaſi in alia civitate collocatus ſub tecto degeret & oppidani deditionem facere cogerentur.

Rem porrò memorabilem in ea obſidione Fridericus fecit, ab Antonino in hiſtoria ſua relatam, quæ minimè mihi prætermittenda eſſe videtur. Nam cum omnem pecuniam resque precioſas bellicis ſumptibus impendiſſet, penuriæque exercitus ſuccurrere vellet, monetam coreaceam cudi curavit, à latere uno ſua effigie, ab altero Imperiali aquila inſignitam, eique valorem aurei Auguſtalis conſtituit, hoc mandato, ut ea, hoc precio ab omnibus venditoribus & emptoribus expenderetur, & promiſſione publicæ vocis proclamatæ adjecta, quod qui quidquam iſtius monetæ bello finito, Cameræ Fiſcali offerret, aureum Auguſtalem recepturus eſſet. Id quod etiam inviolabiliter obſervatum eſt, inſigni argumento, valorem & precium monetæ non natura, ſed hominum æſtimatione, lege, conſuetudine ac opinione introduci.

Interea dum ita Fridericus bellis occupatur, Gregorius pontifex Concilium univerſale adverſus ipſum Romæ convocavit, cumque in Gallias miſiſſet pro eccleſiaſticis Occidentalibus evocandis, tres legatos Jacobum Cardinalem Preneſtinum Galliæ, Ottonem Cardinalem S. Nicolai in carcere Tulliano, Angliæ, Gregorium de monte longo, Genuæ, legatos pro meliore ac commodiore rei effectione creavit. Qui mandatis confectis, cum Nicea è provincia reverſuri, ſecurè Romam itinere

terreſtri venire non poſſent, quòd ab exercitu Friderici viæ obſeſſæ eſſent.: Papa tantum effecit, ut Genuenſes, quadraginta naves atque triremes, quibus Guilhelmus Brachius præfectus erat, iis Romam conducendis deſtinarent. Fridericus hoc cognito, quasdam ſuarum triremium cum Heinrico filio rege Sardiniæ Piſas miſit : Piſanisque mandavit, ut & ipſi quasdam inſtruerent, & omnem diligentiam adhiberent, quo claſſe Genuenſium occurrente, prælatos comprehenſos in poteſtatem ſuam redigerent. Fecere quod juſſi erant Piſani, & duce Hugolino cum rege Sardiniæ, in ipſo articulo obviam progreſſi hoſtibus, intra Giglium & inſulam montis Chriſti, quæ inter portum Piſanum & Corſicam jacent, in ipſos tertio die Maji, qua memoria crucis colitur, anno 1241. plenis velis invecti ſunt. Quamvis verò prælati Brachium ſummopere rogaſſent, ut altum teneret, & nullius pugnæ periculo ſeſe exponeret, ſed rectà mare ſulcaret : nihilominus tamen ipſe cùm mentis incitatione, tum verecundia ductus, Piſanis cedere, ac conſilio Cardinalium obſequi recuſavit. Unde prælio atroci atque cruento commiſſo, Genuenſes tandem ſuccubuere: & tribus ipſorum triremibus unà cum hominibus & armamentis depreſſis atque ſubmerſis, 22. captæ fuere : & in his tres legati, ac omnes ferè transalpini Latinique, qui ibi erant, prælati. Cardinales poſtea captivi Melphim deducti.: cæteri prælati per carceres regni, (ſolis Gallicis, regis interceſſione dimiſſis) diſtribùti ſunt.

Lib. 1. ep. 8. & 9. Item ep. 44. & 45. lib. 2.

Non

Non mihi hoc loco videntur prætereundi, ridiculi atque jocoſi verſiculi, à Johanne Andrea, Juris Canonici celeberrimo interprete, relati: quos Fridericus regi Sardiniæ reſcripſit, quærenti quid de captis prælatis faciundum eſſet, qui hi ſunt:

Referuntur etiam à Gloſſa, in verb. in Galeis. c. ad apoſtolicæ de ſent. & verſ. jud. lib. 6.

Omnes prælati papa mandante vocati,
Et tres legati, veniant hucusque legati.

Et ab hoc tempore res Eccleſiaſticorum indies in pejus ruere, & ad interitum inclinare cœpere. Nam unà cum prælatis maxima præda capta eſt: & omnes literæ quibus machinationes contra Fridericum continebantur, ſunt interceptæ, quibus publicatis, ipſius cauſæ mira gratia populique benevolentia conciliata eſt.

Porrò pontifex hoc tam inſigni detrimento accepto quendam Priorem S. Dominici, pro liberatione captivorum ad Fridericum miſit. Cui is reſpondit, ſe ad illam neutiquam condeſcenſurum, cum ſapientis non ſit precibus hoſtis obſequi vel aures præbere. Et quandoquidem papa nullum ſui perſequendi finem faciat, nec ſe ab ipſo, ejusque complicibus perſequendis deſtituturum, & ita re infecta Priorem dimiſit. Poſtea rebus Romaniæ compoſitis, ad Marchiam ſeſe convertit, & Peſaurienſes in gratiam recepit: Fanum obſeſſum diripuit, ſoloque æquavit. Inde in ducatum concedens, Todium deditione recipit, Narniam & S. Gemini oppidum devaſtat, ac Reate nuncio accepto, de deditione

Tiburtis, eò cum toto exercitu, inde autem in regnum ivit.

Gregorii mors.

Hac tanta rerum ſuarum calamitate atque ruina Gregorius conſpecta, menſe Auguſto hanc victoriam conſequente, annis animique mœrore confectus, è vita deſcivit. In ejus locum ſuffectus Celeſtinus IIII. Mediolanenſis, in pontificatu dies octodecim vixit: ac poſtea ſedes Apoſtatica 21. menſes vacavit, antequam alius ei præficeretur.

Lib. 1. ep. 11.

Hoc rerum ſtatu Fridericus qui jam in regnum ſeſe receperat, valido exercitu contra Romános rebelles per Aquæductuum viam rediit, magna ipſis detrimenta ad ipſa usque urbis mœnia inferens. Sed motus precibus Cardinalium, qui prætendebant, non poſſe fieri legitimam electionem dum armorum ſtrepitu vicino terrerentur: & Cardinales duo, qui Melphis captivi erant, non dimitterentur: regnum pacificus repetiit, & ut Cardinales captivi cum aliis liberarentur, juſſit.

Innocentius IV. pontifex.

Cardinales qui Romæ erant, cognito, quod capti venirent, univerſi ipſis Anagniam usque obviam proceſſere, ibique ſimul conventiculo habito, in menſe Junio anni 1243. Sinibaldum Genuenſem ex nobili Fliſcorum familia, presbyterum Cardinalem in Lucina, celebratiſſimum Jureconſultum, ac Friderico in Cardinalatu amiciſſimum, elegerunt, ei nomen Innocentii IV. imponentes. Nuncii lætitiæ ejus electionis, ſumma cum contentione ad Fridericum ſtatim venere. Sed ipſe aliis omnibus congratulantibus indoluit, atque ex compoſito quaſi prædixit, BONUM ſe

Hæc eſt natura Romaniſtarum, ut

ſe amicum Cardinalem in acerrimum hoſtem Romanum pontificem permutaſſe. Id quod & accidit. Nam cum Fridericus ad ipſum, duos legatos, præcipuos in aula judices Thadeum Sueſſanum, & Petrum de Vineis miſiſſet, totus ferè mundus in ſpem univerſalis pacis erectus erat. Verùm interea Innocentius quendam Raynerium Cardinalem clàm cum hominibus armatis miſit, qui Viterbium Cæſarianarum partium, Imperio intercepit. Quocirca Fridericus contra Viterbienſes in patrimonium profectus eſt: ſed quibusdam Cardinalibus intercedentibus, Viterbium reliquit, & præſidio monti Flaſconis impoſito, ad Aquas pendentes ivit, ibique ſubſiſtens, imperatorem Conſtantinopolitanum Balduinum, qui eo tempore ſecum erat, comitem Ægidium Tholoſanum, aliosque duos judices aulæ prædictos, Romam pro pacis tractatione miſit. Quid in ſecreto actum ſit, nullibi memoriæ invenio proditum: hoc tamen conſtat, dictos judices unà cum comite Tholoſano, ex mandato authentico Friderici in ſacello Papali prælecto, jurejurando pollicitos, ipſum in omnibus pontifici obedientem fore. Quocirca Fridericus pro publica concione Princeps catholicus pronuntiatus eſt: & fama emanavit, eum cum pontifice reconciliatum eſſe. Viæ quoque omnibus Romam ituris, apertæ ſunt. Verùm enimvero credibile atque conſentaneum eſt, tunc ſeptimana ſancta inſtante, hæc quaſi præludia pacis atque concordiæ exhibita, multaque adhuc tractanda reliqua fuiſſe. Nam & poſtea tres di-

quibus in paupertate degentes amici fuere, his ad honores evecti hoſtes fiant, nec amicitias tam fide, quam commodis ſuis metiantur. lib. 1. ep. 33.

Roma pacis tractationi incommoda.

cti legati, ſæpius Romam iere, & rediere, ad pacis tractationem abſolvendam: cumque perſuaſi eſſent, dum pontifex Romæ commoraretur, pacem coire non poſſe, res eò deducta eſt, ut pontifex in civitatem Caſtellanam, & Imperator in agrum ejuſdem veniret. Sic ergo duobus principibus ibi hærentibus, ut ex una in aliam aulam commearetur, pontifex quodam die, legatis Genuenſium, qui ipſi congratulatum venerant, clàm aſſumptis, Sutrium ſeſe ſubtraxit: atque curavit, ut triremes Genuenſium legatorum, quæ Hoſtiæ erant, ad Veterem civitatem ducerentur. Quo facto, nocte Vigiliam S. Petri præcedente anno 1244. legati, ac pontifex, ſeptem comitatus Cardinalibus, aliiſque Epiſcopis atque Prælatis, habitu clericali depoſito, bene armati Sutrio tacitique exiere, & in Veteri civitate ſimul triremibus conſcenſis, Genuam vento proſpero profugerunt, Imperatore eluſo poſt ſe relicto. Qui hiſce Papæ artibus conſpectis, civitates ad patrimonium ſpectantes & ubi vicinas præſidio muniit: & Piſas profectus, Petrum de Vineis ad res Parmenſium confirmandas miſit, iis metuens, quòd pontifex Innocentius illic multos, eoſque authoritate & potentia inſignes amicos haberet: & rebus Thuſciæ firmatis, Piſanorum navibus, regnum Neapolitanum adiit.

FugaPapæ.

Concilium Lugdunenſe in Gallia.

Innocentius è Genua Lugdunum deductus, univerſale ibi indixit Concilium, quo inchoato, Fridericum, ut ad ſui defenſionem in Concilio compareret, pro publica concione

die-

diebus ſingulis, alta vereque præconia voce citavit. At ipſe tribus paſchatos diebus Capuæ celebratis, anno 1245. è regno profectus, Teranum quod in Ducatu eſt, venit, ac inde ad excidium Viterbienſe ſeſe convertit: ab eo Ameliam, Aquas pendentes, Senas & Piſas accedens, per Lucaniam & Pontremolium, Parmæ & Breſſellis applicuit: ubi Pado per pontem transmiſſa, Caſalas atque Veronam tandem pervenit. Verum antequam Parma diſcederet, Patriarcham Antiochenum, qui recens è Syria venerat, & Archiepiſcopum Panormitanum, M. Thadeum Sueſſanum Juſtitiarium curiæ ſuæ, cum aliis duobus doctoribus Cremonenſibus ad Concilium pro tractanda concordia inter Imperium & Sacerdotium ablegavit. Et ex alia parte Entio regi Sardiniæ, & Friderico principi Antiochiæ, filiis injunxit, ut ad Placentiam excindendam ſeſe accingerent. Veronam cum appuliſſet, conventum ſolennem egit, cui præter Cunradum filium, procerumque Germaniæ, etiam Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus interfuit: qui ad Concilium vocatus eò per regnum & Marchiam venit, gratia colloquendi cum Friderico, à quo honorificè tractatus, & hac admonitione dimiſſus eſt, ut animum pontificis, quantum poſſet, ad pacis atque concordiæ ſtudium inflecteret.

Legati Friderici ad concilium.

Non longè pòſt quoque Imperator Cremonam verſus movit, animo inde Lugdunum eundi, ibique Fridericum filium, cujus antè mentio eſt facta, in ordinem equitum aſcripſit,

pſit, eumque gladio manu propria cinxit. Pòſt honeſto comitatu iter Lugdunenſe ingrediens, Taurinum pervenit. Interea verò oratores, quos Fridericus Lugdunum præmiſerat, apud pontificem, qui ad publicationem ſententiæ deproperaret, ſummo ſtudio inſtabant, ut adventum Imperatoris expectaret. Aſt, eo denegato, pontifex, qui ſtatutum cum animo ac deliberatum haberet, quid facere vellet, quò amicorum, quos multos, eosque non parvæ authoritatis Parmæ habebat, periculis proſpiceret, ipſis ſecreto ſcripſit, ut etiamſi nudis Parma exeundum eſſet, ſtatim inde ſeſe, quanta poſſent commoditate, proriperent. Idque factum eſſe cum intellexiſſet, ſine ulteriori dilatione, non audito vel Imperatore, vel conditionibus, quas legati ejus offerrent, admiſſis, fulmen ſententiæ depoſitionis in Fridericum ejaculatur. Et hoc tempore Gerhardus de Corregio cum tota ſua familia, & M. Bernhardus de Roſſi, Parma emigrarunt, unà cum patria, Imperii quoque partes deſerentes.

Formulam depoſitionis invenies infrà poſt vitam Friderici.

Fridericus ergo effrenatam pertinaciam atque inſaniam pontificis conſpiciens, & ſe voto fruſtratum moleſtè ferens, in Pedemontio ſubditis Imperii contractis, Mediolanenſes hoſtilibus incurſionibus infeſtat: & Laudam ſe recipit, ubi ſingulis Baliſtariorum Genuenſium, quorum circiter ſexaginta ceperat, oculum erui jubet: atque exinde in Thuſciam tranſit, anno 1246.

Erat tum temporis Florentia in duas factiones ſciſſa, atque in armis. Utraque ergo pro com-

compoſitione Imperatorem adit, ejus poteſtati atque juri civitatem permittens. Quare comes Pandulfus, qui Thuſciæ nomine Imperii præſidebat, cum ſuo exercitu, & M. Thadeo Sueſſano ex Lugdunenſi concilio reverſo, eò miſſus, res civitatis turbatas compoſuit: eique præfecit Fridericum filium Imperatoris, qui civibus ac incolis fidelitatis juramento aſtrictis, in vicinia urbis, animi gratia aliquamdiu commoratus, ac poſtmodum profectus, eam imperii dominio reliquit, inque locum ſuum prætorem quendam Genuenſem ſubſtituit.

Conſpiratio procerum contra Fridericum: de qua ep. 10. & ep. 52. lib. 2. Rurſus ep. 19. & ep. 62. lib. 3.

Cæterùm Imperatorii interea in Senenſi ora maritima hærenti, aucupiisque indulgenti, quo animum curis & occupationibus gravioribus fatigatum, reficeret: procerum quorundam contra ſe conſpiratio detegitur. Ejus principes Pandulfus de Faſanella, & Jacobus de Mora: ſocii ac complices erant Theobaldus, Vuilhelmus, & Franciſcus de S. Severino, Richardus & Robertus de Faſanella, Godefridus de Morra, & Giſolfus de Maima: inque ſceleris nefarii ſocietatem pertraxerant quendam Andream Cigalam Friderico cum primis charum: eum ex compoſito contrucidaturi. Verùm antequam conceptum animo ſcelus perficerent, Pandulfus & Jacobus, qui in aula Imperatori adeſſent, à comite Caſertano, nuncium ſecretum ipſis mittente, admoniti, evaſere: alii autem ſceleris participes in ducatu duo caſtella, Scalam nimirum & Capuacium occuparunt, inque iis ſe munierunt. Porrò miniſtri, amici & ſtipendiarii

diarii Friderici, qui in regione iſta erant, cum omnibus viribus ad perſecutionem proditorum ſe ſubitò accinxiſſent, intra paucos dies Scala potiti ſunt. In Capuacii verò obſidione, cum ab ineunte vere usque ad finem Julii hæſiſſent, id in poteſtatem redactum ſolo æquarunt, omnesque ejus incolas, nulla vel ſexus, vel ætatis ratione habita, ad internecionem occiderunt: proditoribus, qui in arcem confugerant, vivique comprehenſi erant, pœna legis Pompejæ de parricidis irrogata. Nam culeo inſuti, in quo canis, ſimia, gallus ac vipera incluſa eſſent, in mari projecti ſunt, ut omnium elementorum uſu privati, vivi ab hiſce beſtiis ſibi invicem infenſiſſimis, famis rabie efferatis, lacerarentur. Quantumvis autem ſubditi tanta fide vindictam nefariæ conſpirationis perſequerentur, nihil ominus tamen Fridericus ſibi eo loci minimè cunctandum ratus, in regnum ſe contulit, res ejus, novitate hujus facti turbatas compoſiturus. Et tunc præter Capuacium Altavilla quoque eſt diruta: & qui quarto ac quinto conſanguinitatis gradu proditores attingerent, hi oculis effoſſis exuſti fuere: ita ut vindictæ hujus aſperitas ad ſenſum totius regni pervenerit.

Duo Imperatores in locum Friderici electi, brevi tempore imperant.

Innocentius poſt ſententiam depoſitionis contra Fridericum latam, in ejus locum Landtgravium Thuringiæ Imperatorem eligi curarat: verùm Cunradus ita eum cohibuit repreſſitqué, ut nunquam ſuperiorem Germaniam intrare potuerit, quin non multò pòſt electionem, eo extincto, Cunradus aliquot ejus bona,

na, valoris centum millium marcharum argenti, obtinuit. Quin etiam ab Electoribus, Papa mandante, in locum Landtgravii Guilhelmo Hollandiæ comite Imperatore deſignato, & ille paulò poſt cæſus interiit, ita, ut nullus, vel ante vel poſt Fridericum, Imperio potiri potuerit. Interim verò dum hæc diſſenſio in Imperio flagrat, Fridericus proditoribus funditus deletis atque extirpatis, in Campum validiſſimis copiis progreſſus, jubet ut quilibet ad perdomandos rebelles Lombardos in procinctu ſit: intellexerat namque Papam venturum eſſe Genuam & Mediolanum, cumque electo Imperatore novo, Lombardiam & Romaniam recuperaturum: rumoresque in iis locis à pontificiis diſſeminatos, ſe tam arctè in regno concluſum, ne inde exire poſſet. Itaque omnibus baronibus, ducibus & legatis civitatum in unum contractis, concilium, vel potius comitium habuit, in quo ſe contra Lombardos iturum denunciavit: & regni vicarium Heinricum filium, ex regis Angliæ ſorore natum, conſtituit, ei compluribus baronibus, qui tam perſonam, quàm res ejus conſilio moderarentur attributis, Fridericum nepotem ex primogenito filio Heinrico, eo qui in carcere interiit, ducem exercitus fecit, mille baliſtarios equites, totidemque armatos ei aſſignans, hoc mandato, ut in bellicis rebus, conſilio ſibi adjunctorum uteretur. Filium Fridericum Antiochiæ principem, Thuſciæ atque oræ maritimæ usque ad fines Ducatus, Marchiæ & Romaniæ præfecit. Entium regem Sardiniæ & legatum generalem per Italiam renunciavit. Richardum comitem

tem Chreti, ac filium naturalem, ducem generalem Marchiæ, Ducatus & Romaniæ inſtituit, ac ſingulis certo militum numero aſcripto, eos juramento obſtrinxit, quod probè fideliterque officium demandatum exequi & implere vellent: ſubditis dein quoque, ut ipſis plenam obedientiam præſtarent, feriò injunxit. Rebus hac ratione diſpoſitis, conventum ſolvit, & itinere, quo antea cum res Italas ordinaret, Senas, Piſas, atque Cremonam pervenit.

Fridericus ſecundò iter Lugdunenſe ingreditur.

Hic cum ratum fixumque ei in animo eſſet, Lugdunum adire, atque cum Papa tranſigere, tantam cum togatorum, tum armatorum manum contraxit, quantam nullus vel antiquorum, vel recentium Imperatorum duxiſſe legitur. Hac itaque ſtipatus Cremona movit, anno 1247. atque Taurinum adiit, ubi curia ſolenni habita, honorificam legationem ad regem Galliæ dimiſit, ei ſignificans, ſe non alia de cauſa Lugdunum ire, quàm ut pacem à Papa impetret. Bidui itinere jam Camera ejus Fiſcalis cum impedimentis & lixis anteceſſerat, quum nuncium accepit, à profugis Parmenſibus aliiſque rebellibus Imperii Brixienſibus, Placentinis, & Apoſtolico legato menſe Junio Parmam occupatam, Imperiique prætorem Heinricum Teſtam, trucidatum eſſe. Ipſe ergo, qui hæc non abſque technis pontificiis geſta fuiſſe facilè conjiceret, indignatione motus, iter Lugdunenſe intermiſit, & cum omni comitatu, quem ſecum trahebat, Parmam converſus eam 60. hominum millibus obſidione cinxit: quoque eam ſecurius continuaret, è regione civitatis aliam VI-

Lib. 2. ep. 49.

Parma obſidetur.

CTORIÆ

CTORIÆ nomine, ex ligno & luto, brevi temporis ſpatio conſtruxit: inque ea templum S. Victori, tanquam patrono, conſecravit, & nummos quos ibi cudi fecit, ab eo Victorinos appellavit. Erat longitudo civitatis octingentarum, latitudo autem ſexcentarum cannarum. Canna novem cubitos continente. Portas octo, & foſſas latas atque profundas circumquaque habebat, in quas rivos prius Parmam fluentes deduxit, & in ea ædes, curiam, forum, officinas, aliaque conſtruxit, ita ut nihil ei ad formam vetuſtæ civitatis deeſſet.

Dum Parmam hac ratione obſeſſam teneret, geminæ victoriæ nuncium habuit: alterum, à comite Roberto Caſtilionenſi, Imperii vicario in Marchia, exercitu papali, cui dux præfuerat quidam Marcellinus Epiſcopus Aretinus, prope Oſimum profligato, captoquè Marcellino, atque in vincula miſſo, quatuor hoſtium millia cæſa: cumque magno ipſorum numero, quàm plurima ſigna atque vexilla rebellium in poteſtatem redacta, maximè Anconitanorum: inter quæ, & illud, quod Emanuel Imperator Conſtantinopolitanus ipſis, aliquando ab obedientia Friderici Barbaroſſæ ſubtractis, magni muneris loco miſerat. Alterum nuntium de Florentinis fuit. Nam cum anno 1248. in menſe Januario, Guelfi & Gibellini ibidem ad arma conſurrexiſſent, & altera factionum, ignem ædibus alterius immiſiſſet, ita quod mille domus ardore conflagrarant: Gibellini in auxilium, Fridericum Antiochiæ principem vocarunt: qui cum Thuſciæ adminiſtratorem, non ultra duo mil-

liaria à Florentia, ageret, civitatem ingreſſus, ei, loco patris Imperatoris, ſuccurrit. Guelfi itaque conſternati, bonis omnibus, mulieribus, ac liberis relictis, Bononiam profugerunt: cumque ad jurandam fidelitatem venire detrectarent, per publicationem omnes ipſorum facultates cameræ Imperiali applicatæ, ædes dirutæ & complanatæ fuere, & ſic Florentia ſub dominio Imperii remanſit.

Verùm quæ rerum humanarum conditio eſſe conſuevit, non diuturna hæc lætitiæ voluptas fuit. Nam nondum biennio obſidionis completo, cum à morbo, quo aliquamdiu laborarat, reconvaleſcens, quinquaginta circiter equitibus comitatus, ultimo die Februarii, anni 1248. aucupandi gratia exiiſſet, exercitus quoque, eum propter abſentiam Imperatoris, tum contemptum hoſtium, opere ſolutus atque diſperſus eſt. Hac ergo occaſione Apoſtolicus legatus, & Parmenſes opportunè arrepta, omni impetu erupere, & caſtra Friderici à parte, non qua Parmam, utpote munitiore, ſed qua Victoriam reſpiciebant, ex improviſo aſſilierunt. Eo verò facto, Fridericus, campanæ, in ſpecula Victoriæ, hoſtium adventum ſignificantis, ſonitum de longinquo exaudiit: ideoque cum rebus opitulatum accurreret, & Parmenſes contra marchionem Maleſpinam, quem primò aggreſſi fuerant, acerrimè decertantes, & hunc viriliter ſe defendentem inveniſſet, ei auxilio ſuccurrere ſtatuit. Parmenſes verò eo viſo, agmine facto, in ipſum tanto impetu irruerunt, ut qui alieno tempore paucis admodum comitatus eſſet, intra repagula ac ſepta confugeret, & Victoriam ingrederetur, rebus perculſis at-

Lib. 2. ep. 14.

que

que afflictis, quantum in tanto tumultu fieri poterat, proviſurus. Sed & Parmenſes, ruptis atque incenſis repagulis ac ſeptis, Victoriam irruperunt, omnibus in fruſta conciſis, utpote qui nullo ordine ſervato occurrerent. Inter quos fuit & M. Tadeus Sueſſanus juſticiarius curiæ, de quo ſuprà aliquoties mentio facta eſt.

Fridericus qui aliquandiu pugnando reſtitiſſet, videns res perditas, nec pluribus quàm 14. equitibus ſe ſeptum, cum ipſis è Victoria in vicum S. Domini ceſſit. Parmenſes ergo libere graſſando ſævientes, magnam ſtrágem edidere: veruntamen non ſine cæde ſuorum, & inſigni difficultate, Carocium Cremonenſium, quod omni ſanguinis effuſione ſpreta, hoſtibus acerrimè reſtitit, devicere. Tandem tamen Victoria victa eſt, & præter Fiſcum Imperialem, Parmenſes ſacello, grammatophylacio, & diademate Imperatoris potiti, Victoria exuſta, foſſiſque repletis: in loco conſpicuo hos verſiculos poſuere:

Per te rex alme ceſſit Victoria Parmæ:
Antiphraſi dicta, ceſſit Victoria victa.

Carocio quoque Cremonenſi, quod in deſpectum & ludibrium ab aſinis Parmam tractum eſt, hos duos verſiculos aſcripſere:

Carocii flet damna ſui miſeranda Cremona,
Imperii Federice tui fugis abſque corona.

Imperator hac clade affectus, animo neutiquam abjecto, inde Cremonam venit, cui mulieres & infantes, cum omni populo obviam proceſſere, Deo gratias, lachrymis effuſis, agentes, quòd tanto è periculo ſalvum ipſum eripuiſſet. Ille verò

Lib. 2. ep. 40. verò benigna conſolatione animis eorum confirmatis, Guaſtallam & Breſſellas adiens, ibi filium Heinricum regem Sardiniæ cum exulibus Ferrarienſibus invenit: qui gravi clade Mantuanos, Parmenſibus in auxilium venturos affecerant, ac præter ſubmerſos atque occiſos, quinquaginta ipſorum naves, atque trecentos bellatores ceperant: quos Fridericus in ripa fluminis ad exemplum rebellium ſuſpendi juſſit: & præſidio ſatis valido ad pontis cuſtodiam relicto, filium Heinricum in partes Lucaniæ, quæ ad rebellionem ſpectare videbatur, miſit. Ipſe ad vicum S. Domini rediit, ut reliquias exercitus colligeret, pro obſidione Parmæ redintegranda. Illic dum ageret, in die ſecundo Paſchæ, maximam vim pecuniæ à Caloioanne Battazio genero ſuo accepit, atque certior eſt factus de prælio à filio Richardo, ad civitatem novam in marchia Anconitana, cum Hugolino de Novello duce pontificio, & Pandulfo de Faſanella, ac Jacobo de Morra proditoribus antè memoratis, commiſſo: atque in eo, ex pontificia parte, duo millia cum cæſa, tum capta, & Hugolinum unà cum Matthæo de Faſanella, fratre Pandulfi proditoris interfectum eſſe.

Mantuanorum clades.

Victoria comitis Richardi.

Digreſſus deinde ex vico S. Domini, ita tamen, ut copiis colligendis nihilominus intenderet, Cremonam ſeſe recepit, anno 1249. in menſe Septembri: ibique cognovit à rege Sardiniæ: caſtellum quoddam Regii nomine Arolum expugnatum, & ante portas ipſius 97. rebelles Imperii, qui capti illic erant, cruci ſuffixos eſſe.

Verum-

Verum enimverò, quantumvis hæc, atque alia læta afferrentur, tamen cum & totius Lombardiæ rebellionem, rerumque imminentium molem ac difficultatem proſpiceret: & cum in aliorum ſuorum animis, tum verò Petri de Vineis, qui Curiæ judex & Cancellarius, inter præcipuos aulæ proceres eſſet, fidei dubiæ ac proditionis ſigna animadverteret: eo comprehenſo, menſe Aprili ſequente, ex Lombardia in Apuliam diſceſſit, in Auguſto eò reverſurus.

Petri de Vineis perfidia & captio: de cujus laudibus lib. 3. ep. 45. vide.

Thuſciam itaque tranſiens filium ſuum Antiochiæ principem, cum Florentinis in caſtris prope Capraram invenit, quò Guelfi rebelles, totam Thuſciam, & maximè caſtellum S. Miniati ad defectionem impellere conati, profugerant: eam oppugnatam cepit, ac Guelfos captos partim interemit, partim in regnum Apuliæ relegavit.

Quia verò incolæ S. Miniati à Guelfis corrupti & veneno rebellionis infecti, ita nutabant, ut fides ipſis minimè habenda eſſet: nec ipſe tempus in ejus obſidione fruſtra terendum exiſtimabat, aſtu eo potiundum ſtatuit. Itaque perfidia ipſorum diſſimulata, numero non contemnendo ſuorum meliorum ſtipendiariorum vincula injecit, quaſi captivi Longobardi eſſent: muloſque, arcis omni armorum genere plenis, oneratos, tapetibus, non ſecus, ac ſi Cæſaream ſuppellectilem geſtarent, cooperuit. Deinde captivos ſimulatos, Petro de Vineis, qui minimè fictis, ſed arctiſſimis vinculis revera conſtringebatur, præeunte, cum arcis memoratis, fidelibus miniſtris deducendos ad S. Miniatum commiſit, his verbis: Quandoquidem Imperator in tota Thuſcia civitatem ſibi S. Mi-

 niato

niato obſequentiorem non noſſet, inque quam plus fiduciæ reponere auderet: ideò, ipſum qui celeri itinere in regnum contenderet, animo redeundi quàm citiſſimè, hos captivos cum rebûs magni pretii ad ipſos mittere voluiſſe: orando, ut omnia usque ſub reditum bona fide ac vigilantia aſſervarent. Samminiatenſes etſi Imperatore adventante, dubii, atque incerti de rebus ſuis eſſent, & nonnulla ſuſpicione commoverentur: tamen exiſtimantes, Imperatore abeunte & relinquente ipſis hanc ſuppellectilem, turbamque captivorum, ſe non penitùs exoptata præda fruſtrari, vultu ficto promptos atque fideles ſe exhibuerunt, omniaque in oppidum intromiſſa acceptarunt. Cæterùm rebus ſic civitati importatis, cum Cæſariani horam ex compoſito deſtinatam adeſſe viderent, in momento cathenis, quæ ita paratæ erant, ut facillimè diſſolverentur, abjectis, ad arma conſurrexere: & Imperii nomine acclamato, obvii contrucidati fuere, portæ captæ, exercitus intromiſſi, atque caſtellum conſcenſum: denique proditoribus interfectis, ac ædibus ipſorum deſtructis, Imperii dominium in caſtello firmatum ac ſtabilitum eſt.

Mors Petri de Vineis.

Hac re tam feliciter peracta, in eodem caſtello Petro de Vineis oculos erui juſſit. Qui cum inter aulæ proceres præcipuus extitiſſet, ac per totum terrarum orbem clariſſimus, conſcientiæ ſtimulis agitatus, quod dominum proprium prodere voluiſſet: nec ſine oculis amplius vivere ſuſtinens, ſibimetipſi mortem in publico omnium conſpectu conſcivit. Et hunc vitæ finem habuit Petrus de Vineis Jureconſultus, multæ doctrinæ & experientiæ, inter

ter ſuæ ætatis pares celeberrimus ac eloquentiſſimus.

Dehinc Fridericus profectus, rectà Senas, Florentinorum fines nusquam attingens, contendit: & inde Foggiam, quæ in Apulia eſt, pervenit, anno 1250. Ubi ei relatum eſt regem Sardiniæ filium ſuum, cum in auxilium à Mutinenſibus contra Bononienſes vocatus eſſet, viriliter dimicantem, duobus à Mutina milliaribus, in pugna captum, & menſe Maio Bononiam deductum: ideoque legatum Apoſtolicum, aliosque Eccleſiaſticos cum Guelfis, abſentia imperatoris, & captivitate Entii fretos Lombardiam, Romaniam & Thuſciam depopulari: omnesque imperii præſides partim proditione, partim metu adactos, ab Imperio deſciſcere. Quare Fridericus majore quàm unquam aliàs animo, & pecuniæ conficiendæ, & exercitui comparando intendit, ſummis viribus Lombardiæ bellum illaturus.

Rex Sardiniæ capitur, & 22. annos, menſes 9, dies 16, Bononiæ detentus, ibidem in divi Dominici templo tumulatur, prout epitaphium, quod hodie adhuc Bononiæ viſitur, teſtatur.

Nec dubium eſt, quin res maximas geſturus fuiſſet, niſi terminus omnibus mortalibus ex æquo communis, in hoc adverſo & infelici anno, ab improviſa naturæ conditione, ei impoſitus fuiſſet. Cum enim eſſet in virilis ac vegetæ ætatis flore, perſuaſus erat, non alibi ſe moriturum quàm Florentiæ, vel in territorio ejus. Quare etiam in noviſſima illa, è Thuſcia in Apuliam profectione, terram Florentinorum evitarat: ariolo quodam, qui ſpiritus familiaris converſatione ſe gaudere jactitabat, in agro Florentino vitæ terminum ultimum ei ſtatutum eſſe, prædicante. Graviſſima itaque febri correptus, in caſtellulo quodam, nomine Florentino, ſex milliaribus à Luceria diſtante, ipſe,

Blondus lib. 7. dec. 2. Ferenſulam hunc locum vocat.

ipſe, qui acerrimi ac perſpicaciſſimi ingenii eſſet, prædictione ariolorum & loci appellatione ad animum revocata, finem vitæ ſibi ultimum adeſſe ſenſit: atque idcirco inter manus Archiepiſcopi Panormitani, aliorumque religioſorum, ad delictorum recognitionem ſeſe convertit: quinetiam conſilio quorundam ſapientium ſacroſanctæ Eccleſiæ obedientiæ ſeſe addixit, jurejurando præſtito, omnibus ejus mandatis ſe ſtaturum ac obtemperaturum eſſe. Ad extremum, ei pro more Chriſtiano tanta abjectione animique contritione peccata confeſſus eſt: ut Maynardinus, Epiſcopus Imolenſis, qui multas res geſtas Friderici memoriæ mandavit, ſcriptum reliquerit, ex iſta confeſſione ſtatuendum: ipſum electum Dei vas ac organum fuiſſe. Ad hæc & Guilhelmus de Puteo in ſuis Chronicis, ac Dandalus in hiſtoria ſua commemorant: Fridericum moriturum, ex dolore de delictis admiſſis concepto, vetuiſſe exequias ſibi ſplendore pompaque Imperiali peragi ac celebrari.

Fridericus vas electionis.

Poſtea teſtamentum condidit, in quo multa millia unciarum auri equitibus Hieroſolymitanis, & hoſpitalariis S. Johannis reliquit, pro compenſatione fructuum, quos debitos ex beneficiis in regno ſitis, toto belli tempore percipere non potuerant. Deinde ad recuperationem Terræ ſanctæ, magnam vim auri reliquit, ex arbitrio atque conſilio equitum Hieroſolymitanorum erogandam. Omnibus inimicis atque Imperio rebellibus, ſyncero cordis affectu ignovit, exceptis regnicolis: quos, cum ipſum immerentem nefariè prodere moliti fuiſſent, juſtitiæ rigori commiſit. Filiis inſuper præcepit, ut qui quocunque terrarum loco, juſſu

Nauclerus generat. 42. ut alia multa, ſic & hoc falsò *ſcribit*: neſciri quo loco vitam finierit, & an teſtamento facto, ſtatuerit quid de Rep. vel domeſtica.

juſſu ipſius in vinculis detinerentur, hos liberos dimitterent: hoc quoque ordinato, ut quæ ad Eccleſiam legitimè ſpectarent, eidem benignè atque prolixè reſtituerent. Cunradum filium, regem Germaniæ, hæredem regni Neapolitani, & Imperii Romani, ex aſſe fecit. Heinrico filio, ejus nominis ſecundo & ipſi legitimo, cum centum millibus unciarum auri, regnum Siciliæ reliquit: ea tamen conditione, ut id ex arbitrio Cunradi adminiſtraret. Friderico nepoti, ex filio Heinrico majore, eo, qui in carcere obiit, Auſtriæ ducatum, cum decem millibus unciarum auri contulit. Manfredus filius ejus naturalis, princeps Tarentinus, ditionum Imperialium, quæ ſunt à Capua usque ad Apuliam, gubernator decennalis eſt conſtitutus, donec quod Cunradus ipſe in regnum adveniret. Etſi autem cuivis filiorum, ſuam portionem aſſignaſſet, tamen ut Cunrado, tanquam legitimo hæredi & Imperatori, fidem ac obedientiam præſtarent, omnibus injunxit. Et ſic ſuo, cum erga Deum, tum mundum officio functus, quæ Cæſaris erant, Cæſari dando: & animam à divinitate originem trahentem, Deo offerendo: ſumma cum religione ac pietate, ex hac miſera atque mortali vita, ad beatiorem tranſiit, anno ætatis 54: Imperii verò 33.

Et hoc quidem modo Fridericus vitam amiſit, falſa ipſorum opinione rejecta, qui literis prodidêre, fama fuiſſe divulgatum, ei à Manfredo filio naturali, qui pulvinar ori ipſius injeciſſet, fuiſſe animam interclusam: cum ea fama veriſimili probabilitate deſtituatur, & contrarium ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus temporis ejus,

ejus, in monumenta relatum extet. Deceſſit autem è vita in die S. Luciæ, 13. Decembris, anno 1250, in arce Apuliæ, cui nomen eſt Florentino: & non Florentini in campania Romana: neque in territorio Florentinorum, exemplo quidem memorabili, veruntamen non novo impoſturæ ſpirituum diabolicorum, & fatalis neceſſitatis: dum Fridericus Florentiam fugiendo, mortem effugere nequivit: & ſpiritus fatidicus ſub confuſione & ambiguitate nominis, pluribus rebus communis, Friderici curioſitati impoſuit atque illuſit.

Corpus ejus ſumma pompa, atque honore ſolenni in Siciliam, ad montem Regalem, ſupra Panormum à Manfredo translatum, ibique honorificentiſſimè ſepultum eſt. Et in teſtimonium virtutis ac excellentiæ, ipſius monumento tres verſiculi inſcripti fuere, à ſacerdote quodam Aretino facti, ac multis doctiſſimorum ejus ſeculi poëtarum Epitaphiis prælati: qui hunc in modum ſe habent:

Si probitas, ſenſus, virtutis gratia, cenſus,
Nobilitas orti, poſſent obſiſtere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus.

Cùm igitur jam tantum de hoc inclyto rege dixerimus, quantum ad hiſtoriam Neapolitanam pertinere videbatur: non alienum erit ſi ob honorem virtutis ejus, quaſi compendio, reliqua quoque ſuper eodem pertexamus: cùm quia heros præſtantiſſimus atque fortiſſimus fuit, tum quia diverſa de ipſo ſcripta circumferuntur: hoc ipſum laudante, illo verò vituperante. Nam Eccleſiaſticæ factionis ſcriptores, res ejus geſtas ſtylo infenſiore conſignarunt,

runt,

runt, crimini ipſi dantes, quòd Eccleſiæ perſecutor extiterit. Utcunque verò hæc ſe habeant, autores claſſici, vitæque ſanctimonia clari, in harum rerum expoſitione conſentiunt: nimirum quòd forma egregia ac liberali, ſtatura juſta, membris decoris, crinibus rubicundis, & oculis lætis fuit. A natura ingenio quàm maximè valuit: prudentia omnibus ſuæ ætatis hominibus præcelluit: artium mechanicarum quibus animum applicaret, artifex peritiſſimus fuit. Egregiè literatus, & complurium linguarum gnarus. Nam Italicè, Latinè, Germanicè, Gallicè, Græcè & Sarracenicè loquebatur. Magnificus, liberalis, magnanimus, & inſignis beneficiorum ac fidelium miniſtrorum remunerator: econtrà autem ſeverus ac aſper perfidiæ vindex erat. In omnibus potioribus oppidis Apuliæ & regni Siciliæ, tot ſplendida ædificia conſtruxit, ut ea commemorare ſuperfluum ſit. Verùm inter cætera in Brutiis Aquilam: Neapoli arcem Capuanam: turrim & pontem Capuæ: arcem Tranenſem: in Tuſcia arcem Prati, & arcem S. Miniati: in Romania arcem Ceſennæ, Bertinori, Faventiæ, Cerivæ: palatia verò & templa hinc & inde. Leges complures, pro honore fidei Chriſtianæ, conſervatione libertatis eccleſiaſticæ, ſecuritate Italiæ, & utilitate agricolarum, nautarum, & ſtudioſorum, quos præcipua benevolentia eſt proſecutus, condidit. Quæ omnes approbatæ, & codici Juſtinianeo inſertæ ſunt. In ordinem quoque redegit librum Feudorum, qui & ipſe in ſcholis receptus decima Collatio dicitur. Similiter quoque librum quo Conſtitutiones regni continentur. Converſio

Ædificia Friderici.

Leges.

verſio operum Ariſtotelis, medicorum Græcorum & Arabicorum: quæ ad hæc usque tempora lecta eſt, ac legitur in ſcholis, ejus cura ac ſtudio facta eſt: eamque ſcholæ Bononienſi, examinandam transmiſit, ut ex literis ipſius apparet. Academiam Neapolitanam fundatam donavit multis privilegiis, quæ vidi & legi: eoque omnium ſcientiarum doctores magnificis ſtipendiis convocavit. Semper doctos circum ſe habere conſuevit, inter quos judex Curiæ generalis Rofredus Beneventanus fuit, unus ex juris noſtri interpretibus: cujus opera adhuc hodie in manibus doctorum teruntur. In armis fortis, animo quoque invictus fuit. Verùm maximo & unico vitio, nimius mulierum amor, ei eſt datus. Nam ſemper multas concubinas aluit, & gregem pulcherrimarum puellarum ſecum traxit: in aucupii delectatione juſto modo non usquequaque obſervato. Tres habuit uxores, unam poſt aliam: Conſtantiam, regis Caſtiliæ ſororem: Iolantam, regis Hieroſolymitani filiam: Iſabellam, regis Angliæ ſororem: & ex ſingulis ut dictum eſt ſobolem ſuſtulit. Liberos habuit tam naturales quàm legitimos. Ex Conſtantia Heinricum primum, qui rex Germaniæ fuit: ex Iolanta Cunradum, ſucceſſorem in regno: ex Iſabella Heinricum, qui rex Siciliæ in infantia obiit. Inter naturales Entius Sardiniæ: Manfredus utriusque Siciliæ rex fuit: Fridericus, Antiochiæ princeps: ut alios taceamus, quos ſuo loco in arborem digeremus. Divitiis ampliſſimis abundavit, nam præter terras Imperii, quas tenuit, utriusque Siciliæ rex jure materno fuit: Hieroſolymitanus, jure uxoris: rex Germaniæ,

Lib. 3. ep. 10. 11. 12. 13.

Uxores Friderici.

maniæ, electione: dux Sueviæ, jure patrio atque avito.

Inter tot dotes atque decora, quibus divinitùs ornatus fuit, habitus & dictus eſt PERSECUTOR Eccleſiæ: id quod ſpeciem veritatis habere videtur, propter ſententiam ab Innocentio IV. in ipſum latam: quæ approbata, atque in librum ſextum Decretalium relata extat. Convenientius ergo meliusque videri poſſet, de eo tacere, quàm plura dicere; attamen ſi quantum ex rebus ipſius geſtis, quæ ſuperius ſunt memoratæ: & aliis, apud claſſicos atque probatos autores extantibus, apparet, ejusque epiſtolæ ac ſcripta demonſtrant, judicare licet: neſcio an ideò fortè hoc nomine ipſum deformarint, quòd nimis liberè veritatem Eccleſiaſticis dixerit: vel, quòd vitam ac ſanctitatem Apoſtolorum, à quibus jam longiſſimè receſſerant, in ipſis deſiderarit: an verò, quia jura imperii tueri ac propugnare voluerit: aut quòd ipſis invitis atque frementibus, nimium in Italia creſceret. Ego hanc rem cenſuræ lectoris citra affectum judicantis relinquo. Veruntamen ubi ante oculos meos propono, à Chriſto pontificibus, cujus vicarii perhiberi volunt, dictum eſſe, uti imitentur, & ſe tanquam magiſtrum, cujus diſcipuli ſint & miniſtri, ſequantur: & juſſos ab eodem gladium vaginæ reponere: & hoſtibus non ſolum ſepties, ſed & ſeptuageſies ſepties ignoſcere: econtrariò tot inſidias, technas, ac proditiones adverſus Fridericum video: ac tot legatos, viros Eccleſiaſticos, nomine paſtorum intitulatos, in regnum, Marchiam, & Romaniam, contra ipſum emiſſos: tot civitates hac de cauſa deſtructas: tantum

tum ſanguinis Chriſtiani effuſum: & præter hæc expendo, Fridericum nihilominus ſemper victoriosè triumphaſſe: ac à pontificibus contra ipſum electos, fortuna atque conſilio deſtitutos miſerè interiiſſe: non aliud proferre poſſum, quàm verum eſſe id, quod Papa Pius in hiſtoria Auſtriæ ſcripſit: NON fieri ullum inſigniter grande malum in Eccleſia univerſali, quod non exeat atque initium ſumat à preſbyteris, aut certè judicia Dei eſſe nimis ardua atque occulta.

Multas equidem epiſtolas Friderici legi ad Pontifices, Cardinales, diverſos principes Chriſtianos, & homines quoque privatos ſcriptas: verùm in eis nihil à fundamento fidei Chriſtianæ alienum, hæreticum, Eccleſiæ damnoſum, vel rebellionem, aut contumaciam redolens deprehendi: aſt querelas, lamentationes, & admonitiones de ambitione & avaritia cleri, obſtinatione pontificis, juſtas excuſationes juris Imperii admittere nolentis, nec non querulationes de inſidiis ſibi ſtructis, inveni. Si cui veritatem, magnorumque ducum virtutes indagare libet, is legat quandam epiſtolarum ejus, ſcriptam ad omnes principes Chriſtianos, cujus
Lib. 1. ep. 1. initium eſt: COLLEGERUNT Principes, Pontifices & Phariſæi concilium in unum, & adverſus Principem Chriſtum Dei convenerunt. Et aliam, qua collegio Cardinalium diſſuadet, ne diſcordiam inter Imperium & Sacerdotium
Lib. 1. ep. 34. alant, quæ incipit: IN EXORDIO naſcentis mundi. Et ad has, quoque eam cujus exordium eſt: INFALLIBILIS veritatis teſtem, in qua hæc verba ponuntur: Nos cum ſacroſancta Romana eccleſia matre noſtra, diſcor-

diſcordiam aliquam non habemus : ſed ab ejus Romani pontificis impetu juſtitiam Imperii defendimus, & injuriam propulſamus : nihilominus tamen pacem cum ipſo ſemper habere deſideramus. Quinetiam altera ejus epiſtola legatur, ad principes Chriſtianos ſcripta : in cujus fine verba invenientur, quæ huic compendio adjicere volui, non tamen propter elegantiam, quam veritatem, & quo ea, utpote ſeculo noſtro convenientia, ingenioſus quiſpiam, ad ſuum uſum accommodare poſſit, verba verò hæc ſunt : QUOD autem tales & tales, N. N. fideles noſtri, latores præſentium, vobis retulerint, certè credatis, ac etiamſi ſanctus Petrus juraſſet, firmiſſimum habeatis : nec propter hoc, quod à vobis petimus, videatur vobis, quod propter in nos latam ſententiam depoſitionis, noſtræ magnanimitas majeſtatis, aliquatenus incurvetur. Habemus enim conſcientiæ puritatem, ac per conſequens, Deum nobiſcum : cujus teſtimonium invocamus, quia ſemper fuit noſtræ voluntatis intentio, clericos cujuſcunque religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum ſtatum reducere : ut tales perſeverent in fide, quales fuerant in primitiva Eccleſia, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem dominicam imitantes. Tales namque clerici ſolebant angelos intueri, miraculis coruſcare, & ſanctitate, non armis ſibi principes ſubjugare. At iſti ſeculo dediti & ebriati, delitiis Deum poſtponunt, quorum ex affluentia divitiarum religio ſuffocatur. Talibus igitur ſubtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charita-

Lib. 1. ep. 2.

tis: ad hoc vos omnes principes unà nobiscum, &c.

His itaque de cauſis fortè Prælati tunc exiſtimarunt, Fridericum perſecutoris Eccleſiæ nomen promeritum eſſe: cujus judicium, ut diximus, aliis committimus, narrationi de Friderico incœptæ finem imponentes.

FINIS VITÆ FRIDERICI, EX *Collenutio converſæ. Sequitur formula depoſitionis Friderici.*

FOR-

FORMULA DEPOSITIONIS Friderici, quæ mutilatim relata eſt lib. 6. Decretalium, c. ad apoſtolicæ, ex vetuſto quodam libro integrè deſcripta, & publicata à Simone Schardio D.

Innocentius IV. Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ſacro præſenti Concilio, ad rei memoriam ſempiternam.

AD Apoſtolicæ dignitatis apicem licet indigni, dignatione divinæ Majeſtatis aſſumpti, omnium Chriſtianorum curam vigili ſedulaque ſolertia gerere, ac intimæ conſiderationis oculo ſingulorum diſcernere merita, & providæ deliberationis ſtatera librare debemus: ut quos juſti vigor examinis dignos oſtendit, congruis attollamus favoribus, quos autem reos, pœnis debitis deprimamus, appendentes ſemper meritum & præmium æqua lance, retribuendo cuique juxta qualitatem operis, pœnæ vel gratiæ quantitatem. Sanè cum dura guerrarum commotio nonnullas Chriſtianæ profeſſionis provincias diutius afflixiſſet, nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem & pacem Eccleſiæ ſanctæ Dei, ac generaliter cuncto populo Chriſtiano, nos ad Fridericum præcipuum principem ſecularem, hujusmodi diſſentionis & tribulationis autorem, à felicis recordationis Gregorio Papa 9. prædeceſſore noſtro, pro ſuis exceſſibus anathematis vinculo innodatum, ſpeciales nuncios, &

Iſta eſt una decretalium, quam Albericus de Roſate, in dictionario ſuo in verbo ElectioImperatoris, contra jura & libertatem Imperii editam eſſe dicit.

Nota: quod hi tres Cardinales ſint ex 12. quos Innocentius anno 1244. in Concilio generali Lugduni fecit.

magnæ authoritatis viros, videlicet: venerabiles fratres Petrum Albanenſem, Archiepiſcopum Rothomagenſem, Hugonem Sabinenſem, Card. Guilhelmum Baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbyterum Card. qui ſalutem zelabantur ipſius, duximus deſtinandos: facientes ſibi proponi per ipſos, quod nos, & fratres noſtri, (quantum in nobis erat) pacem per omnia ſecum habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, parati ſibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam univerſo. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captivos, omnium tam clericorum quàm laicorum quos ceperat in galeis reſtitutio, poterat eſſe pacis plurimum inductiva, eum ut illos reſtitueret (cum hoc idem tam ipſe quàm ſui nuncii, antequam ad apoſtolatus vocati eſſemus officium, promiſiſſent) rogari & peti ab ipſo fecimus per eoſdem: ac proponi inſuper, quod iidem pro nobis parati erant audire & tractare pacem, ac etiam audire ſatisfactionem, quam facere idem princeps vellet de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis aſtrictus: & offerri præterea, quod ſi Eccleſia eum in aliquo contra debitum læſerat (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in ſtatum debitum reformare. Et ſi diceret ipſe, quod in nullo contra juſtitiam læſerat Eccleſiam, vel quod nos eum contra juſtitiam læſiſſemus: parati eramus vocare reges, prælatos & principes tam Eccleſiaſticos quàm ſeculares ad aliquem tutum locum, ubi per ſe vel per ſolennes nuncios convenirent: eratque parata Eccleſia de conſilio Concilii ſibi ſatisfacere, ſi eum læſiſſet in aliquo ac revocare ſen-

tentiam, ſi quam contra ipſum injuſtè tuliſſet, & eum omni manſuetudine ac miſericordia (quantum cum Deo & honore ſuo fieri poterat) recipere de injuriis & offenſis ipſi Eccleſiæ, ſuiſque per eum irrogatis ſatisfactionem ab eo volebat, & omnes amicos ſuos ſibique adhærentes in pace ponere, plenaque ſecuritate gaudere: ut nunquam hac occaſione aliquod poſſent ſubire diſcrimen. Sed licet ſic apud eum pro pace paternis monitis, & precum curaremus inſiſtere lenitate: idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aſpidis aures ſuas, preces hujuſmodi & monita, elata obſtinatione, ac obſtinata elatione deſpexit.

Et licet proceſſu temporis in die Cœnæ Domini proxima nuper præterita præcedente coram nobis & fratribus noſtris, præſentibus chariſſimo in Chriſto filio noſtro Conſtantinopolitano Imperatore illuſtri, cœtu quoque non modico prælatorum, ſenatoribus populoque Romano, & maxima multitudine aliorum: qui eodem die propter ſolennitatem ipſius de diverſis mundi partibus ad Apoſtolicam ſedem convenerunt, quod ſtaret noſtris & Eccleſiæ mandatis per nobilem virum comitem Tholoſanum, ac magiſtros Petrum de Vinea, & Taddeum de Sueſſa, Curiæ ſuæ judices, nuncios & procuratores ſuos, ſpeciale ſuper hoc ab ipſo mandatum habentes, præſtiterit juramentum: poſtmodum tamen quod juraverat non implevit. Quinimo, ea intentione ipſum præſtitiſſe probabiliter creditur, ſicut ex factis ſequentibus colligitur evidenter, ut eidem Eccleſiæ ac vobis illuderet potius quàm parêret. Cum anno & amplius jam elapſo, nec ad ipſius Eccle-

ſiæ gremium revocari potuerit, nec ſibi de illatis ei damnis & injuriis ſatisfacere curaverit: licet ſuper hoc extiterit requiſitus. Propter quod non valentes abſque gravi Chriſti offenſa ejus iniquitates amplius tolerare, cogimur urgente nos conſcientia juſtè animadvertere in eundem.

Cauſæ depoſitionis. Et ut ad præſens de cæteris ejus ſceleribus taceamus, quatuor graviſſima, quæ nulla poſſunt tergiverſatione celari, commiſit. Dejeravit enim multotiens, pacem quondam inter Eccleſiam & Imperium reformatam, temerè violando. Perpetravit ſacrilegium, capi faciendo Cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac aliarum eccleſiarum prælatos & clericos, religioſos, & ſeculares venientes ad Concilium; quod idem prædeceſſor noſter duxerat convocandum. De hæreſi quoque non dubiis & levibus, ſed difficilibus & evidentibus argumentis ſuſpectus habetur. Plura ſiquidem eum commiſiſſe perjuria ſatis patet. Nam olim cum in Siciliæ partibus morabatur, priusquam eſſet ad Imperii dignitatem electus, coram bonæ memoriæ G. ſancti Theodori Diacono Cardinale, Apoſtolicæ ſedis legato, felicis recordationis Innocentii Papæ, perinde ut & prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæque Romanæ, pro conceſſione regni Siciliæ ab eadem Eccleſia ſibi facta, fidelitatis præſtitit juramentum. Et ſicut dicitur illud, poſtquam ad eandem dignitatem electus extitit, & venit ad urbem: coram eodem Innocentio, ſuisque fratribus, & aliis multis præſentibus in ejus faciens manibus ſe innodavit ligium hominem. Et deinde cum in Alamannia eſſet, Innocentio & ipſo defuncto, Honorio Papæ prædeceſſori noſtro, & ejus ſucceſſo-

Ligius homo dicitur, qui

ceſſoribus ac ipſi Eccleſiæ Romanæ, præſentibus Imperii principibus promiſit atque juravit, jura & poſſeſſiones Eccleſiæ Romanæ, pro poſſe ſuo ſervare, ac protegere bona fide: & quod quæcunque ad manus ſuas devenirent, ſine difficultate reſtituere procuraret, nominatis expreſsè dictis poſſeſſionibus in hujusmodi juramento: quod poſtmodum confirmavit coronam Imperii jam adeptus. Sed horum trium juramentorum temerarius extitit violator, non ſine proditionis nota, & crimine læſæ Majeſtatis. Nam contra præfatum prædeceſſorem noſtrum Gregorium & fratres noſtros, comminatorias literas eisdem deſtinare: ac D. Gregorium apud fratres ſuos, ſicut apparet per literas ab eo tunc directas eisdem, & etiam prout fertur, per univerſum ferè orbem terrarum, multipliciter diffamare præſumpſit. Ac venerabilem fratrem Othonem Portuenſem, tunc Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconum, Cardinalem, & bonæ memoriæ Innocent. Præneſtinum Epiſcopos, Apoſtolicæ ſedis legatos, nobilia & magna Romanæ Eccleſiæ membra, corporaliter capi fecit, & bonis omnibus ſpoliatos, ac per diverſa loca non ſemel ignominiosè deductos, carceribus mancipans. Privilegium inſuper, quod beato Petro, & ſucceſſoribus ejus in ipſo, tradidit Jeſus Chriſtus, videlicet: Quod quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata in cœlis: & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis: in quo autoritas & poteſtas Romanæ Eccleſiæ conſiſtit, diminuere, vel ipſi Eccleſiæ auferre ſatagit: ſcribens, ſe præfati Gregorii ſententias non vereri: latam ab eo excommunicationem

jurat fidelitatem ſuper feudo, contra omnem hominem mundi, nullo excepto: dictus, quaſi domino ſuo planè alligatus, ita ſentit gloſſa in clem. paſtoralis de re Judic.

in ipſum, non ſolum contemptis Eccleſiæ clavibus, non ſervando: verùm etiam per ſe ac officiales ſuos, & illam, & alias excommunicationis vel interdicti ſententias: quas idem omnino contempſit, cogendo alios non ſervare. Poſſeſſiones quoque præfatæ eccleſiæ videlicet Marchiam & ducatum Beneventanum, cujus muros & turres dirui fecit: & alias quas in Thuſciæ ac Lombardiæ partibus, & quibusdam aliis obtinebat locis, paucis exceptis, occupare non metuens, eas adhuc detinet occupatas. Et tanquam ei non ſuffecerit, quod manifeſtè contra juramenta præmiſſa præſumendo talia, veniebat, per ſe, vel ſuos officiales, earundem poſſeſſionum homines dejerare compulit: ipſos à juramento fidelitatis, quibus Romanæ tenebantur eccleſiæ de facto (cum de jure non poſſet) abſolvens, & faciens eosdem fidelitatem nihilominus abjurare prædictam, ſibique fidelitatis juramenta præſtare. Pacis verò ipſum violatorem exiſtere plenè conſtat, quia cum olim tempore pacis inter ipſum & Eccleſiam reformatæ juraſſet, coram bonæ memoriæ Johanne de Abbatis villa Epiſcopo Sabinenſi, & magiſtro Thoma de Capua, titulo ſanctæ Sabinæ presbytero, Cardinale, præſentibus multis prælatis, principibus & baronibus, quod ſtaret & pareret præcisè, absque ulla conditione omnibus mandatis Eccleſiæ, ſuper his pro quibus erat vinculo excommunicationis aſtrictus, cauſis excommunicationis ejusdem expreſſis, per ordinem coram eo tunc omnibus Teutonicis, hominibus regni Siciliæ, ac quibuslibet aliis qui Eccleſiæ contra ipſum adhæſerant, omnem remittens offenſam & pœnam: & quod nullo tem-

tempore offenderet, vel offendi faceret ipſos, pro eo quod Eccleſiæ aſtiterant, præſtari in anima ſua per comitem Acerrarum faciens juramentum. Poſtmodum pacem & juramenta hujusmodi nequaquam erubeſcens, fidem periurus non ſervavit. Nonnullos etiam ex ipſis hominibus tam nobiles quàm alios præterea capi fecit, & eos bonis omnibus ſpoliatos uxores eorum & filios captivari, ac terras Eccleſiæ, contra promiſſionem, quam idem Johanni Epiſcopo, & Thomæ Cardinali fecerat, irreverenter invaſit, licet ipſum extunc in eum præſentem, ſi contra veniret, excommunicationis ſententiam promulgarunt. Et cum iidem Apoſtolica autoritate ſibi mandaſſent, ut nec per ſe, nec per alium impediret, quin poſtulationes, electiones & confirmationes eccleſiarum, & monaſteriorum, in regno præfato liberè de cætero fierent, ſecundum ſtatuta conſilii generalis: & quod nullus deinceps in eodem regno viris eccleſiaſticis, ac rebus eorum imponeret taleas vel collectas: quodque nullus ibidem clericus vel perſona eccleſiaſtica de cætero in civili vel criminali cauſa, convenirent coram judice ſeculari: nec ſuper feudis queſtio civiliter haberetur: ac templariis, hoſpitalariis & aliis perſonis eccleſiaſticis, de damnis & injuriis irrogatis eisdem ſatisfaceret competenter, ipſe mandatum ejus contempſit. Liquet namque plures Archiepiſcopales & Epiſcopales ſedes abbatiasque, ac alias Eccleſias ad præſens in regno vacare prædicto, ipſasque procurante ipſo, ſicut apertè patet, fuiſſe diutius prælatorum regimine deſtitutas, in grave ipſarum præjudicium, & periculum animarum. Et licet fortè

in aliquibus ejusdem Eccleſiis, regni electiones ſint à capitulis celebratæ: quæ tamen per illa ejusdem familiares clerici ſunt electi, probabili poteſt argumento concludi, quod facultatem liberam eligendi non habuerunt. Eccleſiarum autem ipſius regni non ſolum facultates & bona fecit, prout voluit, occupari: ſed & cruces, calices, & thuribula & alios ſacros earum theſauros, & pannos ſericos, velut cultus divini contemptor, auferri; licet, ut dicitur, ipſis Eccleſiis, exacto prius pro eis certo precio, in partem fuerint reſtituti. Clerici quoque collectis, & taleis multipliciter affliguntur, nec ſolum pertrahuntur ad judicium ſeculare: ſed ut aſſeritur, coguntur ſubire duella, incarcerantur, occiduntur, in patibulis cruciantur, in confuſionem & opprobrium ordinis clericalis. Præfatis autem templariis & perſonis eccleſiaſticis, non eſt de damnis iisdem illatis vel de injuriis ſatisfactum.

Eum quoque certum eſt fore ſacrilegii patratorem. Nam cum præfati Portuenſis & Præneſtinus Epiſcopi, & complures Eccleſiarum prælati & clerici, tam religioſi quàm ſeculares, ad Apoſtolicam ſedem, pro celebrando Concilio, quod prius ipſe petiverat convocari, per mare venirent, viis terræ ipſis de mandato ejus omnino præcluſis: item deſtinato Entio filio ſuo cum multitudine galearum, & per perſonas alias complures, longè antea ſeriò præparatas, in partibus Thuſciæ maritimis inſidiis poſitis contra eos, ut gravius poſſet virus vomere præconceptum, ipſos auſu ſacrilego capi fecit: quibusdam prælatorum ipſorum & aliis in

Entius ab aliis Hencius, nonnullis quoque Heinricus dictus.

in hujuſmodi captione ſubmerſis : nonnullis etiam interemptis : & aliquibus in ſervitute hoſtili fugatis : reliquis autem bonis ſpoliatis omnibus & de loco ad locum in regnum Siciliæ opprobriosè reductis : ac ibidem diris carceribus mancipatis : quorum aliqui macerati ſqualoribus, & inedia preſſi, miſerabiliter defecerunt.

Meritò inſuper contra eum de hæretica pravitate ſuſpicio exorta eſt. Cum poſtquam excommunicationis ſententiam à præfatis Johanne Epiſcopo Sabinenſi, & Thoma Cardinale prolatam incurrerit, & dictus Gregorius Papa, anathematis vinculo eum innodarit, ac poſt Eccleſiæ Romanæ Cardinalium, prælatorum, & clericorum, ac aliorum ex diverſis partibus ad ſedem Apoſtolicam venientium captionem, claves Eccleſiæ contempſerit & contemnat, ſibi faciens celebrari, vel potius quantum in eo eſt prophanari divina : & conſtanter aſſeveraverit, ut ſuperius eſt narratum, ſe præfati Gregorii Papæ ſententias non vereri. Præterea conjunctus amicitia deteſtabili Sarracenis, nuncios & munera pluries deſtinavit eiſdem, & ab eis viciſſim cum honorificentia & hilaritate recepit : ipſorumque ritus amplectitur : illos in quotidianis ejus obſequiis notabiliter ſecum tenens, eorundem etiam more, uxoribus, quas habuit, de ſtirpe regia deſcendentibus eunuchos, præcipuè quos, ut dicitur, ſerò caſtrari fecerat, deputare cuſtodes non erubuit. Et quod execrabilius eſt, olim exiſtens in partibus transmarinis, facta compoſitione quadam, imò colluſione verius, cum Soldano Mahometico nomini

mini in templo domini diebus ac noctibus publicè prælamari permiſit. Et nuper nuncios Soldani Babyloniæ, per quos idem Soldanus Terræ ſanctæ, ac Chriſtianis habitatoribus ejus, per ſe ac ſuos damna graviſſima & inæſtimabiles injurias irrogaret, per regnum Siciliæ cum laudibus ad ejusdem Soldani excellentiam, ſicut fertur, honorificè ſuſcipi fecit, & magnificè procurari. Aliorum quoque infidelium pernicioſis & execrandis obſequiis, contra fideles abutens, & illis qui damnabiliter vilipendentes Apoſtolicam ſedem, ab unitate Eccleſiæ diſceſſerunt, procurans affinitate & amicitia copulari, claræ memoriæ ducem Bavariæ, ſpecialem Romanæ Eccleſiæ devotum, ſicut pro certo aſſeritur, Chriſtiana religione neglecta per Aſſaſſinos occidi. Et Battacio Dei Eccleſiæ inimico, à communione fidelium per excommunicationis ſententiam, cum adjutoribus, conſiliatoribus & fautoribus ſuis, concilio ſolenniter celebrato, ſeparato, filiam ſuam tradidit in matrimonium. Catholicorum verò principum actus & mores reſpuens, ſalutis, famæ, & pietatis operibus non intendit: quinimo ut de ſuis nephariis diſſolutionibus ſileamus, cum didicerit opprimere, non curat oppreſſos miſericorditer relevare, manus ejus, ut decet principem, ad eleemoſinas non extenta, cum deſtructioni Eccleſiarum inſiſtat, religioſas ac alias eccleſiaſticas jugi attrivit afflictione perſonas: nec eccleſias, nec monaſteria, nec hoſpitalia, ſeu alia pia loca cernitur conſtruxiſſe.

Battacius Friderici gener de quo & Pandulfus. Videtur autem is eſſe, qui Latinis imperium Conſtantinopolitanum obtinentibus, Theodoro Laſcari in regno Hadrianopolitano ſucceſſit, filia ejus Irene in matrimonium accepta:

Non ergo levia, ſed efficacia hæc ſunt argumenta, de ſuſpicione hæreſis, contra eum. Cum hære-

hæreticorum vocabulo illos Jus civile contineri aſſerat, & latis adverſus eos ſententiis debere ſuccumbere, qui vel levi argumento à judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare. Præter hæc regnum Siciliæ, quod eſt ſpeciale patrimonium beati Petri, & idem princeps ab Apoſtolica ſede tenebat in feudum, jam ad tantam in clericis & laicis exinanitionem ſervitutemque redegit, quòd eis penè penitus nihil habentibus & omnibus exinde ferè probis ejectis, illos qui remanſerunt ibidem ſub ſervili quaſi conditione vivere, ac Romanam Eccleſiam, cujus principaliter ſunt homines & vaſalli, offendere multipliciter & hoſtiliter impugnare compellit.

Ab aliis quoque Diplobatazius dictus, de quo Cuſpinianus ſub vitam Friderici III. in Cæſaribus. Cæterùm de filia Friderici Battazio deſponſata, nullum eorum, quos mihi legere contigit, autorum, quid prodidiſſe memini. Quare conjicere eſt, id factum poſt mortem Irenes. Extat epiſtola Friderici ad Calojoannem, lib. 3. ep. 29.

Poſſet etiam meritò reprehendi quod mille * Squifatorum annuam penſionem, in qua pro eodem regno ipſi Eccleſiæ Romanæ tenetur, per novem annos & amplius ſolvere prætermiſit: Nos itaque ſuper præmiſſis, & quampluribus aliis ejus nefandis exceſſibus, cum fratribus noſtris & ſancto Concilio deliberatione præhabita diligenti (cum Jeſu Chriſti vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in beati Petri perſonam ſit dictum: Quodcunque ligaveris ſuper terram, ligatum erit in cœlis) memoratum principem, qui ſe Imperio & regnis, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum: quique propter ſuas iniquitates adeò ne regnet, vel imperet eſt abjectus: ſuis ligatum peccatis & abjectum, omnique honore ac dignitate privatum à domino oſtendimus, denunciamus, & nihilominus ſententiando

* alii legunt factorum.

do privamus : omnes qui ei juramento fidelitatis tenentur aſtricti, à juramento hujusmodi perpetuo abſolventes : autoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero ſibi, tanquam Imperatori vel Regi, pareat, & intendat : decernendo, quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi, conſilium vel auxilium præſtiterint, ſeu favorem, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Illi autem ad quos in eodem imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant libere ſucceſſorem. De præfato Siciliæ regno providere curabimus, cum eorundem fratrum noſtrorum conſilio, ſicuti viderimus expedire. Data Lugduni 16. Calend. Augúſti : pontificatus noſtri anno tertio.

AD LECTOREM.

Cum epiſtolæ Gregorii Papæ noni ad Fridericum exemplum ex vetuſto quodam codice tranſcriptum, ad manus eſſet, etſi id, ut & præcedentis excommunicationis, nulli epiſtolarum Petri de Vineis exemplo adjunctum viderimus, tamen formulæ excommunicationis in Fridericum Imperatorem ab Innocentio III. pontifice promulgatæ ſubjungere libuit: cùm quòd ab argumento epiſtolarum aliarum non penitùs eſt alienum, tum ut eo perlecto ac cognito, quantum Gregorius pontifex, dum Friderico amicus fuit, ei ob præſtantiſſimas vereque divinas ingenii dotes detulerit, lector perſpiciat, quæ Romaniſtarum judicia eſſe ſoleant: nimirum ut hos, qui ſeſe ad pedes ipſorum ſubjiciunt, ament, colant, prædicent, atque in cœlum ferant: contradicentes autem, vel in minimo adverſantes, culpent, inſectentur, vituperent, proſcindant, condemnent, atque tandem anathematis ſui fulmine percuſſos in imum inferni detrudant.

S. S. S.

EPI-

EPISTOLA GREGORII

Papæ noni directa anno ſui pontificatus, Friderico Secundo Romanorum Imperatori, ac Hieruſalem & Siciliæ Regi.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico, Romano Imperatori, & Siciliæ Regi, ſemper Auguſto : ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad oſtendendum viam ligni vitæ errantibus, in invio mundi hujus, poſuit te Dominus quaſi Cherubim, & verſatilem gladium. Cum enim diligenti meditatione penſatur ratio in te illuminata dono intelligentiæ naturalis, & imaginatio diſcreta in rei comprehenſione ſenſibilis : quæ, quaſi verſatilis, una facie reſpicit rationem, alia naturam ſenſibilium intuetur. In te virtus motiva manifeſtè conſpicitur, qua poſſis inconveniens à conveniente diſtinguere : & comprehenſiva, qua facilè valeas conveniens & licitum obtinere donum. Sanè tibi ſcientiæ deſuper attributæ, & virtus perfectæ imaginationis in manu opificis reſultantis, quaſi duo luminaria magna, duo dona cœleſtia, viam ligni, in qua vita noſtra pependit, & terram promiſſionis oſtendunt. Iſta duo vexilla, quæ Dominus erexit in animæ tuæ corporeis inſtrumentis, tota ſequitur militia Chriſtiana : quin potius ſequitur totus mundus, à paradyſo puræ conſcientiæ, merito ſuæ prevaricationis excluſus. Et ideo eſt ſummopere præcavendum, ne vexillum quod habes commune cum angelis, intellectus videlicet

licet & affectus, deformet delicati corporis nutrimentum: ac per hæc, quod abſit luminaribus cognitionis & dilectionis extinctis, & in terram victricibus Aquilis ſic proſtratis, & voluptatibus terrenis implicitus, commodè non poteris, te ſequentibus viam demonſtrare ſalutis. Abſit à te hoc fili chariſſime, à quo videtur modò vita hujus mundi ſenſibilis dependere. Illius itaque recorderis hiſtoriæ, quod in columna ignis & nubis, de jugo Pharaonis populus Hebræorum eductus, in terram promiſſionis inducitur: quam in zelo juſtitiæ, & in nube quæ refrigerat miſericordiæ, coneris virtute divina, ſuperatis interioribus hoſtibus obtinere, ut hæc in archivo memoriæ valeas jugiter intueri. Quinque inſignia Imperialis Celſitudinis culmini deputata, cum eorum myſteriis cupimus ſtylo ferreo in cordis tui ungue adamantino depingere, quod nulla poſſet oblivione deleri. Crux ubi eſt lignum Domini, & lancea ubi clavus ejus exiſtit, ante te in proceſſionibus ſolennibus deportantur. Coronam auream cum lapidibus precioſis geſtas in capite: ſceptrum in dextra: pomum tenens aureum in ſiniſtra. Crux, ut Dominicæ paſſionis memoria, & acerbiſſimi cruciatus, ſint ſemper ante oculos mentis tuæ, in contumeliis verborum in injuriarum opprobriis, flagellis & plagis, laceratione ſpinarum, transfixione clavorum, prudenter attendens in quantum te oporteat Domino reſpondere. Lanceam conſidera diligenter, cujus acumen latus ejus perforavit & aperuit, de quo Chriſtus largiter ſacramenta tuæ ſalutis effudit. Iſta eſt porta anguſta quæ te ducit ad vitam, de qua non ſubſtantia

Myſticè, ſed ſatis papiſticè inſignia Imperialia interpretatur.

ſolita, ſed liquor tantum exivit, ut dolor acutus ſit in te & veræ contritionis acumen: quod eſt clavis quæ tibi portam aperit paradyſi, quam non poteſt intrare ſolidum aliquid, nec anima indurata, ſed liquefacta in camino fervidæ charitatis, & in fornace amoris. Corona autem triplici coronaris, ſicut & Chriſtus extitit triplici diademate coronatus, à matre, noverca ſcilicet & patre. A matre, ſcilicet corona gratiæ, per quam infirmitatem noſtræ mortalitatis aſſumpſit. A noverca, coronam juſtitiæ, per quam genus humanum, ſanguinis ſui precio redemit. A patre coronam gloriæ, ad dexteram ſuam ipſum in regno gloriæ ſuæ collocavit. Tu autem ſimiliter in Germania coronaris à matre, cujus lacte nutritus es & feliciter educatus, corona gratiæ, quam non ex debito juſtitiæ, ſed ex libera electione principum noſtrorum es aſſecutus. A noverca coronatus es in Liguria, quæ ſolet aliquando Imperio novercari, corona juſtitiæ, quæ debetur juris neceſſitate. Tertiò coronaris à patre, ſcilicet à ſummo pontifice, corona imperii, quæ eſt gloriæ, quæ te omnibus mundi poteſtatibus anteponit: ut gloria & honore ſuper omnes mundi principes ſublimeris. Coronam igitur gratiæ ita portes in hoc exilio, ut corona juſtitiæ tibi in judicio reponatur: & examinandus à judice, in judicio, ſermones tuos in præſenti diſponas, quibus ad argumentum, poſſis reſpondere. Et tandem corona immarceſcibilis gloriæ coroneris in regno, quod nullo unquam tempore corrumpetur. Sceptrum juſtitiæ portas in dextra, quæ gravis eſt ad puniendum iniquos. In ſiniſtra pomum aureum, initio carens

carens & fine: quod eſt miſericordiæ, cui regnum promittitur ſempiternum, quæ extenta debet eſſe ad liberandum oppreſſos & miſeros conſolandos. Quia judicium ſine miſericordia multum deſtituitur, ſi unum ſine altero teneatur. Adhæc de animæ tuæ quam ſyncera & ardenti diligimus charitate, ſalute ſolliciti, univerſis mundi hujus tranſitoriis præferenda, ex prærogativa dilectionis, quam in minore officio ſumus Imperialem celſitudinem amplexati: ut nihil de contingentibus omittamus, quæ ad mortis æternæ periculum evitandum, & recuperandam gratiam crucifixi fuerunt oportuna: latorem præſentium fratrem Gualterum, de ordine Prædicatorum, tibi duximus deſtinandum, cui tanquam nobis fidem indubitatam adhibeas, ſuper his quæ ex parte noſtra proponenda duxerit. Datæ &c.

SCHOLION.

HIC apparet teſtimonio hujus Papæ, quod glorioſus & ſublimis erat ille Fridericus II. Auguſtus: qui etiam Conſtitutiones regni Siciliæ juſtiſſimas & ſanctiſſimas edidit, & ſuo tempore obſervari in regno ſtrictiſſimè fecit. In quibus inter alia voluit, quod omnibus advocatis & procuratoribus litigantium in ejus Curia, de publico provideretur. Et ſimiliter omnibus indigentibus ſeu pauperibus illic litigantibus, interim quod ſine dolo cauſas perſequerentur eorum, de publico, ſcilicet de regiis emolumentis, ſumptus darentur: nec pro examinatione teſtium quicquam reciperetur à ſatrapis & ſcribis Curiæ memoratæ. Sed hæ

conſtitutiones divinæ, poſtea ſuccedentibus novis regibus Gallicis, per contrariam deſuetudinem in abuſionem ductæ fuerunt, potiſſimè in odium dicti conditoris earum. Et quia ipſi novi reges non usquequaque per juſtitiam, ſed voluntatem propriam regere voluerunt. Dictus etiam Fridericus generale ſtudium in civitate Neapolitana inſtauravit, hoſpitale & ædificia neceſſaria cum maximis reditibus in Tripergulis, ubi ſunt calida balnea prope mare, diſtantia à Neapoli per duo milliaria, & per tria vel circa à civitate Puteolana, pro advenientibus illuc pauperibus etiam ædificavit, & maximis reditibus dotavit, nihil horum quæ ad providum regem & diligentem dominum ſpectant omittendo.

CAPI-

CAPITA LIBRI PRIMI
Epiſtolarum Petri de Vineis.

Querimonia Friderici Imperatoris, ſuper depoſitione ſua, contra Papam & dominos Cardinales. Cap. I.

Fridericus, regibus & principibus mundi, ut non obediant domino Papæ, & Cardinalibus, eo quòd ſunt eleemoſynis pauperum impinguati. Cap. II.

Fridericus regi Franciæ, ſuper ſententia depoſitionis lata contra eum per Papam & Cardinales in concilio Lugdunenſi. Cap. III.

Fridericus Magiſtro juſtitiario regni Siciliæ, ut procedat contra clericos, non celebrantes Miſſarum ſolennia tempore interdicti, & quod religioſi non transferant ſe de civitate in civitatem. Cap. IV.

Fridericus, regi Franciæ ſignificat aliqua facientia ad tractatum pacis reformandæ, inter ipſum & dominum Papam. Cap. V.

Fridericus Cardinalibus, ſuper ſententia excommunicationis lata contra ipſum, per dominum Papam in urbe. Cap. VI.

Invectivè ſcribit Romanis, eo quòd non oppoſuerunt ſe domino Papæ, quando excommunicationis ſententiam protulit in eundem. Cap. VII.

Comitibus, principibus, & aliis nobilibus, ſuper obſidione Faventiæ, & captione legato-

 rum,

rum, & Prælatorum vocatorum ad Concilium. Cap. VIII.

Eisdem ſuper eadem captione Prælatorum, & etiam Legatorum. Cap. IX.

Juſtitiario Terræ laboris, ſuper depoſitione ſua, ut exigat ſubventionem à clericis. Cap. X.

Regi Angliæ, & aliis regibus, de morte domini Gregorii Papæ noni. Cap. XI.

Rex Franciæ, Friderico Imperatori, ſuper liberatione Prælatorum regni Franciæ captorum per ipſum. Cap. XII.

Reſponſiva Friderici Imperatoris ad præcedentem. Cap. XIII.

Fridericus, ſcribit infectivè Cardinalibus, quia nimis tardant in electione novi pontificis. Cap. XIV.

Fridericus regi Caſtellæ conqueritur de domino Papa. Cap. XV.

Regi Anglorum, narrans ei, quòd non potuit obtinere pacem cum domino Papa. Cap. XVI.

Friderici invectiva ad Cardinales, cum increpatione quia non creant novum Papam. Cap. XVII.

Fridericus, regi Franciæ conqueritur de domino Papa. Cap. XVIII.

Fridericus, Capitaneo regni, ut procedat contra religioſos, portantes literas papales in regnum. Cap. XIX.

Fridericus regibus, & univerſis Baronibus regni Franciæ,

Franciæ, narrans eis proceſſum habitum, inter ipſum & dominum Papam. Cap. XX.

Fridericus eisdem, & ſuper eisdem, conquerendo graviter de ſummo pontifice. Cap. XXI.

Fridericus Viterbienſibus, inducens eos ad fidem ſuam commemorans, quod Papa eis in neceſſitate noluit ſubvenire. Cap. XXII.

Fridericus, quod moneantur clerici, ut divina celebrent tempore interdicti. Cap. XXIII.

Reſcribit Papæ, quòd non remittit captivum ſibi repetitum per ipſum, ſed ob ſui reverentiam, mitigat ſibi captivitatem. Cap. XXIV.

Conſtitutiones editæ per Imperatorem, contra hæreticos. Cap. XXV.

Item alia de eodem. Cap. XXVI.

Item alia ſuper eodem. Cap. XXVII.

Fridericus, univerſis mundi principibus de ſiniſtris rumoribus Terræ ſanctæ. Cap. XXVIII.

Regi Ungariæ de adventu Tartarorum; & conqueritur ei de Papa, propter cujus impedimentum non poteſt eis obviare. Cap. XXIX.

De eodem. Cap. XXX.

Univerſis Prælatis, ut compeſcant Papam à ſuis illicitis motibus. Cap. XXXI.

Fridericus, fidelibus ſuis de ſervitiis collatis Eccleſiæ per eum, & de creatione novi pontificis. Cap. XXXII.

Fridericus de promotione Papæ, ſcribit ſibi, ſignificans ſe pariturum mandatis ipſius, per nun-

nuncios & legatos. Cap. XXXIII.

Regi Franciæ varias calliditates Papæ indicat, rogans ut per regnum ſuum faciat divulgari, ut nullus accedat ad Concilium papale. Cap. XXXIV.

Scribit rex Franciæ univerſis Cardinalibus, quòd cum Romana Eccleſia multo tempore paſtore vacaverit, talem Pontificem eligit, qui meritò Chriſti vicarius dici poſſit. Cap. XXXV.

De admiranda Romani pontificis in Fridericum iniquitate. Cap. XXXVI.

Sacerdotium conqueritur de fratribus minoribus, eorumque faſtum reprimi petit. Cap. XXXVII.

Epiſtola Caroli primi regis Siciliæ ordinata per Clementem Papam IV. ad Petrum regem Arragoniæ. Cap. XXXVIII.

Reſponſio domini Petri regis Arragoniæ ſupra præmiſſis. Cap. XXXIX.

EPI-

EPISTOLARUM PETRI DE VINEIS

Liber I.

QUERIMONIA FRIDERICI IMPERATORIS, ſuper depoſitione ſua, contra Papam, & dominos Cardinales.

Cap. I.

COllegerunt pontifices & phariſæi conſilium in unum, (1) adverſus principem, & Romanorum Imperatorem. (2) Quid facimus, inquiunt, quia hic homo de hoſtibus ſic triumphat, ſi ſic ipſum dimittimus, omnem ſibi ſubjiciet gloriam Lombardorum, & more Cæſareo veniens non tardabit, ut poſſe nobis & locum auferat, & deſtruat gentem noſtram. Vineam autem Domini Sabaoth, aliis locabit agricolis, & nos (3) absque judicio judicabit, (4) & malè perdet. Obſtemus ergo principiis, ne fortè ſcintilla tenuis in flammam tranſeat deſtructivam. Et morbus quidem incipiens fiſtulare, (5) non abſciſſus usque quo (6) perveniat in medullas. Sæpe enim vix fumus (7) ignis extin-

E 5 guitur,

(1) *in unum.* lege & in unum. (2) *& Romanorum Imperatorem*, l. Chriſtianum dominum convenerunt. (3) *& nos* l. & bonos (4) *judicabit* deeſt. (5) *fiſtulare* l. fiſtulari. (6) *quo* deeſt. (7) *fumus* l. ferus.

Digitized by Google

guitur, & morbo cronico ſalubris (8) ſerò parabitur medicina. Nullus igitur hujuſmodi (9) ſermones Principis attendentes, percutiamus acriter, ajebant, (10) lingua, nec ſagitta noſtra plus lateat, ſed procedat: ſic procedat, ut (11) feriat: ſic feriat, quod lædat: ſic lædatur, quod (12) jaceat: ſic proſternatur, ut amplius (13) non reſurgat, & tunc clarè videbitur, (14) ſi ſua ſomnia proſint (15) illi. Super cathedra (16) Moſi ſedentes, hoc tempore Phariſæi, (17) ſic moti ſunt (18) contra Romanum principem oberrantes, quòd actores malitiæ facti ſimul & judices, apertè judicium ſubverterunt. Tandem illos ſui cordis (19) malitia ſic intus & extra penitus obcœcavit, quod unà prorſus errante clavium poteſtate, (20) inſontem & juſtum Principem ligaverunt. Sed audite mirabilem tam glorioſi Principis ligaturam. Iſte Pater patrum, qui dicitur Servus ſervorum Dei, (21) omni prorſus excluſa juſtitia, factus eſt aſpis ſurda, non admittens Romani principis allegata: & velut lapis qui de funda jacitur, ſic emiſit ſubitò verbum malum, ac velut omnino reſpuens (22) in perturbatum conſilium. (23) Quod ſcripſi ſcripſi, vociferans, reſpuit viam pacis. Sed qui

(8) *ſalubris* deeſt. (9) *hujuſmodi* l. hujus. (10) *acriter ajebant* l. ajunt acriter ipſum. (11) *ut* l. quod. (12) *quod* l. ut. (13) *amplius* l. poſtea. (14) *videbitur* l videbimus. (15) *proſint* l. proſunt. (16) *cathedra* l. cathedram ergo. (17) *Phariſæi* l. Scribæ & Phariſæi. (18) *moti ſunt* l. mores. (19) *ſui cordis* deeſt. (20) *poteſtate* deeſt. (21) *qui dicitur Servus ſervorum Dei* l. & Dominus ſervus ſed vox Dei. (22) *reſpuens* l. reſpectus. (23) *perturbatum* l. perturbato extunc.

qui Chriſti vicarius diceris & Petri ſucceſſor, etiam humilis (24) piſcatoris, cur (25) accenſus furore, refugis id pro quo rex omnium induit formam ſervi; Dic rogo, quid reſurgens à mortuis dixit primò diſcipulis, ille Magiſter omnium magiſtrorum? Non, inquit, arma & ſcutum ſumite, nec ſagittam vel gladium, ſed pax vobis. At quid gloriaris in malitia, qui (26) ſolus in orbe diteris fraude & dolo? Quid aliud niſi pacem hymnus dicit angelicus, & * tertius agnus Dei: vel quid ille mirabilis Regis æterni filius, corporali præſentia diſceſſurus, tunc reliquit diſcipulis, cum rediit unde venit. Certè pax & dilectio ſunt principaliter illa duo, quæ teneri (27) voluit poſt disceſſum. Ergo, ſi Chriſti vicarium, & Petri te aſſeris ſucceſſorem, à Chriſti prorſus & Petri tramite non diſcedas. Sed actus concordent actibus, & Campanus ** inhæreat Galilæo. Iſtud autem ſatis, & merito turbat Chriſti fidelium puritatem, quòd Petrus relictis omnibus & rete, ſequi, Chriſto vocante, voluit viam vitæ: qui tanquam omnia poſſidens, (28) & nil habens, ad theſaurum cœleſtis patriæ ſemper ardentius aſpirabat. Tu verò nihil prorſus (29) habens, omnia autem (30) poſſidens, quæris ſemper quid devores & diglutias, (31) nec ſedare poteſt aliquando totus mundus tui (32) ventris ingluviem, quia (33) tibi non ſufficit

* Aliàs & in terris agnus Dei. S.

** Campanus inhæreat Galilæo, id eſt, Gregorius nonus imitetur veſtigia Petri. Nam Gregorius natione Campanus: Petrus Galilæus fuit. S.

(24) *etiam humilis* l. &. (25) *cur* l. quod. (26) *qui* l. quid. (27) *teneri* l. teneri plus. (28) *poſſidens* l. poſſidens quæris ſemper quid devores & derodes. (29) *nil prorſus* l. tanquam nil. (30) *omnia autem* l. & omnia. (31) *diglutias* l. derodas. (32) *totius mundus tui* l. tuam mundus. (33) *quia* l. quid.

ſufficit orbis terræ. Petrus autem Apoſtolus, (34) ut legitur, ad portam veniens Specioſam: Nec argentum nec aurum habeo, dixit claudo. Tu verò ſi forſan incipit acervus pecuniæ quem adoras minui, ſtatim cum claudo claudicas, quærens anxiè quæ ſunt mundi. Sed qui, Chriſto jubente, prædicas tanquam paſtor Eccleſiæ paupertatem, cur refugis quod (35) hortaris, quærens (36) ſemper, ut cumules (37) aurum auro? In hoc ergo, non (38) reſtat aliud, ſi non dormis, niſi ut ſummi pontificis prorſus (39) prædicatio contemnatur. De cœlo namque, ſi bene recolis, deſcendit linteum ſuper Petrum, cui ſurge, macta, & comede, dictum eſt, dum oraret: qui tamen immunda noluit manducare, dura quamvis eſſet eſurie ſtimulatus. Tu verò ad hoc vivis, ut comedas, in cujus vaſis & ciphis aureis ſcriptum eſt: Bibo bibis. Cujus verbi præteritum ſic frequenter in menſa repetis, & poſt cibum, quòd quaſi raptus usque ad tertium cœlum, Hebraicè, Græcè loqueris, & Latinè. Poſtquam autem impleta fuerit vino ventris ingluvies, (40) & ſtomachus usque ad ſummum ejus, tunc ſuper pennis ventorum æſtimas te ſedere. Tunc tibi (41) Romanorum ſubeſt (42) Imperium: tunc adferunt tibi (43) munera reges terræ: tunc vinum mirabiles facit exercitus: tunc tibi (44) ſerviunt omnes Gentium nationes.

(34) *Apoſtolus* deeſt. (35) *quod* l. quid. (36) *quærens* l. & quæris. (37) *cumules* l. copules. (38) *non* l. nil. (39) *prorſus* abeſt. (40) *ingluvies* l. iniquitas. (41) *tibi* abeſt. (42) *ſubeſt* l. ſubſtat. (43) *tibi* abeſt. (44) *tunc tibi* l. & tunc.

nes. Ploret igitur mater Eccleſia, quod paſtor gregis Dominici, factus eſt lupus rapax. Craſſum quidem de grege comedens, confractum non alligat, & diſſolutum ad propria non reducit, ſed velut amator ſchiſmatis, caput & author (45) ſcandali, pater doli, contra jura Romani principis & honorem tuetur hæreticos, Dei quidem & omnium (46) Chriſti fidelium inimicos, omnium (47) prorſus altiſſimi timore poſtpoſito, & hominum verecundia retrojecta. Sed ut poſſit hic melius ſui cordis malitiam (48) occultare, prædictos crucis hoſtes & fidei, fovet (49) & protegit ſub quadam ſpecie pietatis, adſerens ſe Lombardis, ad hoc tantum ferre ſubſidium in hac parte, ne Cæſar illos cædat, aut judicet plusquam requirit ſeries ſui juris. Sed doloſæ vulpis aſtutia, nunquam in hoc falles (50) ingenium venatoris. (51) At qui regis Iſrael, intende ſingularis Dominici gregis paſtor. Dic rogo, quid eſt hoc, quod curabat, ut legitur, infirmos à morbis validis, umbra Petri? Tu verò, tanquam vir ſanguinum, ad hoc ſolum invigilas, ut facta ſtrage, viventium ſanguis innoxius effundatur, & de te ſacerdos male, (52) optimè dici poteſt. Qui tuo tempore Deo diſplicere proponis, & per excellentiam tuam iracundiæ turpis (53) es imitator, dicens: Guerram veni mittere in terram, & quid (54) aliud volo, niſi ut inter

(45) *autor* l. actor. (46) *& omnium* l. & hominum Chriſti. (47) *omnium* l. omni. (48) *malitiam* l. nequitiam. (49) *fovet* l. fovet hereticos. (50) *falles* l. fallit. (51) *venatoris* l. venationis. (52) *de te ſacerdos male* l. de re ſacerdos ut male. (53) *turpis* l. temporis. (54) *quid* l. quod.

ter ſe homines prælientur? Non enim eſt hoc Romani pontificis, cui Paſce dictum eſt oves meas, ut illas quidem mortifices, quarum paſtor & caput diceris, dux etiam & ſervator. Iſtud quidem conſideres, ut (55) nec voluntas vel furor opprimat jus & verum, quod ille rex terreſtrium & cœlorum, in terris diutius converſando, (56) nil prorſus habere voluit cum terrenis, ſed docendo (57) diſcipulos: Beatos pauperes ſpiritu tunc vocavit. Tu verò tantum in terris habens (58) proprium & commune terrenis, in terris terrea theſaurizas. (59) Sed, proh dolor, theſauros Eccleſiæ raro vel nunquam in uſus erogas egenorum. Sed ut teſtatur Anagnia, mandaſti ſtatim (60) domum fieri mirabilem, ſicut regia ſolis erat, oblitus prorſus Petri inopiæ qui dudum non habuit, niſi rete: & quod pejus eſt, etiam illa noſtra Hieruſalem, in qua Chriſtus effuſo ſanguine pati voluit & occidi, jacet ancilla (61) canibus, & tributaria Saracenis. Et tu Chriſti vicarius in hoc dormis, nec curas, quod noſtra dolet hæreditas ad alios devoluta. Sedet enim deſerta civitas, olim (62) plena populo, & gentibus ſpecioſa, Romani quidem antiſtitis omni prorſus ſolatio deſtituta, fundens rivos amaritudinis, quæ lac & mel olim fundere conſuevit. (63) Vox cujus vox turturis, quæ pro cantu dat gemitum, viduata plorat anxiè,

(55) *ut* abeſt. (56) *converſando* l. conſervando. (57) *docendo* l. dicendo. (58) *habens* l. habes. (59) *in terris terrea theſaurizas* l. horrea theſaurizas. (60) *ſtatim* abeſt. (61) *ancilla* l. ancillata. (62) *olim* deeſt. (63) *mel olim fundere conſuevit* l. mel latius emanabat.

xiè, velut Rachel filios ſuos, quos in templo ſancto ſuo non vidit (64) Sabbatha venerari, aſſiduè Regem regum Romanum (65) expectans (66) principem, captivitatis (67) ſuæ fiduciam, & ſui exterminii redemptorem. Sed tu hoſtis Herodes impie, illuc ire times, lapis offenſionis & petra (68) ſcandali, maris & terræ ſemitas conturbaſti, ne Cæſar iſte mirabilis, mundi lumen & ſpeculum ſine ruga, ſuccurrat more Cæſareo terræ Dei. Sed defendis hæreticos perditionis filios & erroris, audire potes meritò (69) verbum illud: Error cui non reſiſtitur, adprobatur: & nec eſt mirum, non enim cares occultæ ſocietatis ſcrupulo, cum manifeſto facinori deſinis (70) obviare. Ad cor ergo revertere, nec opponas te Principi matris Eccleſiæ defenſori, ſed cogita & attende, quod Sylveſtro dudum Papæ, pauperrimo latenti tunc temporis in caverna reſpondit, ut decuit tantum virum ſacri (71) magnificentia Conſtantini, qui curatus à lepræ vitio, dedit, (72) Eccleſiæ quicquid habet libertatis hodie vel honoris. Sed Sylveſtri vicarius malè reſpondet Friderico: (73) Nunquid enim dimittis ſeptuageſies (74) ſepties, ſicut æterni regis filius dixit Petro, qui non vis inſonti ſemel parcere, ſæpe (75) veniam poſtulanti. Aut cùm dicat Apoſtolus: Omnis poteſtas à Domi-

(64) *vidit* l. videt. (65) *Romanum* deeſt. (66) *expectans* l. expecta. (67) *captivitatis* l. captivitati. (68) *& petra* l. petre. (69) *merito* l. & merito. (70) *deſinis* l. non deſinis. (71) *ſacri* l. ſacra. (72) *dedit* l. ſtatim dedit. (73) *Friderico* l. hodie Friderico. (74) *ſeptuageſies* l. ſeptuagies. (75) *ſæpe* abeſt.

Domino Deo eſt, qui (76) poteſtati reſiſtit, divinæ potentiæ contradicit. Revertentem ergo ad gremium matris Eccleſiæ, benignè recipias filium ſingularem, præſertim cum petat inſtanter veniam absque culpa: alioquin leo noſter fortiſſimus, qui ſimulat hodie ſe dormire, rugitu ſolo terribili trahet omnes à terræ finibus tauros pingues, & plantando juſtitiam, Eccleſiam diriget, evellens prorſus ac deſtruens cornua ſuperborum.

Cap. II.

Fridericus regibus & principibus mundi, ut non obediant Papæ & Cardinalibus, eo quod ſunt eleemoſynis pauperum (1) *impinguati.*

ILlos felices deſcribit antiquitas, quibus ex alieno præſtatur cautela periculo. Status namque ſequens formatur ex principio præcedentis, (2) & ut impreſſionem cera recipit ex ſigillo, ſic humanæ vitæ formatur moralitas ab exemplo. Hanc utinam felicitatem, noſtra ſerenitas prægustaſſet, ut cautelæ ſolertiam, quam vobis ô Chriſtiani reges & principes, ex noſtra (3) majeſtatis nimie (4) læſione relinquimus, nobis potius (5) Chriſtiani reges & principes læſi (6) reliquiſſent. Porrò, quia clerici cenſentur pauperum eleemoſynis impinguati, filios opprimunt: ipſique noſtrorum filii ſubditorum paternæ conditionis obliti,

(76) *qui* l. & qui. (1) *pauperum* l. Chriſtianorum. (2) *præcedentis* l. præcedenti. (3) *noſtra* l. noſtræ. (4) *nimie* l. nimia. (5) *potius* abeſt. (6) *læſi* abeſt.

liti, nec Imperatorem nec (7) Regem aliqua veneratione habere dignantur, quoties in patres Apoſtolicos ordinantur. Quod autem ex circumlocutionibus noſtris innuitur, ex Innocentii Papæ quarti præſumptione probatur: quia (8) vocata Synodo, ut aſſerit generali contra nos non vocatos, nec ſuper aliqua fraude vel pravitate convictos, auſus eſt ſententiam depoſitionis ſtatuere, quam præter omnium regum enorme præjudicium non poterat ſtabilire. Quid enim vobis & ſingulis regibus, ſingularum regionum, à facie tanti principis ſacerdotum timendum? non ſupereſt, ſi nos (9) ex principum electione ſolenni, & adprobatione totius Eccleſiæ, ac in (10) Chriſtianæ fidei religione viventium, Imperiali diademate divinitus (11) inſignitos, & alia regna nobilia magnificè gubernantes, deponendos (12) adgreditur: & cujus, quo ad Imperiale diadema, non intereſt aliquid in nos exercere rigoris, etiam ſi cauſæ legitimæ probarentur. Verùm quem (13) ſacerdotalis ſic infeſtat abuſio poteſtatis, à (14) ſummo nos conatur præcipitare deorſum, nec primi ſumus nec ultimi. Et hoc quidem (15) vos facitis obedientes, religionem ſimulantibus (16) ſanctitatis, quorum ſperat (17) ambitio, quod totus mundus defluat in os ſuum. O ſi veſtræ credulitatis ſimplicitas, à Scribarum & Phariſæorum

(7) *nec* l. aut. (8) *quia* l. qui. (9) *nos* l. per nos. (10) *in* abeſt. (11) *divinitus* abeſt. (12) *deponendos* l. illos deponendos. (13) *quem* l. quum, (14) *à* l. & à. (15) *quidem* l. qui verò. (16) *ſimulantibus* l. ſimulationibus. (17) *ſperas* l. ſpectat

ſæorum fermento, quod eſt hypocriſis, juxta (18) ſententiam ſalvatoris, ſibi curaret, attendere: (19) quot illius Curiæ turpitudines execrari poſſetis? quas inhoneſtas & pudor prohibet nos effari. Sanè reditus copioſi, quibus ex plurium (20) depauperatione regnorum ditantur, quemadmodum ipſi noſtis, ipſos faciunt inſanire. Apud vos Chriſtiani (21) mendicant, ut apud eos Patareni manducent, ibi veſtras domos obſtruitis, ut illic adverſariorum oppida conſtruatis. Sicque (22) de veſtris eleemoſynis impinguati, tales (23) Chriſti pauperes ſuſtentantur; qui beneficii compenſatione, qua ſaltem gratitudinis (24) exhibitione vobis ſe præbent obnoxios, (25) qui quanto manus eis indignantibus liberaliores oſtenditis, (26) tanto non ſolum manus, ſed etiam manus & cubitos avidius adprehendunt, ſuo vos laqueo detinentes, ſicut avicula, quæ quanto (27) ad evaſionem fortius nititur, tanto firmius (28) alligatur. Hæc vobis ad præſens ſcribenda curavimus mittere, inſufficienter exprimentia votum noſtrum. Cætera verò ſecretius intimanda, (29) decrevimus omittere: (30) videlicet in quos uſus divitias pauperum expendit prodigalitas avarorum. Quid ſuper Imperatore comperimus eligendo,

(18) *juxta* l. veſtræ. (19) *attendere* l. avertere. (20) *ex plurium* l. exemplum. (21) *Chriſtiani* l. inſani. (22) *ſicque* l. ſic denique. (23) *impinguati tales* deſunt. (24) *gratitudinis* l. magnitudinis. (25) *obnoxios* l. ebrioſos. (26) *indignantibus liberaliores oſtenditis* l. indigentibus largiores extenditis. (27) *quanto* l. quanto plus. (28) *firmius* l. fortius. (29) *intimanda* l. incurando. (30) *omittere* l. mittere.

gendo, niſi pax, quam per magnos mediatores intendimus reformare inter (31). nos & Eccleſiam, ſaltem ſuperficialiter reformetur ? Quid de regum omnium communibus ſpecialibusque negotiis diſponere intendamus ? (32) Quid ſuper inſulis Oceani fuerit ordinatum ? quid contra Principes univerſos quibusdam conſiliis vel negotiis, quæ nos, qui nonnullos ibidem habemus familiares & ſubditos, licet clandeſtinè, latere non poſſint, illa curia machinetur. Quantis (33) viribus, quot (34) virorum inſidiis, qualiter inſtructorum (35) ad bella, in hoc ipſo vere quod inſtat, omnes (36) qui nunc nos opprimunt opprimere (37) poſſe ſperemus, [etiamſi ſe nobis opponeret totus mundus. 38]. Quod autem tales & tales (39) fideles noſtri latores præſentium, vobis retulerint, certè credatis, ac etiamſi ſanctus Petrus juraſſet, (40) firmiſſimum habeatis, nec propter hoc quod à vobis petimus, videatur vobis, quod propter in nos latam ſententiam depoſitionis, noſtræ magnanimitas majeſtatis (41) aliquatenus incurvetur. Habemus nempe conſcientiæ puritatem ac per conſequens, Deum nobiscum: cujus teſtimonium invocamus, quia ſemper fuit (42) noſtræ voluntatis intentio, cleri-

 cos

(31) *inter* l. ut inter. (32) *intendamus* l. diſponamus. (33) *quantis* l. qui omnes tot. (34) *quot* l. tot. (35) *qualiter inſtructorum* l. quos habet inſtructos. (36) *omnes* deeſt. (37) *opprimere* l. nos opprimere. (38) [ ] deſunt. (39) *tales & tales* deſunt. (40) *juraſſet* l. diceret. (41) *noſtra magnanimitas majeſtatis* l. magnanimitatis noſtræ majeſtas. (42) *fuit* deeſt.

cos cujuscunque religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos [ad illum ſtatum reducere: 43] ut tales perſeverent in fide, quales fuerant in Eccleſia primitiva, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem dominicam imitantes. Tales namque clerici ſolebant angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate, non armis ſibi principes ſubjugare. At iſti ſeculo dediti & (44) ebriati, delitiis Deum poſtponunt, quorum ex affluentia divitiarum (45) religio ſuffocatur. Talibus igitur (46) ſubtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charitatis: ad hoc vos omnes principes (47) unà nobiſcum, ut cuncta ſuperflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo ſerviant, cui ſerviunt omnia, omnem quam poteſtis (48) debetis diligentiam adhibere.

Cap. III.

Fridericus Regi Franciæ, ſuper ſententia depoſitionis lata, contra eum per Papam & Cardinales, in Concilio Lugdunenſi.

Etſi cauſſæ noſtræ juſtitiam, vulgaris famæ præloquium, & multorum veridica teſtimonia nunciorum, ad ſerenitatis veſtræ notitiam perduxiſſe credamus: quia tamen ſegnius irritant animum demiſſa per aurem, quàm quæ ſunt (1) oculis ſubjecta fidelibus, ipſam

(43) [ ] deſunt. (44) & deeſt. (45) *divitiarum* l. deljciarum. (46) *igitur* l. ergo. (47) *principes* l. pontifices. (48) *quam poteſtis* deſunt. (1) *ſunt* l. ſibi.

ipſam puram & nudam veritatem, proceſſus videlicet, quos contra nos ſummi pontifices hactenus habuerunt, veſtro conſpectui præſentamus. Ad cujus inſpectionem plenariam & attentam de tot temporibus & diebus veſtris negotiis deputatis, unum ſufficiens tempus & diem nobis adfectio veſtra concedat: quod ſi licuerit diligenter attendere regia conſilia, rectè conſiderent, ſi fuerit in prædeceſſoribus noſtris rectitudinis (2) zelus, ſi nobis tot & tantis injuriis laceſſitis juſta debuerit, aut debeat defenſio denegari. Si demum Chriſti vicarius, Chriſti vices impleverit: & ſi Petri ſucceſſores, (3) ejus imitentur (4) exemplum, conſiderent etiam (5) quo jure cenſeri debeat, validus proceſſus hujusmodi contra nos habitus: vel quo nomine nuncupari, ſi dici ſententia liceat, (6) quam judex incompetens promulgavit. Nam etſi nos noſtræ catholicæ fidei debito ſuggerente, manifeſtiſſimè fateamur, collatam à domino ſacroſanctæ Romanæ ſedis antiſtite, plenariam in ſpiritualibus poteſtatem, ut quantumcunque, quod abſit, ſit ille peccator, quod in terra ligaverit, ſit ligatum in (7) cœlis, & quod ſolverit, ſit ſolutum: nusquam tamen legitur divina vel humana lege ſibi conceſſum, quod transferre pro libito poſſit Imperium, aut de puniendis temporaliter in privatione regnorum regibus & principibus judicare. Nam licet ad eum de jure & more majorum conſecratio * noſtra pertineat, non magis ad eum depoſitio ſeu remotio

* Conſecratio nihil juris pontifici in Imperatorem tribuit S.

F 3

(2) *rectitudinis* abeſt. (3) *ſucceſſores* l. ſucceſſor. (4) *imitentur* l. imitetur. (5) *conſiderent etiam* l. conſideret etenim. (6) *liceat* l. valeat. (7) *in* l. & in.

motio pertinet, quam ad quoslibet regnorum prælatos, qui reges ſuos prout aſſolent, conſecrant & inungunt: vel eſto ſine præjudicio noſtro, quod habeat hujusmodi poteſtatem, eſtne iſtud de plenitudine poteſtatis ipſius, quod nullo (8) prorſus ordine juris ſervato, animadvertere poſſit in quoslibet, quos aſſerit ſuæ jurisdictioni ſubjectos? Proceſſit enim nuper contra nos, ut dicitur, non per accuſationis ordinem: cum nec accuſator comparuiſſet idoneus: nec inſcriptio præceſſiſſet: (9) nec per denunciationem legitimo denunciatore ceſſante, nec per inquiſitionis modum, quem clamoſa inſinuatio non præceſſit: cum etiam nullorum inquiſitorum nobis facta fuerit copia, ſi qui fortè fuerint, cum nonnulli fuerint publicè per hujusmodi judicem ad inquiſitionem adducti, aſſerit enim omnia fore notoria, quæ nos eſſe notoria manifeſtè negamus, & quæ notoria per legitimum teſtium numerum non probantur. (10) Sic enim quilibet judex poſſet per ſe ſolummodo aſſerendo notorium, ſpreto juris ordine, quemlibet condemnare. Inſurrexerunt in nos, ſiquidem in concilio, ſicut dicitùr, aliqui teſtes iniqui, ſed valdè pauci, quorum aliquos velut Calinenſ. Epiſcopum, quem ſuus frater, videlicet & nepos, (11) per nos ex cauſſa proditionis ad ſuſpendium legitimè con-

(8) *nullo* l. in nullo. (9) *praceſſiſſet* l. proceſſiſſet. (10) *& quæ notoria per legitimum teſtium numerum non probantur* l. & eſſe notoria per legitimum teſtium . . . . . quod non probatur. (11) *ſuus frater videlicet & nepos* l. ſuis fratre videlicet & nepote.

demnatus, (12) offenſa rationabili (13) nobis reddit odioſum & jure præterea repellendum: alios autem, tanquam ex ultimis partibus Hiſpaniæ prodeuntes, Terraconenſem videlicet, & Compoſtellanum antiſtites, quos (14) negotiorum Italiæ natalis zonæ longinquitas inſcios, & eosdem (15) venenoſæ ſubornationis inductio noſtræ juſtitiæ fecit infeſtos. Sed (16) eſto ſine præjudicio noſtro, quod legitimi fuerint ſubſiſtentibus teſtibus, actor & judex: ſed (17) defuit tertius, reus: (18) qui vel præſens vel contumaciter abſens, ſecundum juſtitiam debuit condemnari. Citati namque in prædicatione ſua Lugdunenſi, (19) ſicut audivimus, licet prorſus informiter fuimus, (20) videlicet quod ipſi citati, & aliis cauſſis nonnullis omnino perſonis aut rebus (21) expreſſis facturi juſtitiam per nos deberemus, vel per reſponſales idoneos comparere: præſentes pro certo non fuimus, ſed ex juſtis cauſſis abſentes, à quarum (22) allegationibus noſtri legitimi reſponſales fuerunt repulſi, nec abſentes contumaciter fuimus. Cùm præter id quod nulla fuerit citatio, ut eſt dictum peremptorium terminum, (23) prout ordo juris expoſtulat, citatio non haberet: [prout citationis forma principibus & prælatis miſſa per literas evidenter oſtendit. 24] Contumaciam noſtram præterea

(12) *condemnatus* l. condemnatis. (13) *offenſa rationabili* l. offenſa mirabilis rationabilis, (14) *quos* l. quorum. (15) *eosdem* l. eos. (16) *Sed* l. Et. (17) *ſed* abeſt. (18) *reus* abeſt. (19) *Lugdunenſi* deeſt. (20) *fuimus* abeſt. (21) *aliis cauſſis nonnullis omnino perſonis aut rebus* l. aliis omnino perſonis aut cauſſis. (22) *quarum* l. quorum. (23) *peremptorium terminum* deeſt. (24) [ ] deſunt.

terea (25) magiſtri Thadæi de Sueſſa, magnæ Curiæ noſtræ judicis fidelis noſtri, plenè procurationis mandatum excuſat: cujus authoritas pro eo quòd fuerat criminale judicium, aut quod fruſtra procurator (26) intervenerit, nullatenus enervatur: cum ipſius citationis tenor quæ nos aut procuratores noſtros exegit, manifeſtè contrarium dediſſet intelligi, videlicet quod contra nos non criminaliter [ſed civiliter tantum 27] fuiſſet agendum, prædictis etiam omnibus abſque noſtro præjudicio circumſcriptis. Et dato, (28) quod manifeſtè fuerimus contumaces, non eſt iſta legitimæ (29) contumaciæ pœna quod delatus, aut accuſatus & contumax, privato vel publico judicio, in nullo (30) de ſua cauſſa diſcuſſo, per diffinitivam debeat (31) ſententiam declarari. Sunt etiam & aliæ contumacium pœnæ civilibus (32) legibus & canonibus introductæ. Denique poſito, quod omnia prædicta juris præſidio fulciantur, licet irrefragabiliter (33) cauſſæ noſtræ deſerviant, (34) ipſius pronunciationis (35) tenor ipſam ſententiam nullam oſtendit, per quam non procurator noſter (36) præſens, ſed nos abſentes extitimus condemnati, quam ipſo jure nullam ſententiam eſſe leges & jura quælibet manifeſtè declarant. Evidenter (37) quoque

(25) *præterea* deeſt. (26) *aut quod fruſtra procurator* l. ad quod fruſtra. (27) [ ] deſunt. (28) *circumſcriptis & dato* l. circumſpectis dato. (29) *legitimæ* l. legitima. (30) *nullo* l. ullo. (31) *debeat* deeſt. (32) *civilibus* l. cujuslibet à. (33) *irrefragabiliter* l. infrangibilia. (34) *deſerviant* l. deficiant. (35) *pronunciationis* l. pronunciationibus. (36) *noſter* abeſt. (37) *Evidenter* l. Evidentes.

quoque proceſſus præcedentis (38) iniquitatem & cauſſæ notant, quod cum ſententia comprehendat multiplex perjurium, videlicet, de ſacramento pacis præſtito, per nos ſicut aſſerit, non ſervato. Præterea de Anagnia (39) per privilegia divorum Auguſtorum & noſtra Eccleſia Romana conceſſa, (40) violenter à nobis poſtmodum occupata, ut aſſerit, (41) de Cardinalibus & Prælatis captis ad Concilium convocatis, de quibusdam eccleſiis & eccleſiarum Prælatis, rebus (42) & clericis regni noſtri, per officiales de regno, nobis abſentibus, violatis. A quibus omnibus incorruptibilis veritas, & publica munimenta nos (43) defendunt: prout ſeriatim hæc omnia fida relatio latoris præſentium, & ipſorum munimentorum tenor, manifeſtiſſimè profitentur, quanquam ad tam diræ pœnæ ſententiam, ſi tamen ſententia dici poteſt, quæ contra nos præcipitata dinoſcitur in prædictis, venerabilem Friſingenſem Epiſcopum, dilectum principem noſtrum, (44) fratrem honorabilem, magiſtrum domus Sanctæ Mariæ (45) Theutonicorum, & magiſtrum Petrum de Vineis, dilectos fideles noſtros: quos ultimò pro omnimoda conſummatione pacis tractatæ, ad Concilium mittebamus, ſaltem per triduum, ad multorum nobilium, & quàm plurium Prælatorum inſtantiam ſummus pontifex noluit præſtolari. Nec quod de ceſſatione (46) cenſus adjicitur,

F 5 pro

(38) *pracedentis* l. & præcedentis. (39) *Anagnia* l. manu. (40) *& noſtra Eccleſia Romana conceſſa* l. & noſtræ Eccleſiæ Romanæ. (41) *ut aſſerit* deeſt. (42) *rebus* l. & rebus. (43) *nos* deeſt. (44) *noſtrum* deeſt. (45) *S. Maria* deſunt. (46) *ceſſatione* l. ceſſione.

pro regno Siciliæ, nos ab ipſius regni dominio vel jure ſecludit, cum cenſum (47) ante diſcordiam, inter nos & Eccleſiam exortam, abſentes, à regno per officiales noſtros, ſolvi mandaverimus: prout literæ noſtræ inter rationes rationalium noſtrorum inventæ manifeſtè declarant: & quem pro tempore ſuprà dicto, Domino teſte, usque in præſentem diem credimus eſſe ſolutum, (48) præſertim, cum à nobis nunquam extiterit requiſitus. Poſt diſcordiam verò cenſum eundem conſignatum Prælatorum & publicarum perſonarum ſigillis, apud ſacras ædes deponi mandavimus, & hodie depoſitus (49) conſervatur. Adparet igitur animoſa nimis, & ampulloſa, non minus ex ipſius inflictæ pœnæ ſeveritate, ſententia, per quam Imperator Romanus Imperii auctor & dominus, læſæ Majeſtatis crimine dicitur condemnatus: per quàm ridiculosè legi ſubjicitur, qui omnibus legibus imperialiter eſt ſolutus. De quo temporales pœnæ ſumendæ, cùm temporalem hominem ſuperiorem non habeat, non ſunt in homine, ſed in Deo. Spirituales autem pœnas, per ſacerdotales nobis pœnitentias injungendas (50) fore, (51) tam pro contemptu clavium quàm pro aliis transgreſſionibus, humanisque (52) peccatis: nedum à ſummo pontifice, quem in ſpiritualibus patrem noſtrum & dominum profitemur: ſi tamen nos ipſe ut filium debita relatione cognoſcat: ſed per quemlibet ſacerdotem reverenter accipimus, & devotè ſerva-

(47) *cenſum* l. cenſus. (48) *eſſe ſolutum* l. exſolutum. (49) *depoſitus* l. depoſitum. (50) *injungendas* l. inducendas. (51) *fore* deeſt. (52) *humanisque* l. humanæ naturæ.

ſervamus. Ex quibus omnibus manifeſtè liquet, quòd hi potius ignominiosè quàm juſtè habendos nos dixerint (53) de Catholica fide ſuſpectos, quam nos, teſte Summo judice, in omnibus & ſingulis ejusdem articulis, ſecundum univerſalis Eccleſiæ diſciplinam, & adprobatum Romanæ Eccleſiæ Symbolum, firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur. Advertat igitur induſtria regia, ſi prædictam nullam ſententiam ipſo jure, nullumque proceſſum ſervare, non minus in noſtram quàm omnium regum, (54) aut quarumlibet temporalium dignitatum perniciem debeamus: [quam nulli noſtrorum Germaniæ principum, à quibus aſſumptio noſtri ſtatus ac depreſſio noſtra dependet, præſentia vel conſilio firmaverunt. 55] Advertat & aliud, qualis ex iſtis initiis exitus expectetur, (56) à nobis incipitur, ſed noveritis, quod finietur (57) in vobis: (58) quia noſtra potentia primitus conculcata, reſiſtentiam aliquam non expectat: veſtram ergo juſtitiam in cauſſa noſtra tuentes, vobisque & veſtris hæredibus, (59) à longe providentes, nobis in iis, ſicut convenit, adſiſtatis. [Nec illud omittimus, quin fidei noſtræ conſtantiam ex confœderatione facta nobiſcum, ad præſens fiducialiter requiramus, ut ne dum adverſario noſtro, aut nunciis, ſeu legatis ipſius occultè vel publicè faveatis: quin nobis potius toto poſſe

(53) *dixerint* l. duxerint. (54) *Regum* l. Regum & Principum. (55) [ ] deſunt. (56) *expectetur* l. expectatur. (57) *finietur* l. non finietur. (58) *vobis* l. nobis. (59) *vobisque & veſtris hæredibus* l. nobisque & hæredibus noſtris.

poſſe viriliter aſſiſtatis, 60] nullum omnino nuncium papalem, veſtræ ditioni (61) ſubjectum, in diſpendia noſtra convertere molientem, aliquatenus admittentes: pro certo ſcituri, quod nos, in quibus inchoata eſt tantæ temeritatis audacia, quæ ad depoſitionem noſtram, velut cujuslibet ſacerdotis autoritate ſuæ jurisdictionis extendit, taliter, aſſiſtente nobis (62) dextera Regis regum, qui ſemper juſtitiam (63) comitatur, iſtis principiis occurremus: dummodò ſe nobis illorum potentia non opponat, regum & principum ſcilicet, quos communiter cauſſa noſtra contingit, & quorum non minus vertitur intereſſe, quàm noſtrum: quod vobis & aliis orbis (64) terræ nobilibus cauſſam juſti timoris, (65) in talibus noſtra defenſio non relinquet. Inviti tamen hoc facimus, teſte Deo, ſed ſumus (66) neceſſariò provocati, veluti qui peſte multiplici Chriſtianitatem noſtris temporibus videmus attritam: ad cujus auxilium unà nobiſcum, prout etiam nuperrimè ſcripſimus, totis vos intendere (67) viribus expectamus. Requirat autem de manu ejus hoc Deus, qui tanto diſcrimini materiam ſubminiſtrat.

Cap.

(60) [ ] deſunt. (61) *ditioni* l. jurisdictioni. (62) *nobis* l. nobis clementia. (63) *juſtitiam* l. noſtram juſtitiam. (64) *orbis* l. omnibus. (65) *juſti timoris* l. inſtitutionis. (66) *ſed ſumus* l. ſumus tamen. (67) *intendere* l. inducere.

Cap. IV.

Fridericus, Magiſtro Juſtitiario regni Siciliæ, ut procedat contra clericos non celebrantes Miſſarum ſolennia tempore interdicti, & quod religioſi non transferant ſe de civitate in civitatem.

NE per excogitatæ malignitatis aſtutiam, iſte Romanæ ſedis antiſtes dum factus, nobis inſidians, iis quæ Dei ſunt, longè ſepoſitis (1) de pravitatis hæreticæ puteo conetur ſemper exhaurire ſuffragia, quibus evidentem noſtræ cauſæ juſtitiam decoloret, offundens (2) bibulis auribus fellitæ (3) conſcientiæ Canones, ut quieti noſtrorum fidelium vitam pariat inquietam: habita nuper diligenti proviſione, ſancimus. Quod quicunque clericus vel religioſus, ad papale ſeu papalis legati mandatum publicè forſan obmiſerit Miſſarum ſolennia, ſeu alia divina officia celebrare & eccleſiaſtica Sacramenta fidelibus propinare negaverit, (4) de civitate vel loco, cujus incola reperitur, ejectus, ſuis bonis omnibus patrimonialibus & eccleſiaſticis, ut pœnam de tanta temeritate tuliſſe ſe doleat, ſpolietur. Clericis verò mandato prædicto parere volentibus & in fide noſtra ferventibus eccleſiaſtica patrimonialia, aut bona à proximis ab inteſtato decedentibus venientia, aſſignentur. (5) Statuimus etiam,

(1) *ſepoſitis* l. ſepoſitus. (2) *offundens* l. effundens. (3) *fellitæ* l. felices. (4) *negaverit* deeſt. (5) *eccleſiaſtica patrimonialia aut bona à proximis ab inteſtato decedentibus venientia aſſignentur.* l. Eccleſiis patrimonialibus applicandis aut proximis ab inteſtato venientibus aſſignandis.

etiam, (6) ut nulli religioſi, de civitate in civitatem audeant ſe transferre, niſi poteſtati (7) loci, de quo iter arripient, teſtimoniales literas deferant, & aliàs ſint moribus & vita laudabiles, ac (8) noſtris fidelibus non ignoti. (9) Volentes igitur, has novas noſtræ munificentiæ (10) ſanctiones, à noſtris fidelibus inviolabiliter obſervari, tuæ devotioni præcipimus, quatenus eas per terras quaslibet tuæ jurisdictioni traditas per te (11) Imperiali programmate publicatas, inter ſtatuta civitatis cujuslibet, ut nulla ſit in excuſatione, (12) diverſitas, inextricabiliter jubeas inſerendas, & promittas nos infallibiliter ſervaturos. Huic etiam publicationi adjicias, quod clericis omnibus nobis adhærere volentibus, & mandata præſentia devotè (13) ſervantibus inviolata ſervari voluimus (14) omnia eorum privilegia & eccleſiaſticas libertates: nec ad pacem, vel concordiam cum Papa prædicto, ſe noſtra Serenitas inclinabit, niſi prius iidem clerici, in plenam poſſeſſionem omnium bonorum, reſtitutionem (15) ordinis & honoris, quibus forſitan per eundem privati extiterint, integrè reducantur.

Cap.

(6) *etiam* l. etenim. (7) *poteſtati* l. poteſtatis. (8) *ac* l. ac à. (9) *ignoti* l. ignari. (10) *munificentiæ* l. magnificentiæ. (11) *per te* l. parte. (12) *excuſatione* l. executione. (13) *devotè* abeſt. (14) *voluimus* l. volumus. (15) *reſtitutionem* l. & reſtitutionem.

Cap. V.

Fridericus, regi Franciæ ſignificat aliqua facientia ad tractatum pacis reformandæ, inter ipſum & dominum Papam.

VIrum induſtrium, & illuſtrem B. (1) comitem Tholoſanum dilectum affinem & fidelem noſtrum nuper ad nos à præſentia legis Apoſtolicæ (2) revertentem, gratanter recepimus, & circa ea, quæ pacis ſunt domini Papæ, & noſtræ voluntatis plenitudinem referentem, tanquam rem hilarem, audivimus & intelleximus diligenter: utpote qui de innata nobis manſuetudine guerrarum diſcrimina ſemper odivimus, dummodo pacificè regnare poſſemus, & qui ex officii debito, quo Romanum Imperium moderamur cum Romano pontifice, quem præ cæteris terræ principibus patrem præcipuum confitemur, bella plusquam civilia gerere crudelius credimus, & nefandius arbitramur: ad pacis pulchritudinem in gentibus reformandam, Majeſtatis noſtræ potentiam, ardenti deſiderio flectimus, ipſamque nedum oblatam, nobis gratanter admittimus, ſed nos eam offerre plurimum adfectamus. Volentes igitur votis Apoſtolicis in iis, ſicut tenemur, & (3) in omnibus nos reddere compotes, & ex corde conformes, adhæc deliberatione præhabita, direximus aciem mentis noſtræ, ut pacis conſilia cogitantes & deſiderantes,

(1) *B.* l. R. (2) *nuper ad nos à præſentia legis Apoſtolicæ* l. nuper ad præſentiam noſtram à ſede Apoſtolica. (3) & abeſt.

tes, quod nobis & toti mundo concordiam inire poſſemus, tractatum pacis gratanter duximus admittendum. Cum igitur negotii qualitas per pauciſſimos zelatores pacis, peccatis exigentibus, hactenus procurata ex multis multos expoſtulet, cumque de latere noſtro viros idoneos tanquam à principiis moti diſcriminis, noſtris conſiliis adſiſtentes, proceſſu omnium (4) circumſtantiarum inſtructos, ad Apoſtolicam & veſtram præſentiam transmittere nequeamus, inſtante nobis diſcordia: qua præſidens (5) ſedi Petri, ad præſens ſibi proficere reputans, (6) proceſſibus noſtris quæ potuit impedimenta, (7) in Lombardiæ partibus præparavit, ſecundo legatorum noſtrorum adventu reſiſtente, (8) Papam (9) duximus poſtulandum, & filiali devotione rogandum, ut ex fratribus ſuis aliquem, quem ſecum ad præſens habeat, faciente (10) fragilitate ſortis humanæ perpaucos, ad nos debeat deſtinare, cui intima cordis noſtri intendimus reſerare, quædam, (11) quæ nondum in aures cujuſpiam de noſtri pectoris thalamo deſcenderunt, per quæ non niſi diſpoſitione divina, cujus ſunt occulta judicia tantorum bonorum, confirmata ſit ſeries, quod pacem indubitanter credimus proventuram. Ecce itaque, Comitem ſupradictum, velut amore tam deſideratæ (12) pacis ac cenſum, hilariter labo-

(4) *proceſſu omnium* l. proceſſuum omnium nec non. (5) *præſidens* l. reſidentis. (6) *reputans* l. reputantes. (7) *impedimenta* abeſt. (8) *adventu reſiſtente* l. adventui reſiſtentes. (9) *Papam* l. dominum Papam. (10) *faciente* l. licet faciente. (11) *quædam* deeſt. (12) *deſideratæ* l. deſiderante.

laborantem, propterea ad ſedem Apoſtolicam deſtinamus, cui ſuper iis, quæ domino Papæ, & vobis ex parte noſtra retulerit, indubitanter (13) Serenitas veſtra credat.

Cap. VI.

Fridericus Cardinalibus, ſuper ſententia excommunicationis lata contra ipſum, per dominum Papam in urbe.

CUm ſit Chriſtus caput Eccleſiæ, & in Petri vocabulo ſuam fundaverit Eccleſiam ſupra petram, vos Apoſtolorum ſtatuit ſucceſſores, ut Petro pro omnibus miniſtrante vos qui eſtis candelabra Eccleſiæ ſupra montem, non ſub modio conſtituti, revera omnibus qui ſunt in domo Domini, ex effectu (1) bonorum operum luceatis, (2) nec à publica mundi lingua & conſcientia generali veritatis (3) vos ſubtrahere intendatis: cum ad ſingula quæ præſidens ſedi Petri proponit ſtatuere, vel denunciando decreverit, (4) æqua participatio vos admittat, niſi ipſius religionis Eccleſiæ ſtatus & zelus effervens evitandi ſcandalum generale, cautelam vobis ſuggeſſit ob futura. (5) Quis enim non miretur & ſtupeat, quòd tot venerabilium patrum aggregatione munitus Eccleſiæ generalis ſedens in ſolio [utinam juſtus

(13) *indubitanter* l. indubitabiliter. (1) *ex effectu* l. ex aſpectu. (2) *luceatis* l. luceretis. (3) *veritatis* abeſt. (4) *decreverit* l. decrevit. (5) *cautelam vobis ſuggeſſit ob futura* l. ea vobis ſuggeſſerit ad futura.

ſtus judex] inconſultè velit procedere, ac ſuis motibus (6) excandeſcens, in Romanum intendit principem, advocatum Eccleſiæ, ad præcipitationem omnium, ſententiam depoſitionis ſtatuere: & ob favorem Lombardorum rebellium exercere ſpiritualem gladium, ſi dici liceat, minus juſtè: cum alias quicquid ex objectis Eccleſiarum gravaminibus, quæ vel dicuntur objecta, vel quæ ut ſpecies à genere per individuum deriventur, (7) vel emendationem ceperint, vel ad deliberationem (8) veſtri conſilii ſit in proximo, prout juſſio jam præceſſit debita, & integra emendatio ſecutura. Nam ecce per patentes literas prælatorum, quos (9) mandatum Apoſtolicum mittit (10) monitores, evidens teſtimonium declaratur, & præcedens noſtra conſtitutio ſuper vocatione prælatorum damna paſſorum, & de (11) eiſdem præſtanda integra ſatisfactione prælatis tum per literas (12) venerabili Archiepiſcopo Meſſanenſi vocato ad hoc aſſeſſori (13) noſtro transmiſſas, (14) evidens exhibetur (15) teſtimonium veritatis. Propter quod non indignè debemus ferre, (16) ſi pater Apoſtolicus offendere tam graviter nos intendit, ut nos, dum (17) in conſtantem virum, tam vehemens cadat injuria: & ſi patienter ferre voluerimus, immu-

(6) *motibus* abeſt. (7) *per individuum deriventur* l. pro individua derivetur. (8) *deliberationem* l. deliberatam deliberationem. (9) *quos* l. per quas. (10) *mittit* l. præſtitit. (11) *&* *de* deſunt. (12) *tum per literas* deſunt. (13) *aſſeſſori* l. aſſeſſore. (14) *transmiſſas* l. transmiſſo. (15) *exhibetur* l. exhibent. (16) *debemus ferre* l. dolemus. (17) *ut nos dum* l. ut nondum.

immunitas (18) negotii non permittat: (19) quin ad ultiones, quibus Cæſares uti ſolent, facti violentia nos compellat. Veruntamen dum conſideramus impotentiam (20) dominantis vel procedentis, (21) & difficultatem attendimus defenſoris, (22) ſi ex quo liceret privatas exercere vindictas, quas in hominem, per quem ſcandalum venit, & in ſui participes ſanguinis compenſare poſſemus, ut in ipſum & ſuos, attentata veſtræ ſedis injuria redundaret, tolerabilius duceremus. (23) Sed cum (24) nec ipſe, nec tota ejus ſucceſſura (25) progenies tanta foret, ut (26) Imperii culmen (27) zelaret in ultionem ipſorum: cumque ſedis ipſius (28) authoritas audaciæ ſibi frena relaxet, & tot venerabilium fratrum ſuorum moles, eum in concepta fovere pertinacia videatur, angit nos ulteriori (29) mente turbatio: quod dum nos intendimus à perſequente defendere, oportet nos defendendo gravius offendere ſatagentem, ſalva (30) in omnibus Eccleſiæ ſanctitate: quam cultu ſacro, debita reverentia, corde & opere veneramur. Quapropter venerandum (31) veſtrum cœtum affectuoſius deprecamur, quatenus motus ſummi pontificis, quos ex cauſis evidentiſſimis, tam injuſtos quam volunta-

(18) *voluerimus, immunitas* l. velimus, immanitas. (19) *permittat* l. permittit. (20) *impotentiam* l. impatientiam. (21) *procedentis* l. præcedentis. (22) *attendimus defenſoris* l. oſtendimus offenſionis. (23) *duceremus* l. diceremus. (24) *cum* abeſt. (25) *tota ejus ſucceſſura* l. tota propter hoc ſucceſſoria. (26) *ut* abeſt. (27) *culmen* l. molem. (28) *ipſius* abeſt. (29) *ulteriori* l. altiori. (30) *ſalva* l. ſalva ſemper. (31) *venerandum* l. venerabilem.

luntarios mundus agnoſcit ex deliberata modeſtia compeſcatis, generali ſtatui Eccleſiæ præſertim & quieti mentium ac ſcandalis providentes. Nam cum ad ſalutem & honorem omnium veſtrum favorabiliter alligemur, & ſi principiis obſtare non poſſumus, licitè liceat nobis injurias, quas revocare non poſſumus, injuriis propulſare.

Cap. VII.

Invectivè ſcribit Romanis, eo quòd non oppoſuerint ſe domino Papæ, quandò excommunicationis ſententiam protulit in eundem.

CUm Roma ſit noſtri caput, & auctrix Imperii, & Romanus Imperator, à Romæ vocabulo nuncupetur, ut ſibi noſtri nominis & honoris proceſſus & auſpicia debeamus, in admirationem ducimur vehementem, ſi ubi promovendus eſt honor, & injuria propulſanda, apud eos qui tenentur & debent pro culmine noſtro ſe murum defenſionis opponere inſurgentibus (1) ex adverſo, ipſis audientibus & diſſimulantibus contrarium patiamur: propter quòd dolore compellimur, quòd Romanus Antiſtes, contra Romanum principem, quod alibi non auderet, ſicut dicitur, in Urbe præſumpſit, Romanum (2) Imperatorem, authorem Urbis, & (3) benefactorem populi Romani, ipſis non reſiſtentibus impiè blaſphemare: ut beneficiorum noſtro-

(1) *inſurgentibus* l. ab inſurgentibus. (2) *Romanum* l. ſic Romanum. (3) & abeſt.

noſtrorum, tam proceres quàm populum Romanum, quibus ſpecialiter & communiter ſtuduimus liberali & ſpontanea munificentia providere, & eorum intendimus continuatis augmentis commoda promovere, rectè notemus, (4) immemores extitiſſe, ac inerti ſomno detentos: ut de tribu Romulea, non eſſet vir de tot proceribus & tribu Quiritum, vel de tot Romani populi milibus, qui pro nobis exurgeret, & verbum unicum loqueretur, quique noſtræ (5) injuriæ condoleret. Cum nos urbem triumphorum titulis inſignitam, noſtræ victoriæ ſucceſſibus honoremus, & ad reformandum nomen, ſicut in diebus antiquis, & ſedandum (6) ſtatum Romani Imperii, continuis laboribus intendamus. Quapropter neceſſario decrevimus (7) vos requirere, inſtanter monere, pariter & hortari, quatenus quod omiſſum eſt aliqua negligentia vel torpore, nunc inſtanter oſtendere debeatis, inducentes alios monitis & exemplo, ut omnes & ſinguli prompta voluntate conſurgant, ad noſtram & veſtram injuriam ulciſcendam. Quia cum idem blaſphemator noſter, auſus (8) non fuiſſet in noſtri nominis blaſphemiam prorumpere, (9) de tanta præſumptione gloriari non poſſit, quòd valentibus & volentibus Romanis, contra nos talia perpetraſſet, cum poſt id poſſet veſtræ magnitudini imputari, ſi quod autem (10) fuit, impedire laudabiliter potuiſtis, & poſt factum noſtram & veſtram inju-

 riam

(4) *notemus* l. notentur. (5) *quique noſtræ* l. quibus. (6) *ſedandum* l. ſecundum. (7) *decrevimus* l. decernimus. (8) *auſus* l. auſus alibi. (9) *prorumpere* l. prorupiſſe. (10) *autem* l. ante.

riam poſtponatis inultam. Nam cum ad (11) alterutrum teneamur, & nos Romanum honorem, & vos Romani defendere nomen noſtrum, ſi ad hoc vos ſegnes & (12) negligentes invenerimus, cum nullus timor nos coegerit ad beneficia Romanorum, ſed (13) gratia induxerit ſpecialis, per ingratitudinem iſtam, licet inviti, cogemur, ab univerſis & ſingulis (14) exhibitam gratiam revocare.

Cap. VIII.

Comitibus, principibus, & aliis nobilibus, ſuper obſidione Fauentiæ, & captione Legatorum & Prælatorum (1) vocatorum ad Concilium.

ADaucta nobis continuæ (2) felicitatis auſpicia, quibus dextera Domini proſequitur (3) greſſus noſtros, deſiderium veſtrum volumus non latere. Cum enim in obſidione Fauentiæ, præterita (4) hyeme fixa fuerint victricia noſtra caſtra, & inſultibus propter aſperitatem temporis non pateret: ſed machinis & inſtrumentis bellicis, intus & exterius dicta civitas (5) quaſſaretur: & muris ex continuo machinarum ictu collapſis: ac per ſubterraneas vias, quas noſtri fecerant, attingentes mœnia civitatis & intima penetrantes, verni temporis adveniente temperie, (6) cives non

(11) *ad* abeſt. (12) *ſegnes &* l. & eos. (13) *ſed* l. ſi. (14) *& ſingulis* abeſt. (1) *& prælatorum* deſunt. (2) *adaucta nobis continua* l. adauctæ nobis continua. (3) *proſequitur* l. proſequi. (4) *præterita* l. parata. (5) *dicta civitas* abeſt. (6) *temperie* l. tempore.

non conſiderent ulterius ſe tueri : miſericordiam noſtram tandem humiliter implorarunt : & quarto decimo (7) die, præſentis menſis Aprilis, (8) cum omni devotione ſe ad mandata noſtra convertentes : (9) quanquam diffiſi (10) meritis, de noſtra tamen quæ ſuis præponderabat exceſſibus pietate confiſi, (11) ditioni noſtræ colla ſubjecerunt, (12) corporali fideli præſtito (13) juramento, aliisque omnibus illicitis juramentis, quæ prius fecerant (14) abjuratis. Nos igitur, qui de noſtrorum ſubjectorum (15) converſione gaudemus, glorioſum vindictæ genus penſantes, ignoſcere ſubditis, & ſuorum exceſſuum judicium moderari, civitatem eandem, & cives ejus in gratiam noſtram clementer accepimus : & reos (16) abſolvimus, ac offenſas remiſimus, quas patrarant, captivis eorum liberaliter liberatis : & tandem eis de noſtra gratia confidentiam dedimus, ut victi noſtram miſericordiam conſecuti, victoriæ quoque (17) noſtræ denuo congaudeant, (18) & nil dulcius, nilque ſuavius jugo imperii ſentiant experiri. Cumque poſt victam & obtentam Fauentiam, ad depopulationem vicinæ Bononiæ, noſtrum properaremus propoſitum inſtantius, & conatus (19) exercitu noſtro potenti, ex diverſis mundi partibus

(7) *quarto decimo* abeſt. (8) *præſentis menſis Aprilis* deſunt. (9) *convertentes* l. convertens. (10) *diffiſi* l. de ſuis diffiſa. (11) *confiſi* l. confiſa. (12) *ſubjecerunt* l. ſubjecit &. (13) *fideli præſtito* l. fidelitatis præſtito. (14) *fecerant* l. fecerat. (15) *ſubjectorum* l. ſubditorum. (16) *reos* l. eos. (17) *quoque* abeſt. (18) *congaudeant* l. gaudeant. (19) *conatus* abeſt.

tibus reſtaurato, accingeremus (20) feliciter, auribus noſtris nova expectata deſiderabiliter occurrerunt: quòd cùm Peneſtrinus (21) Epiſcopus noſtri honoris & nominis obtrectator, qui rapacem lupum ſub ovina pelle tegebat, quòd poſſet effugere manus noſtras, patratarum (22) velut ſuarum in nos conſcius offenſarum, frequenter ſpecies hominum, ex alterna rerum & (23) commerciorum varietate contraxit Otho ſancti Nicolai, in carcere Tuliani (24) Diaconus & Cardinalis, qui diu legatus fuerat, [in partibus transalpinis, & contra honorem noſtrum multipliciter machinatus prælatorum turba, quam divinare nemo poterat, pro Concilio contra nos Romæ celebrando,] (25) ex diverſis mundi provinciis congregata, Januam venientes, (26) conſpiratione facta cum Januenſibus noſtris rebellibus, & armata ibidem copia galearum: cum quibus duci Romam, & reduci Januam convenerant, ſub infauſtis eorum auſpiciis viam navigationis aſſumerent. Galeas autem (27) noſtras & Piſanorum, quas ad eorum impedimentum (28) tranſitum, ſolicitudo noſtra diu (29) providerat, & pararat in locis & portibus, per quæ oportebat eos neceſſariò pertranſire, obvias habuere: ita, quod homines regni noſtri, cum vi-

(20) *accingeremus* l. accingeremur. (21) *Peneſtrinus* l. Preneſtinus. (22) *patratarum* l. ex protracta. (23) *rerum &* deſunt. (24) *Tuliani* l. Tuliano. (25) *[in partibus usque celebrando]* lege nec non & plures alii pro celebrando Romano Concilio contra nos. (26) *venientes* l. revertentes & (27) *autem* deeſt. (28) *impedimentum* l. impediendum. (29) *diu* l. diu ante.

victorioſo exercitu (30) noſtro, cum fidelibus noſtris Piſanis, noſtrorum infidelium, Januenſium galeas potenter adgreſſi, tribus eorum galeis in mari ſubmerſis,& perſonis amiſſis,viginti duas galeas triumphaliter habuerunt : quarum ſedecim ſpecialiter obtentæ ſunt ab hominibus regni noſtri : reliquis ſex, ad manus devenientibus Piſanorum, in quibus capti ſunt duo prædicti legati, (31) & cum eis G. de Romangia, tertius inſimul (32) legatus, [& qui Januam, pro eorum paſſagio diponendo præceſſerat, ut in eodem caſu cum iisdem legatis firmiter 33] ligaretur. (34) Capti quoque ſunt quàm plures Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Presbyteri, (35) Procuratores, & diverſorum nuncii Prælatorum ambaſiatores civitatum rebellium Lombardorum, qui contra nos ad ipſum Concilium mittebantur: & quatuor milia Januenſium electorum, qui pro comitatu eorum, & ducatu fuerant deputati Prælatorum : quos omnes carcer noſter includit. Quibus novis ad noſtram audientiam grata relatione perlatis, quia negocii qualitas expetebat, & rei ſuccedentis eventus majora (36) felicitatis auſpicia promittebat, Conſilium eundi Bononiam revocantes, propenſiori Conſilio verſus Romam victricia caſtra noſtra convertimus: ubi ſub vexillis potentiæ noſtræ, nos acclamat fortuna felicior, per quam reliquiæ,

G 5 (37)

(30) *exercitu* l. populo exercitu. (31) *legati* abeſt. (32) *G. de Romangia tertius inſimul* l. tertius G. de monte longo ſimiliter. (33) [ ] deſunt. (34) *ligaretur* l. ut inſimul ligarentur. (35) *Presbyteri* deeſt. (36) *majora* l. majora nobis.

(37) ſi quæ ſunt noſtrorum rebellium, conſternantur: & capitis humiliata ſuperbia collapſa in ſuo corpore (38) ſeditionis membra tabeſcant. Adjecit etiam manus Domini votis noſtris augmenta ſucceſſuum, & continuavit de cœlo victoriam, noſtrorum titulis triumphorum. (39) Nam cum certa die illi (40) Papienſes fideles noſtri, unà cum vicariis illarum partium, & aliis fidelibus noſtris, ad coartandam per terram Januam, quæ in mari proſtrata fuerat, magnificè proceſſiſſent: Mediolanenſes hoſtes Imperii, ſuo motu præcipites, ſperantes majora inferre (41) Papienſibus, propter abſentiam ſuorum militum, nocumenta, per comitem G. (42) de monte Longo, * quem Papa præfecit eis (43) Capitaneum & Legatum, cum buccinis & tubis ſub infauſtis eorum vexillis Clavium exierunt: & cum Papienſium finibus vicinaſſent, Papienſes fideles noſtri cum militibus eorum, qui die illo in (44) ſero ab exercitu, ex inopinato redierant, Domino faciente, pro Mediolanenſium ſuperbia conterenda, ipſorum adventu cognito, cum (45) eis audacter & viriliter concurrerunt: & ſub felici noſtro nomine militantes, ipſos potenter adgreſſi, triumphaliter devicerunt, (46) capientes tubas, buccinas, & vexilla clavium, ac vexillum commune, cum Carocium non haberent. Trecentos quoque & quinquaginta (47) de

* aliàs de Romangia S.

(37) *reliquia* l. reliquæ. (38) *corpore* l. corde. (39) *triumphorum* l. triumphatorum. (40) *illi* abeſt. (41) *inferre* l. proferre. (42) *G.* l. cum G. (43) *præfecit eis* l. præfecerat eis in. (44) *in* abeſt. (45) *cum* abeſt. (46) *devicerunt* l. dejecerant. (47) *quinquaginta* l. quinquaginta milites.

de electis Mediolanenſium victrix, Papienſibus (48) Cathena deduxit, præter occiſos, quorum vix poterat numerus æſtimari. Socii verò legati capti fuerunt, ſed de legato ipſo, ſi evadere potuit vel in bello cecidit, quia in miſſione præſentium, non poterat haberi certitudo, quid de perſona ſua ceſſerit, ignoramus. Sed iſtud inter dubia nondum certi credere volumus, in eo, qui noſtrum in ſuo jure firmat Imperium, confidentes, quod tribus in fugitivo æquore captis legatis, pariter & ligatis juſtus Dominus, quartum in terra legatum (49) non permiſerit evaſiſſe, quæ omnia tibi ſignificamus ad gaudium, ut ſicut es noſtrorum ſucceſſuum avidus, particeps ſis triumphi.

Cap. IX.

Eisdem ſuper eadem captione Prælatorum, & etiam Legatorum.

CUm ad depopulationem vicinæ urbis Boniæ, noſtrum verteremus propoſitum & affectum, Prælatorum turbam cum Peneſtrino (1) Epiſcopo, & Othone (2) ſancti Nicolai in carcere Tuliani Diaconi, Cardinalis, noſtris adverſaturam (3) proceſſibus, ex diverſis provinciis congregatam, contigit, (4) ſuo infortunio Januam perveniſſe. Ubi conveniente cum eis G. de Romangia, addito legato

(48) *victrix, Papienſibus* l. victos Sapientes. (49) *quartum in terra legatum* l. quantum in terra ligatum. (1) *Peneſtrino* l. Preneſtino. (2) *& Oth.* l. & Magiſtro Oddone. (3) *adverſaturam* l. adverſituram. (4) *contigit* l. contingit.

to legatis, ut inſimul ligarentur, & conſpiratione facta cum Januenſibus rebellibus noſtris, galearum copiam armari fecerunt: cum quibus ad Papam, Romam pro majori cauſſa conjuraverant advenire. Ad quorum impedimentum (5) tranſitum, & acceſſum, nos (6) diu ante prævisſam (7) convenire fecimus apud Piſas victorioſam claſſem (8) galearum. Quæ, (9) eorum præcognita motione in locis & portubus, quæ latenter vel in alto mari præterire non poterant, veluti neceſſariò navigabilia tranſitura, (10) eis transeuntibus potenter occurrit: & adgreſſis galeis noſtris, galeas eorum, præpotens (11) Dominus, qui de alto videt, & judicat æquitatem, viam eorum & excogitatam malitiam meditatur in viribus, & potentia noſtra, quam effugere terra marique non poterant, Domino faciente, legatos ſimul tradidit, & Prælatos: & tribus eorum galeis immerſis in mari, ac omnibus qui vehebantur in eis, ſine ſpe recuperationis amiſſis, viginti & duæ galeæ, non ſine magna cæde navigantium, cum perſonis & rebus victæ ſunt à galeis noſtris, & triumphaliter occupatæ. (12) In quibus prædicti tres legati, cum Archiepiſcopis & Epiſcopis, Abbatibus, & multis aliis Prælatis & nunciis, & Prælatorum procuratoribus, & ultra centum Ambaſiatoribus (13) civitatum rebellium Lombardorum, qui ad præfixum Concilium

(5) *impedimentum* l. impediendum. (6) *nos* l. noſtrum. (7) *prævisſam* l. prævisum. (8) *victorioſam claſſem* l. victorioſum ſtolium. (9) *quæ* l. quod. (10) *tranſitura* l. tranſituris. (11) *præpotens* l. præpotentes. (12) *occupatæ* l. captivatæ. (13) *ambaſiatoribus* l. ambaſiatores.

lium ire properabant, ac quatuor millia Januenſibus exceptis ſpecialibus & electis perſonis de Janua, qui galeis præerant & comitatui Prælatorum pro ducendis Epiſcopis Romam, & Januam reducendis, ſicut inter eos fuerat infortunatè conventum, ad manus noſtras pervenere ligati, (14) ut de Peneſtrino illo, qui ſummum contra nos ubilibet (15) odium incitabat, divinum non defuiſſe judicium arbitremur, (16) qui ſub latentis lupi ſpecie, in ovina pelle, ac agni chlamyde Deum incluſum gerere non formidat, & ſciat Deum nobiſcum eſſe, ſicut cum diis eorum, qui non ſolum per ſacerdotium, (17) ſed per regnum & ſacerdotium mundi machinam ſtatuit gubernandam. Nos ergo ſuum, cœlitus nobis Domino reſervante, conſilium & in plana tot aſpera convertente, (18) ſudores bellicos & æſtivos pulveres non vitantes, noſtrum felix iter, & intentionem omnimodam, & conatus, ad ea ſemper dirigimus, quæ nobis & cæteris regnantibus exultationis & gloriæ afferant incrementum, ut vos prædictorum noſtrorum ſucceſſuum participes fieri gaudeamus: quos in omni felicitatis (19) eventu cupimus habere conſortes.

Cap.

(14) *ligati* l. legati. (15) *ubilibet* deeſt. (16) *arbitremur* l. arbitramur. (17) *Sacerdotium* l. Sacerdotum. (18) *convertente* l. convertentes. (19) *felicitatis* l. ſucceſſivæ felicitatis.

Cap. X.

Juſtitiario Terræ laboris, ſuper depoſitione ſua, ut exigat ſubventionem à clericis.

HUcusque ſatis, ut loquamur ad literam, pacem quæſivimus, gratam nobis & à cunctis gentibus votis adfectatam, ad quam per humilitatis (1) & patientiæ holocauſtum rectè captandam, præter ſacri Imperii jus & morem, noſtra ſe pluries inclinavit humilitas, petitionis ſuæ votum, tanto celerius adeptura, quanto pax à Petri vicario, cui legatum pacis hominibus erogandæ commiſſum eſt, patientius petebatur. (2) Vulnus enim immedicabile quod latebat interius, externi curam medicaminis inſenſurum, ſub mitis medici cura computruit, & cordis intima, proh dolor, violenter invaſit. Congregavit enim Lugdunenſe concilium, quod inviti referimus, Romanus antiſtes, per quod ferrum gentibus præbuit: & quod ſedaſſe debuerat lethale diſſidium, noſtris temporibus enormiter incitavit. Reſtat itaque mederi per gladium putres partes, & (3) audacter abſcindere, ne ſubſequenter imputres per coadhærentiam putrefiant. Ad ſalubre igitur & feſtinum ſubſidium procurandum, fidelium noſtrorum omnium promptas exquirimus voluntates, eccleſiarum potiſſimè, & eccleſiaſticarum perſonarum quarum (4) profundius laborat infirmitas, ſpeciale ſubſidium inquirentes: (5) quorum vota concurrere manifeſtè con-

(1) *humilitatis* l. humanitatis. (2) *petebatur* l. petebamur. (3) & abeſt. (4) *quarum* l. quibus. (5) *inquirentes* l. requirentes.

conjicimus votis noſtris, ut quanto fuerit ſuccurſus agilior, tanto magis indigens & promptior ſit cautela. Quocirca fidelitati tuæ firmiter & diſtriĉtè præcipiendo mandamus, quatenus ab eisdem clericis, tuæ jurisdiĉtioni ſubditis, (6) tertiam partem obventionum & proventuum omnium, pro tam ſalubri ac neceſſaria ſubventione præſtanda, inſtanter exigas & recolligas feſtinanter, ipſam ad cameram noſtram celeriter transmiſſurus. Clerici nihilominus cura protegantur Imperii, Paſtoris negligentia vel temeritate diſperſi, de bonis patrimonialibus, quæ in Imperio poſſident, contingentem (7) eos colleĉtam exolvere more ſolito, permiſſurus. Quoscunque verò ex eis in ſolutione quantitatis ſubſidialis eis impoſitæ, (8) vel petitione repereris (9) contumaces, noſtri carceris excidiis adgraves, ne per impunitates ſcelerum intentionem aggravent delinquendi.

Cap. XI.

Regi Angliæ, & aliis regibus, de morte domini Gregorii Papæ noni.

VIĉtorioſo exercitu noſtro Romanis finibus inſidente, ad quos aviditate componendæ pacis, & voto generalis diſſidii removendi, ſpecialiter Celſitudo noſtra pervenit, publicus ad caſtra noſtra rumor exivit, quod die præſentis menſis Auguſti, Gregorius nonus Papa, rebus eſt humanis exemptus, ut qui

(6) *ſubditis* l. ſubjeĉtis. (7) *contingentem* l. contingentes. (8) *impoſitæ* l. imponite. (9) *petitione repereris* l. petitionis reperiens.

qui pacem & (1) tractatum pacis recipere denegabat, ad univerſalem diſſenſionem aſpirans, vix ultoris Auguſti metas excederet, qui Auguſtum offendere nitebatur revera mortuus eſt, per quem pax terræ (2) deerat, & vigebat diſſidium, & quàm plures in mortis periculum incidebant: de cujus morte multa compaſſione conducimur, (3) & licet digno contra eum odio moveremur, velut ab eo manifeſtis injuriis & evidentis inimicitiæ perſecutionibus laceſſiti, gratum tamen compaſſio noſtra duxiſſet, ſi diebus ſuis (4) fuiſſet ab authore (5) ſalutis indultum, quod reverendam matrem noſtram, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, & Romani ſedem Imperii, cui, authore domino, præſidemus, in optata pace ſopitis diſſenſionibus ſtatuiſſet, & ortum de ſuo motu ſcandalum generale, quod valdè fuit modernis temporibus Chriſti fidelibus oneroſum, ſuo tempore quieviſſet. Sed cum aliter viſum fuerit in excelſis apud omnium conditorem, qui novit in abſcondito conſilia malignantium: rebus diſſidentibus providit, & (6) ad clamorem Chriſtiani populi conſolandum: (7) diſponit in Apoſtolica ſede, virum ſecundum cor ſuum, qui ſui prædeceſſoris indirecta (8) dirigat, & malefacta [corrigat, totius mundi paci provideat, & nos in maternam dilectionem Eccleſiæ dirigat & 9] reformet: ad quod votis ardentibus, totiſque conatibus inſudamus, ut pacis amico,

(1) *pacem* & deſunt. (2) *terræ* abeſt. *conducimur* l. deducimur. (4) *ſuis* l. iſtis. (5) *authore* l. actore. (6) & abeſt. (7) *conſolandum* l. conſulendum &. (8) *indirecta* l. inducta. (9) [ ] deſunt.

amico, & juſtitiæ zelatore, in Dei Eccleſia ſubſtituto, ad honorificentiam novi patris, devotus filius aſſurgamus (10), dummodò prædeceſſoris (11) crimen & odium non ſequatur, ei (12) omnimodam benevolentiam, defenſionem (13) & patrocinium impenſuri, ad tuitionem Catholicæ fidei, & Eccleſiæ libertatis. Cum ad hoc, diſponente Domino, Imperii ſceptrum ſuſciperemus; (14) & Romanum Imperium noſtrum ad prædicationem Evangelii ſit præparatum, ut Catholicam fidem, & matrem Eccleſiam, à cunctis hoſtium incurſibus [noſtrarum virium conatibus 15] eruamus. Præſertim cum ex occidentalibus partibus Tartarorum (16) hoſtis adveniat, qui deſtructis partibus cujusque regni, (17) per quas (18) tranſitum (19) habuerat, & diverſarum multitudine (20) gentium conculcata, ac copia populorum funditus abolere ſatagit, tam nomen, quàm cultores fidei Chriſtianæ, cui de providentia novi patris Romani ſubſtituendi pontificis, adſiſtente nobis potentia regum, & principum orbis terræ, magnificè diſponimus obviare. Adſumentes fiducialiter cauſſam Dei, qui noſtros de medio auferet inimicos, ut expoſitas ad ejus ſervitium (21) impedire nequeant vias noſtras. Vos igitur divinæ proviſioni, ac noſtris affectibus devoti, & hilares adſurgen-

H

(10) *adſurgamus* l. aſſurgat. (11) *prædeceſſoris* abeſt. (12) *ei* abeſt. (13) *defenſionem* l. devotionem. (14) *ſuſciperemus* l. ſuſceperimus. (15) [ ] deſunt. (16) *tartarorum* l. barbarus. (17) *partibus regni* deſunt. (18) *quas* l. quæcunque. (19) *tranſitum* l. tranſitum regni. (20) *multitudine* l. multitudinem. (21) *ſervitium* l. obſequium.

ſurgentes, tam veſtrorum (22) propoſita cordium præparetis ad pacem, quàm armis neceſſariis corpora muniatis ad conterendam unà nobiſcum hoſtium venientium ſuperbiam Tartarorum.

Cap. XII.

Rex Franciæ, Friderico Imperatori, ſuper liberatione Prælatorum regni Franciæ, captorum per ipſum.

TEnuit hactenus indubitanter noſtra fiducia, quod inter Imperium, & regnum noſtrum longo temporis tractu mutua dilectione firmata, nulla poſſet exoriri materia, odium & (1) ſcandalum paritura. Cum prædeceſſores noſtri, felicis memoriæ, Reges (2) univerſi usque ad tempora noſtra, (3) honorem Imperii & ſublimitatem zelaverint, & nos qui poſt ipſos, Deo volente regnamus, in eodem propoſito tenebamur. Nec non antiqui Romanorum Imperatores & noſtri proximi, unum & idem regnum & Imperium æſtimantes, unitatem pacis & concordiæ ſervaverunt, & inter eos alicujus diſſenſionis ſcintillula non illuxit. Verùm admirari cogimur vehementer, & non ſine ratione turbari, quod nulla offenſionis cauſa vel materia præcedente, Prælatos regni noſtri ad ſedem Apoſtolicam accedentes, cui tam ex fide quàm obedientia tenebantur, nec ejus poterant recuſare mandata, in mari capi

(22) *veſtrorum* l. veſtrorum quam noſtra. (1) *&* l. vel. (2) *Reges* l. Reges Franciæ. (3) *noſtra* l. hæc.

capi feciſtis, & eos ſub cuſtodia detinetis, quòd magis moleſtè ferimus, quàm Majeſtatis veſtræ ſublimitas fortè credat. Nam ſicut ex eorum literis manifeſtè didicimus, nihil contra Imperialem celſitudinem excogitaverant, etiamſi ſummus pontifex fuiſſet (4) ad aliqua alia (5) minus debitè proceſſurus: unde, cum in eis nulla detentionis cauſa inveniatur, decet Celſitudinem veſtram, Prælatos regni (6) debitæ reſtituere libertati, in quo vos nobis pacatos reddetis, (7) qui detentionem ipſam, noſtram (8) injuriam reputamus. Regno enim (9) noſtro ſublimi, multa fieret detractio, ſi ſuper talibus taceremus: quod ſi ad prædicta (10) mentis veſtræ oculos vultis reflectere, Peneſtrinum Epiſcopum, & alios legatos Eccleſiæ, in præjudicium veſtrum, volentes ſubſidium noſtrum (11) implorare, manifeſtè repulimus, nec in regno noſtro contra Majeſtatem veſtram potuerunt aliquid obtinere. Provideat igitur imperialis providentia, & ponat in ſtatera judicii ea quæ ſcribimus, (12) nec velit trahere votiva noſtra à ſua (13) potentia & (14) voluntate, nam regnum Franciæ non eſt adeò debilitatum in viribus, quod ſe permittat veſtris calcaribus perurgeri.

(4) *fuiſſet* l. eſſet. (5) *alia* abeſt. (6) *regni* l. regni noſtri. (7) *pacatos reddetis* l. redderetis placatos. (8) *noſtram* l. in noſtram. (9) *regno enim* l. & regno. (10) *quod ſi ad prædicta* l. qui ſi enim ad præterita. (11) *noſtrum* deeſt. (12) *ſcribimus* l. dicimus. (13) *votiva noſtra a ſua* l. locum à. (14) *&* l. vel à.

Cap. XIII.

Reſponſiva Friderici Imperatoris, ad epiſtolam præcedentem.

REgiæ ſerenitatis literas Imperialis excellentia intellexit, quæ ſi non haberent in medio contradictionis obſtaculum, fuiſſent fortaſſis apud nos propoſitum conſecutæ, ſed quia modico fermento, tota maſſa corrumpitur, (1) & univerſale argumentum deſtruit unius falſitas ſingularis. Conſtat enim (2) illa regia ſcriptà ſine virtute medii concluſiſſe, quod evidentèr ex factis illis (3) ei oſtendimus, quæ ſunt omnibus manifeſta. Notorium eſt. enim, & mundus celare non poteſt, qualiter (4) ille pater Apoſtolicus innocentiam noſtram, utroque gladio impugnavit, dum nobis ad mandatum ſuum transfretantibus (5) idem adverſarius noſter & hoſtis, Siciliæ regnum invaſit, & ipſum non in parte, ſed (6) multimodè laceravit. Poſtmodum verò, poſt reditum noſtrum in regnum, ad multimodam inſtantiam, & (7) interpoſitionem Alamaniæ principum pace cum Eccleſia reformata, devotione reſumpta, etſi ſervitia noſtra præceſſerint, dictus tamen Apoſtolicus, manus ſuas fortius aggravavit, & quicquid excogi-

(1) *modico fermento tota maſſa corrumpitur* l. modicum fermenti totam maſſam corrumpit. (2) *enim* deeſt. (3) *illis* deeſt. (4) *qualiter* l. qualiter dudum. (5) *transfretantibus* l. transfretantibus ultra mare. (6) *ſed* l. ſed in toto. (7) *&* l. & noſtrorum.

cogitare potuit, ad præcipitium noſtrum excogitavit, motu proprio ſine cauſa, & (8) in nos excommunicationis ſententiam promulgando, literis & nunciis noſtræ diffamationis titulos prædicans univerſis. Noviſſimè autem, ad ſupplantationem noſtram adſpirans, ut adverſus David turrim conſtrueret Babylonis, (9) Prælatos quoſcunque potuit ad (10) particulare Concilium evocavit, orientem præponere (11) cupiens aquiloni (12). Verùm mirabilis Dei providentia, per quem (13) vivimus & regnamus, hujuſmodi pravitatis ipſius conſpiciendo propoſitum, ac ipſius cogitationes (14) vertens in nihilum, Cardinales & Prælatos tam regni Franciæ, quam aliarum provinciarum, in manibus concluſit noſtris, quos omnes tanquam noſtros hoſtes & adverſarios detinemus. Nam ubi non (15) deficiebat perſecutor, non debebat deeſſe defenſor: præſertim, cum imperium (16) tranſcendat hominem, & leonis veſtigia (17) animalia ſingula pertimeſcant. Non igitur regia celſitudo miretur, (18) ſi Prælatos Franciæ, in anguſto tenet Auguſtus, qui ad Cæſaris anguſtias nitebantur.

(8) *&* abeſt. (9) *David turrim conſtrueret Babylonis* l. turrim David turrim conſtrueret. (10) *ad* l. ad ſuum. (11) *orientem præponere* l. orienti opponere. (12) *aquiloni* l. aquilonem. (13) *quem* l. quam. (14) *pravitatis ipſius conſpiciendo propoſitum ac ipſius cogitationes* l. conſpirationem. (15) *non* abeſt. (16) *Imperium* l. virtus Imperii. (17) *veſtigia* l. naturam. (18) *miretur* l. moveatur.

Cap. XIV.

Fridericus ſcribit invectivè Cardinalibus, quia nimis tardant in electione novi Pontificis.

EX fervore charitatis intrinſecæ, decapitatis membris, Imperialis excellentia condolet ex indiviſibili (1) dilectionis adfectu, quem erga matris ubera filius gerit tam (2) adultus. Eccleſiæ viduatæ compatitur & compatiendo turbatur, ut cui materna (3) ſuavitatis dulcedinis alimenta communicat, & augmenta dilectionis interius ſubminiſtrat, doloris procul dubio non ſit expers: dolor eſt ſiquidem, dolor ingens, ſi Romana Eccleſia, quæ mater debet eſſe omnium & magiſtra, in qua ſecus decurſus aquarum plantata ſunt ligna ſcientiæ, paſtoris ſolatio deſtituta (4) careat, & quæ viam præbere tenetur aliis; (5) penitus oberrans in invio, cogitur addiſcere, (6) quæ facere debuit & docere. Sanè contra naturalis ordinis tramites mira res agitur, dum revolutas undique aquas abyſſus denegat, quas virtutum ariditas, ut credimus, jam ſiccavit, dum Petri navicula, quam cupiditatis flamma voravit in girum (7) nautarum culpa præſidentium, procellis intumeſcentibus conquaſſatur: dum mater Eccleſia, quæ in Petro, immò in petra poſuit fundamentum, viro (8) privata pro-

(1) *ex indiviſibili* l. & ex indiviſibilis. (2) *tam* l. jam. (3) *materna* l. materia. (4) *deſtituta* abeſt. (5) *aliis* l. viantibus. (6) *cogitur addiſcere* l. cogatur ediſcere. (7) *girum* l. giro. (8) *viro* l. ſenſu.

proprio, remanſit ut indigena viduata. Ecce, ſiquidem perdente Chriſto vicarium princeps Apoſtolorum perdidit ſucceſſorem, & (9) paſtorali regimine, grex Dominicus eſt privatus. Sed Cardinales, Eccleſiæ cardines & columnæ, quos diminutio capitis eclipſavit, quales cæteris veniæ impetratores exiſtitis, veritatem ipſam cum opprimitis, ac vosmetipſos vindicetis (10)? Quales ſemitas oſtenditis errantibus, qui à directionis greſſibus deviatis? Sedentes enim ut colubri, non quæ ſurſum ſunt ſapitis, ſed quæ ante oculos ſita ſunt mundana, non ſpiritualia intuentibus providetis. Sitit enim quilibet præſulatum & papalem eſurit apicem, prout voluntas dictat arbitrii & merita non ſubſerviunt rationi, quorum vultus ut invidiæ maculis, ſic & livore (11) cupiditatis obducitur, quod neuter vivere velit alterum, nedum pontificatus faſtigio ſuſpicere decoratum: (12) Movetur igitur, movetur & meritò noſtræ majeſtatis induſtria, & tanto fortius doloris aculeo pungimur, (13) quanto propius (14) præ cunctis gentibus & mundi principibus, Romanæ Eccleſiæ imperium vicinatur. Ceſſet itaque, ceſſet materia factionum (15), ceſſet inter vos innata diſſenſio, non vos ſeducat angelus tenebrarum, qui ſæpe in lucis angelum ſe transformat, & unitatem

(9) & abeſt. (10) *veritatem ipſam cum opprimitis ac vosmetipſos vindicetis* l. qui ſi veritas ſub modio non celatur, non ſufficitis ad vindictam. (11) *ut invidiæ maculis, ſic & livore* l. ſic invidia maculat, ſic livor. (12) *ſuſpicere decoratum* l. cathedratum. (13) *pungimur* l. pungitur. (14) *propius* abeſt. (15) *factionum* l. ſcandali.

tem gregis (16) diſrumpere conſuevit, ſed pax & juſtitia, quæ velut duæ ſorores, ſe invicem amplexantur, in Cardinalium collegio vendicent ſibi locum: & invocata clementia illius, cujus eſt à ſummo cœlo egreſſio, ad electionem novi (17) pontificis unanimiter procedentes, nobis & mundo præſulem eligatis: ubi divinus intuitus vos invitet (18), & pondera ſubeant (19) æquitatis, ut à vobis quos in opere prævios & immeritò (20) præcurſores habere debet populus Chriſtianus [cum adſumatur à ſubditis audacius in exemplum, quod committit irreverentius improviſione (21) prælatorum] non transgreſſionis notam accipiant ſubditi, quos regitis dirigendo, ſed proviſionis unanimis & firmioris fidei veſtigia proſequantur.

Cap. XV.

Fridericus, regi Caſtellæ conqueritur de Papa.

PEnſantes amoris affectum, quem ad vos ſemper habuimus hactenus, & habemus illæſum, firmiter credimus, ut ſicut nos honorem veſtrum, & commoda libenter amplectimur, ſic nos vice mutua diligatis, & noſtra, quæ maximè cauſam noſtram aliorumque regum & principum immediatè contingunt, & in quibus non minus veſtrum quàm noſtrum vertitur intereſſe. Latere vos quidem fortè non cre-

(16) *gregis* l. gregis dominici. (17) *novi* l. ſummi. (18) *invitet* l. incitet. (19) *ſubeant* l. ſubvehant. (20) *immeritò* l. meritò. (21) *improviſione* l. improviſio.

credimus, qualiter pontificalis ambitio, in imperialis (1) honoris diſpendium, & aliarum dignitatum ſecularium (2) conata eſt, ſemper hactenus jura noſtra confundere & noſtræ potentiæ brachia conculcare, faciens caſſare Romanum principem, (3) ut ad reges & principes alios faciliorem habeat (4) in ſua cupiditate progreſſum. Papa (5) quidem non advertens quot & quanta mundo diſſidia ex hujusmodi turbatione proveniant, tractare non deſinit, qualiter hoſtes noſtros contra nos temporaliter incitet, & fideles (6) à noſtra devotione ſubvertat: qui ſi rebus ordinariè (7) procedentibus (8) rectitudinis ſpiritu duceretur, (9) deberet contra Chriſticolas arma deponere & in terræ ſanctæ ſubſidium, qua (10) quolibet inſpicimus auxilio deſtitutam, univerſaliter à Chriſti fidelibus advocare ſuccurſum: præter alia namque diſcrimina, quæ per unionem ſopiendæ diſcordiæ inter nos & ſummum pontificem procurandam, totus ferè jam mundus potuit evitare: nunc miſerabili caſui, quem non ſine fidei diſpendio audivimus eveniſſe in partibus transmarinis, fuiſſet fortè ſalubriter & accuratè proviſum: cum ibidem noſtram vel filiorum noſtrorum præſentiam, quàm libenter & frequenter obtulimus, habere potuerit fructuoſam, ſi petitæ per nos multotiens

H 5 pacis

(1) *in imperialis* l. dignitatis & imperialis. (2) *ſecularium* l. ſingularium. (3) *caſſare Romanum principem* l. à Cæſare Romano principium. (4) *habeat* l. habeant. (5) *Papa* l. ipſe. (6) *fideles* l. fideles noſtros. (7) *ordinariè* l. ordinariis. (8) *procedentibus* l. præcedentibus. (9) *duceretur* l. ducentur. (10) *qua* l. quam.

pacis favere negotio voluiſſet. Nos enim qui propter honorem catholicæ fidei ſacroſanctam Romanam Eccleſiam in omnibus reveremur ut matrem, (11) libenter ut patrem ſummum pontificem coleremus, ſi ipſe nos ut filium, debita relatione tractaret. Sed ſic in negotio ipſo, jura noſtra defendimus, ut non ſolum nobis, ſed vobis, & principibus aliis gloriam de noſtra defenſione portemus. Vos tamen, quorum in hoc non minus veſtra cauſa quàm noſtra nunc agitur, & in quos de facili poſſet hujusmodi refundi negotium, ſic apertè videmini præſentia facta (12) negligere, vel ſuper iis potius dormitare, tanquam ſi (13) vos in nulla parte contingeret, & de honore noſtro cura vobis ſolicitudinis non adeſſet. Quis enim cautelæ modus in vobis & regibus aliis in caſu ſimili remaneret, ſi cauſam ipſam Romanus Auguſtus deſereret: vel quorum humeri ad onera iſta portanda ſufficerent, ſi colla noſtra ſubtrahere ab eorundem ſupportatione (14) vellemus? Verùm cum iſtæ Romanæ ſedis Antiſtes, ab ea forſitan devians pietate, quam prædicat quocunque modo poterit [licet contra nos ſuum poſſe non valeat] tam in Imperio quàm in regnis noſtram nitatur offendere majeſtatem, motus noſtros arcere (15) non poſſumus, quin cauſam noſtram & aliorum injuriam viriliter tueamur. Requirimus igitur, & (16) adfectionem veſtram rogamus (17) attentè,

(11) *matrem* l. matrem & dominam. (12) *præſentia facta* l. præfata. (13) *ſi* abeſt. (14) *ab eorundem ſupportatione* l. ad eorundem onerum ſupportationem. (15) *arcere* l. arctare. (16) & abeſt. (17) *rogamus* l. & rogamus.

tè, quatenus diligentius advertentes, qualiter ſummus pontifex ſuis viribus, qui nihil habere debet, cum gladio non contentus, in alienam meſſem falcem præſumptuoſus immittit: & ut non longe petatur à nobis exemplum: qualiter in regno Portugaliæ honoris ſibi uſurpaverit dignitatem, curas veſtras & animos excitetis. Nos enim ad conterenda noſtrorum colla rebellium, & expiandas inſidias, quæ per papalem aſtutiam noſtris proceſſibus præparantur, (18) poſt magnificum exercitum noſtrum, quem ad partes Italiæ victoriosè præmiſimus, perſonaliter illuc proceſſiſſemus inſtanter: ſed audito caſu illuſtris regis Francorum, dilecti amici noſtri, ſtatim proceſſus noſtros, in noſtrum (19) regnum prævidimus (20) revocandos, ubi de vaſallis noſtris & gente, ac de ſuffragiis, (21) ſicut (22) ultramarino negotio magnificè diſponimus providere, quod dexteram noſtræ potentiæ, quam ſibi liberaliter extendimus, (23) celeriter ſibi ſentiat fructuoſam. Non tamen ex hoc tales curas obmittimus, quin ad conterendas rebellium noſtrorum reliquias potenter & viriliter intendamus. Idem (24) hoc quicquid de ſervitiis noſtris, devotus (25) fidelis noſter vobis dixerit, indubitanter affectio (26) veſtra credat, & adimpleat cum effectu.

Cap.

(18) *præparantur* l. imperatur. (19) *noſtrum* deeſt. (20) *prævidimus* l. providimus. (21) *ſuffragiis* l. ſuffragiis aliis. (22) *ſicut* l. ſic. (23) *extendimus* l. extendemus. (24) *idem* l. ad. (25) *devotus* l. S. (26) *affectio* deeſt.

Cap. XVI.

(1) *Regi Anglorum narrans ei, quod non potuit obtinere pacem cum domino Papa.*

QUantum & æqualiter (2) hactenus pro generali bono Chriſtianæ fidei, Terræ (3) ſanctæ præcipuè, ad cujus (4) recuperationem univerſorum Chriſtianorum, ſed præcipuè regum & principum vota ſuſpirant, ad pacis univerſaliter expectatæ dulcedinem, inter nos & iſtum, & alios Eccleſiæ Romanæ pontifices procurandam, humilitatis (5) noſtræ colla ſubmiſimus, Serenitatem veſtram ſcire jam credimus, nec mundus ignorat. Volumus (6) ſiquidem pacem reverenter expetere, ne in mundi graſſari diſſidiis videamur. Volumus illum antiquum ſerpentem (7) patientia noſtra temperare, & (8) rigorem quem nonnullos progenitores noſtros divos Romanos Auguſtos in ſimilibus (9) novimus habuiſſe, moderari (10). Nuper (11) ad requiſitionem & preces illuſtris regis Francorum dilecti amici (12) noſtri, quem in Terræ ſanctæ ſubſidium perſonaliter & inſtanter accinctum percepimus, deſperatum quodammodo pacis negotium

(1) Hanc Epiſtolam ſequens præcedit in MSto. (2) *æqualiter* l. qualiter. (3) *terra* l. ſed terræ. (4) *cujus* l. cujus & (5) *humilitatis* l. humanitatis. (6) *volumus* l. voluimus. (7) *volumus illum antiquum ſerpentem* l. voluimus illius antiqui ſerpentis. (8) *&* abeſt. (9) *ſimilibus* l. ſimilibus forſan. (10) *moderari* abeſt. (11) *nuper* l. nuper enim. (12) *amici* l. & amici.

tium (13) reſumere delectabat: quanquam nos præteritorum experimento perterriti, de pacis dubitare negotio neceſſariò cogeremur, dum quoties humilitatis ad pacem evidentia ſigna monſtravimus, toties voluntatem partis adverſæ invenimus duriorem. De proceſſu tamen regis ejusdem ad pacem reformandam, aliqualem (14) fiduciam obtinentes & fideles noſtros ſolennes, excellentiæ noſtræ legatos, plena (15) noſtræ voluntatis authoritate ſuffultos ſpecialiter providimus deſtinandos, qui dum pro honore Eccleſiæ matris noſtræ, ac felicibus Chriſtianitatis auſpiciis, ſalvo honore ſemper Imperii & regnorum, quibus authore Domino præſidemus, voluntatem noſtram ad pacem paratam exponerent, & (16) manifeſta præſagia futuræ ſatisfactionis offerrent, quæ rex ipſe, ſufficientia reputabat. Sed (17) iſte bonus paſtor Eccleſiæ, nullum ad jus & honorem Imperii, nec (18) ad nos voluit habere reſpectum, ſed totum ſuæ ſubjicere poteſtati pro Lombardorum negotio, qui pacis tractatui ſemper hactenus impedimenta pararant, (19) & pacem quam debebat exquirere, turpiter profugavit oblatam. Ecce itaque, quæſivimus pacem, & non invenimus, vocavimus eam, & vocata (20) non reſpondit. Reſtat igitur, ut ſic noſtra & Imperii noſtri jura, aliorumque regum & principum in cauſa noſtra viriliter tueamur, quod

(13) *negotium* l. negotium tunc temporis. (14) *ad pacem reformandam aliqualem* l. ad Papæ præſentiam qualemqualem. (15) *plena* l. plenæ. (16) *&* l. & per. (17) *ſed* abeſt. (18) *nec* l. ac. (19) *pararant* l. paraverat. (20) *vocavimus eam & vocata* l. eam nec vocata.

quod nos non oporteat amplius pacem imprudenter expetere, ſed potius acceptare petitam.

Cap. XVII.

Friderici invectiva ad Cardinales cum increpatione, quia non creant novum Papam.

AD vos eſt hoc verbum, filii Effrem, malè tendentes arcum, & pejus emittentes ſagittas, turpiter in die belli converſi retrorſum. Ad vos eſt hoc verbum, filii Belial, diſperſionis oves. Ad vos eſt hoc verbum, animalia capita non habentia, magni judicis adſeſſores. Ad vos eſt hoc verbum Cardinales (1) obliquati, quibus malè voluit (2) orbis: ad vos eſt hôc verbum, pro quibus totus mundus prorumpens in verba, obloquitur. Non (3) ego poſſum loqui, quin obloquar, quia de mundo ſum, licet immundus, propter quod oportet (4) ſentire cum mundo, tanquam pars ſuo toto, (5) nec diſſona, nec adverſa ſcribenti. (6) Itaque attendite de dura & inepta materia, rudem epiſtolam exordii dignitate privatam. Nam (7) lingua mea velocitate (8) compulſa, prius prorupit in verba, quàm concipiens ei ſpiritus delegaſſet, & ſic ſuperioris non expectato Imperio minus plenè concepta edere feſtinavit. Habet enim animus (9) perturbatus, quod (10) plerumque ſermonem inconti-

(1) *Cardinales* l. cardines. (2) *voluit* l. volvitur. (3) *non* l. nec. (4) *oportet* l. opportet me. (5) *toto* l. toti. (6) *ſcribenti* l. ſcribentis. (7) *nam* abeſt. (8) *velocitate* abeſt. (9) *animus* l. hoc omnis. (10) *quod* l. quia.

continuum parit, aliquando & abortivum. (11) Communis namque animorum exiſtit conceptio & ſermo vulgaris, quod non mediator Dei & hominum, Jeſus Chriſtus, de ſummo cœlo, qui venit ponere pacem in finibus terræ, Apoſtolorum Magiſter & dominus, ſed diviſus in ſe Sathanas, princeps aquilonarius, (12) ſit in medio veſtrum, tanquam quibus (13) miniſtrat, ille perſuaſor diſcordiæ, [homicida, mendacii pater, & 14] ſpiritus tenebroſus, qui poſuit linguas veſtras in diviſiones, & in pluralitatis articulos, veſtram disgregare compulit unitatem, dum nec vobis, nec mundo conſulitis, qui tot periculis propulſatur: & Petri navicula, quæ per maris altitudinem ventorum flatibus rapitur, remis & remige deſtituta, non eſt aliquatenus vobis curæ: quæ quamvis in ſe ſubmerſionem non timeat, in ſuis tamen multa & varia patitur naufragia tempeſtatum. Sanè ſi diligenter attenderetis, qualiter nationes & Gentes, quas judicare ſoletis, contra vos deriſoriè moverent (15) capita ſua, in ſe unusquisque palleret, & ad tam publicum, & deteſtabile opprobrium propulſandum (16) non inveniri poſſet neceſſarium argumentum: quia (17) dum quilibet veſtrum adſpirat ad cathedram, unus non conſentit in alium: & dum alter in alterum non conſentit, nullus erigitur: & dum nullus erigitur, cathedralis dignitas eva-

(11) *& abortivum* deſunt. (12) *aquilonarius* l. aquilonaris. (13) *quibus* l. qui. (14) [ ] deſunt. (15) *moverent* l. movent. (16) *propulſandum* l. propulſandum, unusquisque veſtrum cor meritò debet apponere. Sed nequaquam inveniri &c. (17) *quia* l. niſi quod.

evaneſcit, & ſic ex diſconvenientia veſtra, conveniens Eccleſiæ ſtatus confunditur, & fidei qua vivitis, deperit rectitudo: per capitis quidem defectum emergit, ut (18) ubi natura ſenſus impoſuit, monſtra reputemini quædam, & membra truncata, in cunctis ſenſibus defectiva, quoniam videtur obtenebratus viſus veſter: diminutus auditus, & ille oris ſonus in fines orbis terræ, olim ſonorus, penitus obmuteſcens, factus eſt deriſorius echo. Nam Petri & Pauli hodiè non audiuntur tonitrua, concionatores ſunt canes muti, ad ſilentium compelluntur, (19) fortè vobis paratæ ſunt manus ad recipiendum, ſed deſunt munera, quia, qui (20) veniebant de Saba, aurum (21) deferentes, modò non veniunt, cum non inveniant Dominum in præſepi, ducatum eis cœleſti ſydere denegante. Pedes etiam (22) non habetis ad ambulandum, & dummodo potentis vos munus coarctet, (23) ultra quinque pedes veſtra veſtigia non moventur, proh pudor! minima reptilium animalium in prudentia vos præcedunt, (24) nam aves ſine ductrice non volant, apes abſque rege non vivunt. Vos autem (25) ſine rectoris gubernaculo fluctuatis, matrem Eccleſiam fortuitis caſibus relinquentes, nec (26) attenditis quod illi errantes Iſraelitæ (27) quadraginta diebus abſq; duce (28) vagantes, ad ſummam dementiam devenerunt, pro

(18) *ut* l. &. (19) *compelluntur* l. complectuntur. (20) *qui* l. non. (21) *aurum* l. aurum & thus. (22) *etiam* l. enim. (23) *potentis vos munus coarctet* l. vos potentis manus coartet. (24) *præcedunt* l. vos præcedat. (25) *vos autem* l. & vos. (26) *nec* l. non. (27) *illi errantes Iſraelitæ* l. illi olim Iſraeliti filii. (28) *duce* l. duce in deſerto.

pro Deo ſibi vitulum conflatilem ſtatuentes. Si (29) papalis ceſſavit unctio, veniet ergo alius Sanctus ſanctorum, & quis ille eſt? O inexcuſabilis culpa, Rachel virum non habet, cujus parvuli petunt panem, & non eſt qui porrigat eis (30): & Sion dudum pulchra facie jacet ſicut mulier menſtruata, cujus viæ lugent, & non eſt qui veniat ad ſolennitatem (31). Concidit gloria vultus ejus, oculi columbarum viſu deficiunt, quia non videtis quantum proximi eſtis naufragio, dum ſine remige navigatis. O ſi poſſetis alternatim libros conſcientiæ legere, quot & quantas inveniretis in eis (32) accuſatorias lectiones, contrariis ſententiis involutas. Revertatur ergo, revertatur quilibet in ſeipſum, & (33) ad reſumendum caput, ſenſus, & rationem induite, ut mater Eccleſia tam diu ſuo privata lumine, decorem ſuſcipiat, & ad ſtatum priſtinum reducatur.

Cap. XVIII.

Fridericus, Regi Franciæ conqueritur de domino Papa. (1)

SAtis nos pungit interius res nova, quam ſcribimus, immo noſtra medullitus interiora perturbat, dum ibi noviter inquietamur amarius, ubi quietis dulcedinem

 ſtu-

(29) *ſi* l. ſed. (30) *eis* l. eis ex omnibus caris ſuis. (31) *ſolennitatem* l. ſalutem. (32) *in eis* deſunt. (33) *&* abeſt. (1) l. Regi Anglorum narrans ei quod non potuit obtinere pacem cum domino Papa.

ſtudioſius procuramus : inde crudeliter cædimur (2), & impetimur imprudenter (3), unde pacis deberet hodie prodire charitas, religio (4), & beatitudinis zelus à fidei noſtræ cultoribus expectari (5). Iſte ſiquidem ſummus pontifex Eccleſiæ (6), qui quantum nos dudum gravibus injuriis provocarit, adfectionis veſtræ notitiam ſcire confidimus, nec mundus ignorat. Sagittas acutas emittit de pharetra, dum ſatis ſibi fore non æſtimans, in Italiæ partibus continuis jaculis impetiſſe nos hactenus, niſi nunc in peculiaris noſtri regni pomerio, quod materna nobis decrevit hæreditas, ſpinas interſerat & noſtrorum corda fidelium, quæ fidelitas nativa conſolidat, à noſtra devotione ſubvertat, pro Lombardorum negotio : cujus occaſione pacis tractatui, ſemper impedimenta paraverat, & in quo toties voluntatem ejus invenimus duriorem, quoties voluntatis ad pacem ſigna monſtravimus promptiora. Nuper autem in regnum ipſum per fratres prædicatores & minores, quos ad honorem divini nominis, benigno ſemper favore proteximus, quos ſemper curavimus (7) ampliare, quorum etiam inſolentias hactenus, licet inviti tulerimus, tamen aliquando (8) ſub patientiæ velo ſtuduimus præterire, literas improvidè dirigit, & occultas ſuggeſtiones innectit : quibus excommunicationis & interdicti ſententias, contra nos dudum

(2) *cædimur* l. lædimur. (3) *imprudenter* l. impudenter. (4) *charitas, religio* l. carnitiva religio. (5) *expectari* l. expectatur. (6) *Eccleſiæ* l. Paſtor Eccleſiæ. (7) *curavimus* l. ſtuduimus. (8) *licet inviti tulerimus, tamen aliquando* l. licet nobis juſti cauſa motus ſubeſſent aliquando.

dudum improvidè fulminatas, à fidelibus noſtris regnicolis ſub interminatione divini judicii faciat obſervari. Aliud etiam quod reputamus amarius, ſuæ mentis amaritudinem contra nos protervius eructuat, dum translato quaſi vivificæ crucis myſterio de partibus transmarinis in regnum, tanquam iterum (9) in Apulia crucifixus ſit Chriſtus, fideles Chriſticolas: de quorum feſtino ſubſidio, ſi Chriſti fidem evangelizaret in terris, ut credimus, Terræ ſanctæ neceſſitati debuerat providiſſe: nunc parentes armat (10) in filios, & ad regni Chriſtianiſſimi ſpolia cruce ſignat. Sed hæc profectò quæ diximus, non magis ex odio, quo nos ſpecialiter & (11) injuſtè perſequitur quàm ex innato, ſi dici liceat, ſibi livore nequitiæ proceſſiſſe penſamus, ut qui dilectionis puræ (12) conſtantiam, qua vos affectuosè amplectimur directè, non poterat ſpiritu detractionis impetere, calumnioſus ſaltem inficeret (13) per obliquum. Dum enim ante cœptum noſtræ peregrinationis aggreſſum, pro (14) deſperato quodammodo pacis negotio, quod nos tunc temporis reſumere delectabat, ad requiſitionem veſtram, ſolennes excellentiæ noſtræ legatos apud Lugdunenſes noſtra Serenitas deſtinaſſet: quanquam nos forſitan præteritorum experimento perterriti, de pacis dubitare negotio cogeremur. Idem ſanctiſſimus pater noſter conceptum noluit nobis citra mare præſentibus virus evomere: ſed tempus noſtræ captavit abſentiæ,

(9) *iterum* abeſt. (10) *parentes armat* l. perarmat. (11) & abeſt. (12) *puræ* l. puræ &. (13) *inficeret* l. reficeret. (14) *pro* l. & pro.

ſentiæ, ut (15) tam inconſultus, quàm ſubitus motus ejus nobis infamiæ notam impingeret, & factionis hujuſmodi, nos quaſi participes denotaret, ut quæ (16) vobiſcum nondum celebrato (17) colloquio tentare diſtulerat, poſt veſtram cum eo collationem habitam, præſumpta ſic temerè, non ſine veſtræ (18) conniventiæ vel conſenſus involucro, quod omnino non credimus, manifeſtè daret intelligi præformata. Ex his ſanè cauſis, nos meritò movemur (19) ſuper juribus noſtris, injuſtè ſic impeti. Movemur, quòd nunc videmus illos in arma conſurgere, qui prædicare tantum (20) debent verbum Dei. Movemur, (21) in gremio proprio nutriviſſe ſerpentes: quos quanto familiarius hucusque tractavimus, tanto nunc hoſtes peſtiferos gravius invenimus. Movemur profundius, & Terræ ſanctæ neceſſitatibus præcipuè condolemus, quæ cum ad ſui recuperationem nobis dudum firmo propoſito, arma & ſcutum viriliter adſumentibus, & potenter Gallicorum virium recepto ſubſidio univerſale Chriſtianorum ſubſidium expectaret, papali ſuffragio fruſtrata jam remanet, [& neceſſario vobis in partibus ultra marinis morantibus, à quibus modico freto diſtabat Apulia, ipſam 22] rerum (23) victualium opulentiam ſubtrahere oporteret. Cum enim anno proximè præterito, de chariſtia victualium regni noſtri

(15) *ut* l. ne. (16) *qua* l. qui. (17) *celebrato* l. celebrare. (18) *veſtra* abeſt. (19) *cauſis nos meritò movemur* l. doloris multiplex cauſa afficit. Movemur utique. (20) *tantum* l. tantummodo. (21) *movemur* l. movemur quod. (22) [ ] deſunt. (23) *rerum* l. & rerum.

ſtri quam accidens temporale conduxerat, prout dilectionem veſtram latere non credimus, veſtris & veſtrorum uſibus amicabiliter faceremus utiliter (24) provideri: ac eſſemus in antea tantò fœcundius providere parati, quantò nunc ibidem tempora fœcundiora ſuccedunt, quæ poſſit aut debeat nobis in antea regni fertilitas [opulentiæ, ſigna 25], ſucceſſivè protendere, ſi regnum oporteat ex patris noſtri perſecutione, quam diximus plusquam civilia bella tractare, regalis induſtria videat & diſcutiat diligenter. Non tamen in totum propterea ſic vobis credatis, noſtra ſubſidia velle ſubtrahere, quin vobis, in quantum negotiorum & temporum qualitas patitur, cum ex publico bono fidei Chriſtianæ, quam tota mentis adfectione zelamur, tum (26) etiam ex amicitiæ fœdere, quod & vos & progenitores noſtros, & nos vobiscum (27) habuiſſe ſuaviter rememoramus (28) illæſum, tanquam illi, quem chariorem habemus, præ aliis liberalitatis (29) noſtræ ſuffragia promptis adfectibus offeramus. Cauſam itaque noſtram in libra veſtræ conſiderationis appendite: & cum veſtra res agatur in proximis, quæ fides hujusmodi danda ſit angelis, quod (30) ex ipſorum actibus colligatur exemplum, ſi ſub patientiæ pallio iidem noſtræ benignitatis ingrati, cauda nos feriant, ſi religionis, quam ſolo figurant habitu, pudore poſtpoſito, ab ea deviantes pietate, quam prædicant, nego-

(24) *utiliter* l. & utiliter. (25) [ ] deſunt. (26) *tum* l. tamen. (27) *& vos & progenitores noſtros & nos vobiscum* l. ad progenitores noſtros & nos vos. (28) *rememoramus* l. memoramur. (29) *liberalitatis* l. libertatis. (30) *quod* abeſt.

negotiis bellicis temporaliter ſe immiſcent. Super his honori veſtro, ſicut convenit (31), providete: attendat nihilominus veſtræ Serenitatis affectio, ſi ſunt hæc arma pontificum: ſi Petri ſubambulus, quod debet, in gentibus oleum pietatis infundat: ſi Chriſti vicarius, Chriſti vices adimpleat, dum illis diſpendiis incautè ſe implicat, ex quibus homicidia ſanguinolenta proveniunt, & animarum multiplicia detrimenta naſcuntur. Nos enim, qui pondus incudis hactenus patienter & devotè ſubivimus, nolentes per patientiam noſtram lædi, de cætero pati nequivimus, quin cauſam noſtram defendendo viriliter, mallei conſequenter officium adſumamus (32).

Cap. XIX.

Fridericus, Capitaneo regni, ut procedat contra religioſos, portantes literas papales in regnum.

PUngitivè nos angit (1) interius res nova quam ſcribimus, dum inquietare nos ibi conatur adverſarii noſtri rigor, ubi quietis & pacis ſolatia ſtudioſius procuramus. Nuper enim ad audientiam noſtram, non ſine cordis perturbatione pervenit, quòd iſte Romanæ ſedis antiſtes, cui non ſatis eſt in Italiæ partibus impetiiſſe nos hactenus, niſi in regni noſtri pomerio, quo (2) velut in oculorum noſtrorum pupilla pertingimur, ſpinas interſerat, & noſtrorum corda fidelium, quæ fidelitas nativa con-

(31) *convenit* l. expedit. (32) *conſequenter officium adſumamus* l. conſequitur officium aſſumus.
(1) *angit* l. pungit tangit. (2) *quo* l. in quo.

conſolidat, à noſtra devotione ſubvertat. Nuper enim in regnum (3) per fratres Prædicatores, & Minores, ac religioſos alios, literas ſuas (4) improvidè dirigit, & occultas occaſiones (5) innectit: quibus excommunicationis, & interdicti ſententiam, quam injuſtè dudum contra noſtram excellentiam fulminavit, à fidelibus noſtris regnicolis, quos velut in petrea devotione firmatos, verbis hujusmodi frivolis [leviter (6) flecti poſſe non credimus] faciat obſervari: excommunicationi nihilominus & interdicto ſubjiciens, quicunque more ſolito nobis reverenter obediunt, & noſtris juſſionibus obſequuntur (7). Quanquam igitur ſuper his non videamus expediens ſcripta noſtra dirigere, ſeu noſtrorum fidelium animos excitare, quia tamen de regni noſtri ſtatu pacifico inter cæteras conſiderationes noſtras, præcipuè (8) nos cura perangit, velut qui in ejus quiete quieſcimus, & in ipſius, quod abſit, intemperie turbaremur voluntatem noſtram, quam de hujusmodi temeritatis ultione concepimus. tenore præſentium denotamus: videlicet, quod perſonas quaslibet, quæ literas præſentare cuilibet (9), vel ab aliquo recipere præſentatas, aut hujusmodi fortè parere mandatis, ſeu qualitercunque favere (10) præſumerent, ut pœna decente percipiant, quantum eorum exceſſus, noſtra Majeſtas abhorreat, cujuscunque fuerit conditionis, ætatis, aut ſexus, incendii volu-

(3) *regnum* l. regnum ipſum. (4) *ſuas* abeſt. (5) *occaſiones* l. ſuggeſtiones. (6) *leviter* l. ſic leviter. (7) *obſequuntur* l. obſecundant. (8) *præcipue* l. præcipua. (9) *cuilibet* l. cujuslibet. (10) *favere* l. fovere.

mus paſſione mulctari. Ad horum (11) etiam inſolentias ſubtilius inquirendas, adjicimus, ut quicunque de fidelibus noſtris regnicolis devotionis integritate clarentes, publicos prædictorum exceſſuum patratores, in ipſo crimine flagranti reperiet, & ardens fidei ſuæ fervor tantam moram minimè patiatur, quod ad regionum juſtitiarios valeant (12) habere recurſum ipſos impunes eſſe volumus, ſi de transgreſſoribus ipſis ſumpſerint (13) ultionem, ac ob ſuæ fidei meritum faciem noſtræ Serenitatis hilarem, & à nobis retributionis condignæ merita præſtolentur. Fidelitati tuæ igitur diſtrictè præcipimus, quatenus præſcriptam beneplaciti noſtri formam per jurisdictionem tuam, prudenter & ſolicitè publices, & exequaris efficaciter publicatam.

Cap. XX.

Fridericus Regibus, & univerſis Baronibus regni Franciæ, narrans eis proceſſum habitum inter ipſum & Papam.

UT juſtitiam & innocentiam noſtram, tam vos quam alii reges orbis & principes agnoſcatis, ecce proceſſum totum ſuper diſcordia inter nos & iſtum ſummum Pontificem & prædeceſſorem ſuum (1) habitum, præſentibus denotamus. Nec tamen in hoc ſtare tantummodo fidei noſtræ volumus, ſed quicquid

(11) *horum* l. eorum. (12) *valeant* l. valeat. (13) *ſumſerint* l. ſumſerit. (1) *prædeceſſorem ſuum* l. prædeceſſores ſuos.

quid tenori ſcripti præſentis inſerimus, parati ſumus, per ſufficientia documenta monſtrare. Primùm quidem ſcire vos credimus, qualiter Innocentius alius prædeceſſor iſtius, ſub cujus pallio & tutela, nos nedum impuberem, ſed infantem mater noſtra dimiſerat, contra nos in Imperio (2), cujus principes nos in regem elegerant, & nos in vita patris noſtri aſſumere in Imperatorem juraverant, Othonem de Saxonia veterem adverſarium noſtrum, & domus noſtræ, in Imperatorem in noſtrum præjudicium conſecravit, qualiter comitem G. de Brenna, qui velut gener Tancredi regis (3) mortem noſtram & ſanguinem ſitiebat ſub defenſionis noſtræ ſpecie, miſit in regnum: qualiter etiam Gregorius nonus, prædeceſſor iſtius, ſub ea occaſione, quòd nos in termino (4) nobis dato, infirmitate gravati, tranſire nequivimus ultra mare, contra juſtitiam primitùs excommunicationi ſubjecit (5). Poſtmodum pro ſervitio Jeſu Chriſti peregrinantibus nobis, regnum noſtrum hoſtiliter uſurpando, qualiter de ultramarinis partibus redeuntes, recuperata terra noſtra quam ceperat, pacem cum ipſo firmavimus, quam nullo credidimus tempore violandam: quam licet ipſe nobis in parte ſervare negaverit, requiſitus, cum civitatem Caſtellæ, per ipſum turbationis tempore occupatam, reddere nobis nollet ex pacto, in multis (6) aliis noſtram viſus eſt offendere Majeſtatem. Nos tamen, nedum illatas diſſimulabamus injurias, verumetiam ſervire ſibi ſub

I 5 infi-

(2) *in Imperio* l. & Imperium. (3) *Regis* l. Regis intruſi. (4) *termino* l. crimine. (5) *ſubjecit* l. ſubjecit dictum. (6) *in multis* l. dum in multis.

infinitis laboribus noſtris & ſumptibus, nitebamur, nos opponendo Romanis pro recuperatione jurium Eccleſiæ, quæ Romani prædicti nequiter occuparant. Cum quibus poſtmodum Papa præfatus pacem compoſuit, nobis inſciis & contemptis. Nec illud ignorare vos patimur, qualiter nos de prædicto ſervitio (7) diebus antè proximis recedentes (8), in Theutonia, ad corrigendum Heinrici primogeniti filii (9) noſtri errores, favoris ſui literis præcedentibus (10), occultè nuncium ad principes deſtinavit: per quem mandavit eisdem, ut nullum de filiis noſtris, vel de (11) genere noſtro, in regem ſibi aſſumerent, prout iidem principes nobis poſtmodum retulerunt. Et ſic, quem pro impenſo ſervitio, publicè credebamus habere propitium, latenter invenimus inimicum: qualiter etiam paratis nobis in Italiam deſcendere (12) pro recuperandis non minus Eccleſiæ, quàm Imperii juribus, pro ultramarino negotio procurando, & ordinando ſtatu pacifico regionis ipſius, miſit nobis obviam Epiſcopum Peneſtrinum (13), nunciorum noſtrorum contradictione contempta: qui non ipſum velut inimicum noſtrum, ſed Antiochiæ Patriarcham velut amicum in transmarino negotio requiſierant pro legato: qui prænominatus Epiſcopus à devotione noſtra Mutinam (14) tentavit avertere, & Placentiam, in qua velut originarius ejus,

(7) *ſervitio* l. ſervitio ſuo. (8) *recedentes* l. redeuntes &. (9) *filii* abeſt. (10) *præcedentibus* l. procedentes. (11) *de* abeſt. (12) *Italiam deſcendere* l. Italia defendere. (13) *Peneſtrinum* l. Præneſtinum. (14) *Mutinam* l. Mantuam.

ejus, munitiones quas (15) poterat evidenter avertit contra nos, ne tranſire poſſemus: quanquam hæc (16) fruſtra tentaverit, Lombardorum exercitum congregando. Obtenta deinde cum auxilio Regis regum de Mediolanenſium pravitate (17) victoria, dum Lombardi contra nos & Imperium de ipſorum reſiſtentia deſperarent, ad eundem ſummum pontificem, qui eos favore palliato protexerat, defugerunt (18), aſſerentes, quod niſi ipſos à nobis Papa præfatus & fratres, publica defenſione defenderent, ad noſtrum & Imperii redire dominium cogerentur.

Cap. XXI.

Fridericus eisdem & ſuper eisdem, conquerendo de ſummo pontifice.

LEvate in circuitu oculos veſtros, arrigite filii hominum aures veſtras, videte (1) generale orbis ſcandalum, diſſidia gentium, generale juſtitiæ doleatis excidium, exeunte nequitia (2) à ſenioribus Babylonis, qui populum hactenus regere videbantur, dum judicium in amaritudinem, & fructum juſtitiæ in abſynthium convertunt (3). Sedete principes, & intelligite populi cauſam noſtram, de vultu Domini judicium prodeat, & oculi veſtri videant æquitatem. Scimus enim, & in ſupremi judi-

(15) *munitiones quas* l. munimentum. (16) *hæc* l. hoc. (17) *pravitate* l. protervitate. (18) *defugerunt* l. publicè defugerunt. (1) *videte* deeſt. (2) *nequitia* l. nequitia populi. (3) *convertunt* l. converterunt.

judicis virtute confidimus, quod vos cum apud (4) pondus & menſura fuerit, profectò modeſtiam & innocentiam veſtram in judicii (5) veſtri libra præponderare videbitis, calumnioſis detrahentium labiis & venenoſis adinventionibus factionum (6). Sed nec nunc primùm credimus noſtram juſtitiam, & reſidentis (7) in throno Domini pravitatem, ad publicam mundi notitiam devenire, quin præter agillimæ famæ præloquium, quæ frequenter in maximis virginibus (8), aurium deflorat auditum, nos ipſi, quos primitus rumor eduxerat (9), ſubſequentibus poſtmodum noſtræ (10) Serenitatis adfectibus firmaremus, qualiter iſte novus athleta ſiniſtris auſpiciis, factus pontifex generalis, amicus noſter præcipuus, dum in minoribus eſſet ordinibus conſtitutus, beneficiorum omnium, quibus Imperium Chriſtianum ſacroſanctam ditavit Eccleſiam, oblitus, ſtatim poſt aſſumptam (11) ſuam fidem cum tempore varians, & mores cum dignitate commutans, ac habens, quodammodo de publica perturbatione pruritum, in nos ſummum, & unicum Eccleſiæ filium, ſuæ malignitatis aculeos acuiſſet, dum occaſione ſumpta, quod Papa (12) imminens ſcandalum evitandum ſacramento præſtito, & illata (13) contra nos excommunicationis ſententia, nos ad certi temporis ſpatium

(4) *vos cum apud* l. cum apud nos. (5) *veſtram in judicii* l. noſtram ex judicii. (6) *factionum* l. fictionum. (7) *reſidentis* l. reſcindentis. (8) *virginibus* l. virginum. (9) *eduxerat* l. obduxerat. (10) *noſtræ* l. de noſtræ. (11) *aſſumptam* l. aſſumtionem. (12) *Papa* l. propter. (13) *illata* l. lata.

ſpatium obligaverimus tranſituros (14), adverſa valetudine corporis præpeditos, adjectis capitulis aliis, de quibus antea nunquam fueramus admoniti, excuſationibus noſtris, contra Deum & juſtitiam omnino rejectis (15), excommunicationis ſententia nos denunciavit adſtrictos: cui velut in nos primitus cum noſtra voluntate prolatæ, cum (16) humilitate paruimus, abſolutionis beneficium priſtina (17) nobis incolumitate corporis reddita, poſtulantes, dum nos ad tranſitum pararemus inſtanter, quo petito (18) & injurioſè negato, in Terræ ſanctæ ſubſidium ſub pia voti proſecutione tranſivimus, æſtimantes vicarium Jeſu Chriſti ad ejus negotium potius, quàm ad conceptæ malevolentiæ, contra nos odium adſpirare. Sed is, quem ſperavimus, ea ſolummodò quæ ſurſum ſunt ſapere, & viſu cœleſtia contemplantem, mente credidimus in cœleſtibus habitare, ſubitò inventus eſt homo: quinimmo per inhumanitatis opera, non ſolum à veritate ſepoſitus, ſed à qualibet humanitate deſertus: dum præter impedimenta quæ nobis in Syria præpararat per nuntios & legatos, qui Soldanum literis ſuis, quas nos captis eorum latoribus in publicum teſtimonium reſervamus, ne nobis terram divino cultui deditam redderet, cum regni Hieroſolymitani viribus munierunt (19). Regnum noſtrum Siciliæ violenter intravit ſumpta occaſione, quòd Raynerius (20) filius

(14) *tranſituros* l. tranſitum. (15) *rejectis* l. dejectis. (16) *prolatæ cum* l. &. (17) *priſtina* l. priſtinum. (18) *petito* l. petito ſuppliciter. (19) *deditam redderet, cum regni Hieroſolymitani viribus munierunt* l. & Hieroſolymitani regni juribus debitam redderet monuerunt. (20) *Raynerius* l. R.

filius olim ducis Spoleti, præter ſcientiam (21) & voluntatem noſtram, prout nos poſtmodum per ipſius pœnam expreſſimus (22), terram Eccleſiæ parabat intrare, & non prout ſancti regna per fidem vicerunt (23), ſed perfidiam (24) & perjuria prædicat univerſis. Et ſi qui in (25) perjurium prædicatione ſolummodò provocari non poterant, provocarentur exemplo, dum ipſi (26) præfecti papalis exercitus, quo terram facilius obtinerent, nos captos in Syria manifeſtè jurabant. Redeuntibus (27) tamen nobis de partibus transmarinis, & injuriam noſtram propulſantibus ſolum, nec (28) juxta magnificum morem Imperii procedentibus ad vindictam, per concordiæ modos (29) verbum pacis libenter admiſimus: Romanam matrem noſtram Eccleſiam ex agnitione catholicæ fidei reperiſſe (30) cognoſcimus: ſed patrem ſemper invenimus ſimulatum, dum & (31) reconciliationis die, viam noſtræ confuſionis (32) excogitans de nobis redeuntibus (33) in Italiam, ſub inermi & domeſtica comitiva, nobis (34) inſtantiſſimè perſuaſit: occaſionem fingens, ne velut ex priori & armato proceſſu timoris cauſam noſtris fidelibus præſtaremus: aſſerens, quòd nobis omnia planiſſima faciebat, cujus contrarium per nuncios (35)

(21) *ſcientiam* l. conſcientiam. (22) *expreſſimus* l. evidenter expreſſimus. (23) *vicerunt* l. vicerant. (24) *perfidiam* l. per imperfidiam. (25) *in* l. ad. (26) *ipſi* l. Chriſti. (27) *redeuntibus* l. & redeuntibus. (28) *nec* l. ne. (29) *modos* l. medios. (30) *reperiſſe* l. benignam reperiſſe. (31) *&* l. in. (32) *confuſionis* l. conſummationis. (33) *de nobis redeuntibus* l. nobis redeundi. (34) *nobis* abeſt.

(35) & literas ſuas, manifeſtiſſimè procurarat: prout conſtat teſtimonio plurium noſtrorum fidelium, qui tunc temporis erant omnium conſcii, velut ex eis quidam participes, & alii principes factionis: propter quod filio & principibus (36) noſtris de Germania, omnibus ad vos (37) venientibus, per rebelles noſtros itineribus publicis præpeditis, ac (38) eodem filio noſtro apud Aquileiam navali præſidio, cum ſumma difficultate recepto, & in Theutoniam abinde deſtinato, in regnum de neceſſitate redivimus, utpote quos ad conterendam rebellium noſtrorum nequitiam, patris conſilium vel aſtutia potius miſerat imparatos: ubi quodammodo reſpirantibus nobis, & capeſſentibus requiem poſt labores, tunc ſubitò (39) Sanctiſſimus pater noſter, noſtræ quietis invidus, conſultoris (40) ſibi perſonam adſumpſit, inſtantiſſimè perſuadens, ut contra Romanos excellentiæ noſtræ devotos, & alios rebelles noſtros de Thuſcia, qui jura Eccleſiæ & Imperii detinebant, procederemus audacter, de ſuo favore ſecuri, quia nobiscum noſtra (41) & Imperii pondera participare volebat. Et ſic ad multam ejus inſtantiam Romanos, qui tunc temporis Viterbium impugnabant, in favorem (42) Eccleſiæ nos oportuit diffidare, eodem (43) mittente literas latenter (44) ad urbem, quod hæc præter ſuam conſcientiam, & mandatum

(35) *nuncios* l. nuncium. (36) *principibus* l. principalibus. (37) *ad vos* l. ad nos. (38) *ac* l. ac exinde. (39) *tunc ſubitò* deſunt. (40) *conſultoris* l. conſiliatoris. (41) *noſtra* deeſt. (42) *favorem* l. favore. (43) *eodem* l. & eodem. (44) *latenter* deeſt.

tum faceremus in odium Romanorum. Et cum interim quadam ſeditione ſuborta, oportuiſſet nos neceſſariò conferre Meſſanam, ut factionis inchoatæ, principiis obſtaremus : iſta ſolummodò occaſione prætenta (45), quod tam nobilem noſtram Siciliæ inſulam noluimus amittere, nobis irrequiſitis, & omninò zelatis, contra communem opinionem hujusmodi gentium, quos (46) belli ſocios & participes ſtatuit non relinqui, fœdus iniit cum Romanis, per nos ad mandatum ejus, ut diximus, diffidatis, non attento, quod nos ſub dubia fide (47), & honoris noſtri fortuna, inter rebelles & ſeditioſos ipſos remanentes inermes, copioſam & ſtrenuam militiam armatorum, in ejus ſubſidium miſeramus, quanquam perſonaliter nequiverimus intereſſe. Adhuc tamen conſcientiæ noſtræ fidelis integritas, & pura devotio, quam ad matrem noſtram ſacroſanctam Romanam Eccleſiam habebamus, novercalia delinimenta (48) patris agnoſcere filium non ſinebant (49) : quin quod erat juſtitiæ, crimini imputantes (50), ſatisfactionis noſtræ cauſam, in novercantis (51) patris arbitrio poneremus, qui tanto nobis vice qualibet illudebat acerbius, quanto conſtantius uberioris ſpem arbitrii promittebat. Medio itaque tempore, dum in negotio Italiæ, pro populo (52) ad honorem Imperii componendo, ex præteritorum conjectura

(45) *prætenta* l. præterita. (46) *quos* l. quod. (47) *fide* l. vitæ. (48) *delinimenta* l. deliramenta. (49) *ſinebant* l. ſinebat. (50) *juſtitiæ, crimini imputantes* l. aſtutiæ cauſam reputantes. (51) *novercantis* l. certantis. (52) *pro populo* l. per Papam.

jectura diſcriminum, nulla ſpes remanſiſſet nobis in poſterum, vel exilis, ac proſecutionem eandem opportuno tempori ſervaremus, expectationibus noſtris repente credidimus adluxiſſe fortunam. Reiterata diſcordia inter Eccleſiam & Romanum imperium (53), in qua ſic (54) magnificè theſauros noſtros effudimus, & perſonam, quod omnem omnino conſcientiæ pravæ rubiginem, de malivolentium (55) cordibus credidimus eruiſſe. His (56) omnibus non contenti, ut de nobis (57) prorſus indubitata ſecuritas Eccleſiæ præberetur, circa ipſam zelo ſummæ devotionis accenſi, & incentivo perfectæ charitatis inducti, ad iſtius Papæ præſentiam, perſonaliter ivimus, etiam non vocati, ducentes nobiſcum C. (58) filium noſtrum, nunc in Romanorum regem electum, regni Hieroſolymitani hæredem: quem nobis tunc temporis, fratris ſui (59) manifeſta transgreſſio, filium unicum, in paternæ dulcedinis affectione reliquerat, ac eundem poſt oblatam Eccleſiæ perſonam noſtram, in totum obſidem, Summo Pontifici nos offerre non puduit, unionem omnimodam inter nos & Eccleſiam, ſub atteſtatione divini judicii poſtulantes, quamdudum (60) nobis iſte prælatus Eccleſiæ generalis, dum eſſet Epiſcopus Hoſtienſis, ſuaſerat expetendam (61): propter quæ omnia dum

ſere-

(53) *Romanum Imperium* l. Romanos. (54) *ſic* l. ſibi. (55) *malivolentium* l. malignantium. (56) *bis* l. his etiam. (57) *de nobis* l. de his. (58) *C.* l. Conradum. (59) *ſui* l. ſui Henrici. (60) *quamdudum* l. quamdiu. (61) *ſuaſerat expetendam* l. nobis ſuaſerat expectandam.

ſerenam (62) nobis totius Curiæ faciem affectio demonſtrata prætenderet, & verba gratiſſima tam ſummi pontificis, quam curialium omnium ſinceram oſtenderet etiam voluntatem (63): cum eis omnia perfeciſſe credentes, ſub intentionis noſtræ facto propoſito, nec minus ſub obſequiorum noſtrorum fiducia diſſenſionis cauſam (64), inter nos & Lombardos, in ſinu corrupti (65) judicis totaliter (66) ſuffocatam, & ſeditionem diſcordiæ inter nos & cives Aconenſes ac nobiles (67.), devotione promptiſſima duximus exponendam (68). Sicque de negotiorum noſtrorum omnium proſpera conſumptione (69) ſecuri, in obſequium Eccleſiæ perſonaliter alacri voluntate proceſſimus, cum exercitu copioſo, quem ſub magnis ærarii noſtri ſtipendiis congregari, tam de Germaniæ quàm de Italiæ partibus feceramus: nec prius à concepti propoſiti proſecutione deſtitimus, quàm libertatem Eccleſiæ conculcatam in orbe, & terram exterius occupatam, in ſtatum priſtinum & debitum, noſtra potentia reformavit: indubitabiliter æſtimantes, ut quod obtinere prius favor juſtitiæ noſtræ non poterat, devotionis obſequia mererentur. Sed audite retributionem mirabilem, quam pro tanta devotione, pro tot beneficiis, pro tam indubitatæ fiduciæ (70) firma-

(62) *ſerenam* l. ſerena. (63) *ſinceram oſtenderet etiam voluntatem* l. oſtenderant voluntates. (64) *cauſſam* l. cauſſa. (65) *corrupti* l. corrupta. (66) *totaliter* l. totiens. (67) *Aconenſes ac nobiles* l. ac nobiles Anconenſes. (68) *exponendam* l. exponenda. (69) *conſumptione* l. conſummatione. (70) *fiduciæ* l. fidei.

firmamento, Chriſti vicarius, Paſtor Eccleſiæ, noſtræ Catholicæ fidei prædicator (71), nobis in ſingulis reddere procuravit. Inprimis, ſuper ultramarino negotio, quicquid per Archiepiſcopum Ravennatem, tunc Apoſtolicæ ſedis legatum, ſecundum formam expreſſam, ab Eccleſia ſibi datam: videlicet de reducendis nobis & C. (72) filio noſtro in poſſeſſionem plenam & priſtinam, omnium nobis jurium ſubtractorum, in regno fuerat rationabiliter ordinatum, ſtatim adveniente Cæſarienſi Epiſcopo, nec legato prædicto, nec nunciis noſtris ad Curiam venientibus expectatis, nec ulla majori mora protracta, niſi quatenus delatos Biſantinos juvare inordinatè (73) ex toto (74) deſtructum negotium Italiæ fuit (75), & nedum quod ad honorem noſtrum, ſicut promiſerat, ordinaret (76). Imò petentibus & inſtantibus nobis ad revocationem hoſtium noſtrorum, qui in Lombardia & Thuſcia fideles noſtros tunc temporis diviſis ſuis exercituum (77) copiis, devaſtabant: nec nos (78) cum militibus noſtris, quos tunc in partibus illis, ut diximus, pro Eccleſiæ ſerviciis habebamus, ire permiſit: nec (79) alios nuncios ſeu literas voluit deſtinare. Ex quibus bella campeſtria ſunt, & quàm plurium ſtrages hominum, ac incendia ſubſecuta. Adhuc etiam tanta ſuperiori nequitia non contentus, civitatem Caſtellæ, per

K 2 ipſum

(71) *prædicator* l. procurator. (72) *& C.* l. Conrado. (73) *Byſantinos juvare inordinatè* l. Byſantios potuit juvare & inordinatè. (74) *toto* l. tota. (75) *fuit* abeſt. (76) *ordinaret* l. ordinare. (77) *exercituum* l. exercitibus. (78) *nec nos* l. nec non. (79) *nec* l. nec non.

ipſum retroactis temporibus, turbationibus (80) occupatam, quam reddi nobis fratrum (81) omnium conſilia ſuadebant, receptis trecentis libris illius monetæ, quæ ad quingentarum marcarum numerum non aſcendunt, nobis cum eo permanentibus in Reate, & pro eo multa marcarum millia expendentibus, reddere recuſavit. Ecce, qualiter pater noſter Sanctiſſimus nos amabat, demum ſuper profectibus noſtris omnibus, & ſuper pacificanda nobis Italia, de qualibet patris vel vitrici noſtri potius benevolentia deſperare coacti adprehendimus arma & ſcutum, viros (82) de Theutoniæ partibus, ad quos (83) congregandos diebus illis prævaricatio filii noſtri nos de neceſſitate vocaverat, propter ingreſſum Italiæ, congregatis militibus, ſtrenuè juſtitiam (84) noſtram armavimus, quam adſequi precibus (85) minimè poteramus. Quod cùm ad notitiam ſummi pontificis perveniſſet, ſub prætextu treugarum, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, fidelibus populis, & terræ principibus indictorum armatum (86) nobis ingreſſum Italiæ, per Apoſtolicas literas interdixit [oblitus, quod ab ipſo eodem die, quo prædictas treugas indixerat 87,] nos tanquam advocatum & defenſorem Eccleſiæ requiſivit, quod contra Romanos, quos ſibi jura Eccleſiæ ſubtraxiſſe dicebat, potenter procedere deberemus. Iniquum in nobis reputans, quod domum noſtram,

(80) *turbationibus* deeſt. (81) *fratrum* l. patris & fratrum. (82) *viros* l. vires. (83) *quos* l. quas. (84) *ſtrenuè juſtitiam* l. ſtrenuis militiam. (85) *precibus* abeſt. (86) *armatum* l. armorum. (87) [ ] deſunt.

ſtram, poſſeſſionem & pactionem (88) habitam, quam nobis rebellium noſtrorum, rebellio furioſa præcluſerat, viriliter ingredi nitebamur: quod juſtum crediderat in Romanis, qui patri ſuo (89) vel avo, vel parentibus ſuis in nullo prorſus extiterant obligati. Adiecit præterea in literis antedictis, quod de negotiis (90) Lombardiæ in ipſum præcisè, & ſine adjectione temporis, & conditione aliqua, nullo jure & honore Imperii reſervatis compromittere deberemus, vel quod nos in (91) perpetuum à juris noſtri cujuslibet proſecutione ſuſpenderet, vel jus & honorem Imperii liberè ſuffocaret: quod cum nobis, nec noſtrorum conſilia principum, nec præteritorum ſtipendiorum memoria ſuaderet, ad alias artes (92) poſtmodum ſe convertit, mittens (93) obviam in veſtimentis albis lupum rapacem, Epiſcopum Peneſtrinum per quem apud nos literis Apoſtolicis, de vita ſanctiſſima commendatum, Placentiam nobis ſubditam, & noſtris amicam, ad Mediolanenſis factionis perjuria revocavit, per ipſum firmiter æſtimans, ſic univerſaliter & in totum, fideles noſtros evertere, ut proceſſus noſtros in Italiæ partibus enervaret. Qua ſpe (94) divina clementia, quæ ſuum tuetur Imperium, omnino fruſtratus, clamantibus apud eum rebellium noſtrorum incendiis, depopulationibus rerum, & ſtragibus occiſorum, qui ipſum de data eis rebellionis ſecura

(88) *poſſeſſionem & pactionem* l. & poſſeſſionem. (89) *ſuo* abeſt. (90) *negotiis* l. negotio. (91) *vel quod nos in* l. per quod vel in nos. (92) *artes* l. partes. (93) *mittens* l. mittens nobis. (94) *ſpe* l. ſpe favente.

cura fiducia, nec non de fide mentita, eo quod contra nos & Imperium ipſis aſſiſtere promiſiſſet, publicis vocibus arguebant. Et (95) quia juxta petitiones eorum occaſione prædicta, juſtè nos excommunicare non poterat, impedimenta clandeſtina noſtris proceſſibus (96) undique præparavit, literas & legatos per Imperium, & ubique per orbem, ut quoscunque à fide & devotione noſtra ſeduceret, deſtinando: non poterat tamen (97) noſtrorum fidelium fides, & amicorum adfectio (98), conſcientiam noſtram latere nolentes (99), adhuc vinci à (100) malo, ſed in bono malum vincere cupientes, ſolennes nuncios noſtros B. venerabilem Panormitanenſem Epiſcopum (101), Florentinum & Reginum Epiſcopos, Magiſtrum Thadæum (102) de Sueſſa, magnæ Curiæ noſtræ Judicem, & R. Porcaſtrellum (103), capellanos (104) dilectos, noſtros fideles, ad ſedem Apoſtolicam duximus deſtinandos. Quibus oblata ſibi per nos (105) ex parte noſtra devotione omnimoda, & unione tractata contra hæreticam pravitatem, & pro Eccleſiaſtica libertate, de (106) reformandis Eccleſiæ, & Imperii juribus, diutius inter nos & Eccleſiam expetita (107), ſummus pontifex, de præſentium fratrum ſuorum conſilio, legatione noſtra

(95) & abeſt. (96) *noſtris proceſſibus* deſunt. (97) *tamen* l. tunc. (98) *amicorum adfectio* l. amicorum noſtrorum affectione. (99) *nolentes* l. non vellent. Volentes. (100) *à* l. in. (101) *Epiſcopum* l. Archiepiſcopum. (102) *Thadæum* l. G. (103) *Porcaſtrellum* l. Porcaſtellum. (104) *Capellanos* deeſt. (105) *per nos* l. per eos. (106) *de* l. ac pro. (107) *expetita* l. expectatis.

ſtra in omnibus ſuis capitulis acceptata, per eosdem & Archiepiſcopum Meſſanenſem, quem ad nos pro parte ſua nuncium deſtinavit, excellentiæ noſtræ promiſit, quod ceſſari Cæſari (108) mandaret ubique locorum ab impedimentis omnibus, quæ ſe noſtris proceſſibus objeciſſe coram fratribus ſuis, & nunciis noſtris manifeſtiſſimè fatebatur, prout hæc omnia per teſtimoniales antiſtitum præfatorum omnium literas manifeſtiſſimè comprobantur. Cum qua reſponſione nunciis noſtris & ſuo, ad noſtram præſentiam redeuntibus, priusquam per tres dietas à Curia receſſiſſent, eis omnino celatis, in confuſionem (109) ipſorum, G. De monte Longo, quem prius ad nos nuncium miſerat, & contra nos poſtmodum ad everſionem Mantuanorum, & aliorum noſtrorum fidelium ſtatuerat, in Lombardiam cum legationis officio plenè miſit: arbitrans, quod quanto major ſibi daretur authoritas, tanto majora nobis & noſtris impedimenta pararet. Præterea principibus noſtris Prælatis Italicis, & Germanis nobis (110) in Curia noſtra manentibus, literas deſtinavit, ſuggillationem famæ noſtræ non modicam continentes, certis articulis intercluſis, & ſpecialiter gravaminibus (111) quibusdam Eccleſiis regni noſtri (112), ut dicebatur illatis, ſuper quibus mandavit nos per eosdem Principes admoneri. Quorum articulorum omnium, & reſponſionum noſtrarum ad ſingula ſeriem vobis

K 4

(108) *Cæſari* abeſt. (109) *in confuſionem* l. & in confuſione. (110) *nobis* l. nobiſcum. (111) *gravaminibus* l. de gravaminibus quæ. (112) *noſtri* deeſt.

bis (113) ſub teſtimonio publico mittimus intuendam (114), quibus omnibus coram principibus & prælatis, ac religioſis quampluribus quibuslibet aliis (115) ordinatè, & ſigillatim oſtenſis, quanquam de patris inſtabilitate confuſos ſe filii reputarent ac (116) verecundia capitis præſentium rubor ora perfunderet, nihilominus tamen de eorum conſilio prædictos Panormitan. Epiſcopos, & magiſtrum Thadæum (117), & alios excellentiæ noſtræ legatos, cum nunciis civitatum noſtrorum fidelium, ad ſedem Apoſtolicam duximus emittendos (118), per quos ad ſatisfactionem omnem (119) mora qualibet, & difficultate poſtpoſitis (120), obtulimus nos paratos. Sed nec in iis omnibus averſus eſt furor ejus, quin (121) dictus evangelizans pacem Chriſti vicarius, ſed author ſchiſmatis, & amicus erroris, contra traditionem ſanctorum Patrum, audiens nuncios noſtros portantes omnimodas (122) noſtræ devotionis literas (123) per dietam urbi vicinos, & metuens, ne ſupervenientibus ipſis obice vallo juſtitiæ, ſine publico ſcandalo fortè procedere non valeret, ex præfeſtinantia nimia conceptum edidit abortivum, in nos ſupremum Chriſtianorum Principem, die Dominica Palmarum, contra ſolennem morem ſacroſanctæ matris Eccleſiæ; & in cœna Domini poſtmodum ſententiam præcipitando, per

(113) *vobis* l. nobis. (114) *mittimus intuendam* l. duximus conſervandam. (115) *aliis* deeſt. (116) *ac* l. ac de. (117) *Thadæum* l. G. de Sueſſa. (118) *emittendos* l. remittendos. (119 *omnem* l. omnimodam. (120) *difficultate poſtpoſitis* l. occaſione ſepoſitis. (121), *quin* abeſt. (122) *omnimodas* l. omnimoda. (123) *literas* l. exenia.

per quam, ſicut per famam audivimus, licet hæc (124) credere minimè debeamus, contradicente ſaniori parte fratrum ſuorum Cardinalium, de quorundam Cardinalium (125) Lombardorum conſilio, excommunicationis vinculo nos (126) dicitur adſtrinxiſſe, præpeditis nunciis noſtris, per fautores & ſatellites ſuos, de patrimonio pauperum ſolidatos, qui jam applicuerant, ne ad allegandam noſtram innocentiam & juſtitiam (127), ac demum ſatisfactionem (128) offerendam, etiam (129) ad præſentiam ſuam & aſpectus publicos pervenirent. Sed eſto (130), licet nos ſingulari quadam & publica infamia Papam offendiſſemus (131), ô quam perperam & inordinatè contra nos proceſſit, & (132) bullientem intrinſecus ſpiritum niſi evomuiſſet (133), ſuam nequitiam editurum, interius (134) crepuiſſet. Dolemus tamen, & ex corde turbamur (135) propter verecundiam univerſalis Eccleſiæ matris noſtræ, quam Dominus Jeſus Chriſtus ſub ſpecie virginis glorioſæ, in paſſionis teſtimonio diſcipulis commendavit nobis per talem, quem meritò (136) judicem non habemus, nullam (137) nobis poſſe fieri juſtitiam [licet

(124) *hæc* l. hoc. (125) *Cardinalium* deeſt. (126) *nos* deeſt. (127) *juſtitiam* l. juſtitiam noſtram. (128) *ſatisfactionem* l. ſatisfactionem omnimodam. (129) *etiam* l. etiam ad cautelam. (130) *eſto* abeſt. (131) *infamia Papam offendiſſemus* l. notione propter juſtitiam & infamiam procedentes malè meritò debeamus. (132) *contra nos proceſſit &* l. proceſſerit quam. (133) *evomuiſſet* l. forſan exterius monuiſſet. (134) *interius* l. forſan interius. (135) *turbamur* l. triſtamur. (136) *meritò* l. omninò naturalem. (137) *nullam* l. & ideo nullam.

injuriam fieri 138] reputemus : utpote cum Papa (139) ſe prius inimicum capitalem, non judicem noſtrum, & opere fuerit profeſſus & verbo, rebelles & hoſtes Imperii publicè confovendo : indignum præterea tanti cohertione principis, & qualibet pontificalis officii dignitate ſeu authoritate ſe reddit, dum Mediolanenſium civitatem, quæ pro maxima parte (140) teſtimonio religioſorum, & quamplurimum fide dignorum inhabitatur (141) hæreticis, contra nos & Imperium manifeſto favore tuetur : & R. (142) de civitate (143) Mediolanenſium poteſtatem delatione Epiſcopi Florentini, viri vitæ probabilis, & famæ probatæ, in plerisque Capitulis ſuper hæretica pravitate convictum, ob odium (144) noſtrum, & Mediolanenſium gratiam non admiſit. Illum præterea Chriſti vicarium habere, & Petri ſucceſſorem ac diſpenſatorem animarum fidelium, indignum fatemur, non ob dignitatis injuriam, ſed ob perſonæ defectum, qui diſpenſationes cum fratrum deliberatione magna (145) faciendas, in camera ſua, more mercatoris cujuslibet, in libra mercationis appendit (146), celatis fratrum conſiliis, cum quibus ſecundum Eccleſiaſticam diſciplinam deliberare tenetur, exiſtens ipſe bullator & ſcriptor, & forſitan (147) numerator. De quibus

(138) [ ] deſunt. (139) *Papa* abeſt. (140) *parte* l. parte proùt. (141) *inhabitatur* l. aſſeritur inhabitatorum. (142) *& R.* l. & contra R. (143) *de civitate* l. civitatis. (144) *ob odium* l. ad odium. (145) *magna* l. maxima. (146) *mercationis appendit* l. mercatur. (147) *forſitan* l. forſan etiam.

bus quaſdam diſpenſationes (148) inſignes, præterire (149) ſilentio non valemus, per quas (150) Sybillam natam Comeſtabulis (151) regni Cypri, contra ſeparationis ſententiam ſuper hæc (152) per Epiſcopum (153) latam, de (154) non habitando ſimul præſtito ſacramento, Galliono (155) de N. & N. ſororem Joannis de Cæſarea, Jacobo de N. qui prius ſororem ſuam deſponſaverat proditoribus noſtris, ſibi gradu tertio contingentibus, invicem conceſſit uxores, percepta non multa pecuniæ quantitate: veruntamen quod quantitati vel numero defuit, odii noſtri qualitas excompenſavit (156). Defectum itaque & prævaricationem ipſius in illo dolemus, quod contra nos nobiles & potentes Romanos, ſibi ſatellites & fautores acquirat, effuſione pecuniæ non contentus, ipſius (157) caſtra & poſſeſſiones ſanctis patribus, devotione pia (158) fidelium donata, Romanam Eccleſiam noſtro patrocinio (159) commendatam, dilapidando largitur. Itaque non miretur univerſalis Eccleſia, nec reges aut principes, & populi Chriſtiani, ſi nos talem ſententiam judicis non veremur, non in contemptum papalis officii, vel Apoſtolicæ dignitatis, cui omnes orthodoxæ fidei Profeſſores, & nos ſpecialiter præ cæteris fatemur

temur

(148) *diſpenſationes* l. diſpenſatores. (149) *præterire* l. quas præterire. (150) *per quas* l. per quos. (151) *natam Comeſtabulis* l. mulierem naturalem quandam comeſtabilis. (152) *hæc* l. hoc. (153) *Epiſcopum* l. Epiſcopum Nichoſienſem. (154) *de* l. & de. (155) *Galliono* l. Balli anno. (156) *excompenſavit* l. compenſavit. (157) *ipſius* l. ipſis. (158) *pia* abeſt. (159) *patrocinio* l. patrimonio.

temur ſubeſſe (160), ſi perſonæ prævaricationem arguimus, quæ ſe ſolio tanti regiminis monſtravit indignam. Et ut omnes Primates nominis Chriſtiani ſanctum intentionis noſtræ propoſitum, & internæ devotionis zelum in nobis agnoſcant: & quod non ex odii fomite, ſed ex cauſa juſtiſſima Romanus princeps, contra Romanum Antiſtitem commovetur, dum metuit, ne (161) grex Dominicus ſub tali paſtore per devia deducatur. Ecce quod ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, per ſanguinem Jeſu Chriſti, ſub (162) atteſtatione divini judicii (163) per literas noſtras & nuncios obſecramus, ut generale Concilium Prælatorum, & aliorum Chriſti fidelium debeant evocare, nunciis & noſtris (164) & reliquorum principum accerſitis, in quorum præſentia nos ipſi præſentes, cuncta quæ diximus ſumus oſtendere & probare parati & his etiam duriora. Nec minus illa probabili ratione turbamur, quod iſte Rector Eccleſiæ, qui debet eſſe virtutum quarumlibet, & conſtantiæ maximæ vas electum, contra promiſſionem ſuam literis ſuis de fratrum conſcientia nobis facta (165): per quas in reſtaurandis Imperii juribus non deeſſe nobis, ſed adeſſe promiſit conſilio, auxilio & favore præter perſonæ noſtræ blaſphemiam, ſic manifeſtè, ſic nos apertè proſequitur, cum licet (166) conſcientiæ noſtræ librum

(160) *ſpecialiter præ cæteris fatemur ſubeſſe* l. ſpecialius eſſe fatemur. (161) *ne* l. ut. (162) *ſub* l. & ſub. (163) *judicii* l. judicis. (164) *& noſtris* l. etiam noſtris. (165) *facta* l. factum. (166) *ſic manifeſtè ſic nos apertè proſequitur, cum licet* l. jus Imperii nititur conculcare præſertim quantumcunq;.

librum ſolicitè (167) revolvamus, nullam in nobis occaſionem invenimus aut cauſam, per (168) quam iſte inimicus homo debuiſſet contra nos tam acriter commoveri, niſi quod cum ipſo contrahere de nepte ſua deſponſanda Henrico naturali filio noſtro, nunc regi Turrium & Galluri (169), magnificentia noſtra incongruum credidit, & reputavit indignum. Vos ergo reges & principes orbis terræ, nec ſolum nobis, ſed Eccleſiæ, quæ congregatio eſt fidelium omnium, condolete: cujus caput languidum, princeps ejus quaſi leo rugiens, in medio Propheta ejus (170) væſanus, vir infidelis, ſacerdos ejus (171) pollutus, ſine juſtitia faciens contra legem: nobis tamen præ cæteris mundi principibus, defectus talis ſummi pontificis, eſt meritò deplorandus, qui veluti viciniores & propinquiores (172) adfectione præcipua honores gerimus, & ipſius onera præſentimus. Sed nec illud obmittimus, quin Serenitatem veſtram rogemus (173), ut contumeliam noſtram, ad veſtram injuriam revocetis, ad domum veſtram cum aqua currite, cum ignis accenditur in vicinis. Cauſam motus pontificalis attendite, & cur hæc in favorem noſtrorum rebellium procuratur (174): quæ cauſa licet ad præſens expreſſa non fuerit, procul dubio tamen ſimilia (175) vobis & veſtris (176)

(167) *ſolicitè* deeſt. (168) *per* l. propter. (169) *Galluri* l. Gallium. (170) *ejus* l. cujus. (171) *ejus* deeſt. (172) *veluti viciniores & propinquiores* l. velut ſibi viciniores loco & propinquiores officio. (173) *rogemus* l. affectuoſè rogamus. (174) *procuratur* l. procurantur. (175) *tamen ſimilia* l. tamen ſubeſt ſimilia.

(176) imminere pericula timeatis, facilis enim aliorum regum & principum humiliatio creditur, ſi Cæſaris Romani potentia, quæ prima (177) jacula ſuſtinet, conteratur. Hæc eſt cauſa namque pro vero, videlicet de Lombardis, quæ cor Papæ pungebat (178) intrinſecus, licet ipſam foras educere propter veſtrum & audientium ſcandalum, non auderet, pro qua vobis per ſpecialem nuncium ſuum fide dignum, cujus ad hoc teſtimonium invocamus, oretenus expreſsè (179) promiſit, quod ſi negotium Lombardorum in ejus manibus poneremus, nedum quod in aliquo magnificentiam noſtram offenderet, verumetiam totius orbis decimas, Terræ ſanctæ neceſſitatibus deputatas (180), noſtris uſibus applicaret. Nec eſt mirum, inſtantibus enim & acutis Lombardorum aculeis pungebatur, quibus prout aliquorum Prælatorum confeſſione recepimus, de aſſiſtendo eis contra nos & Imperium, corporale præſtitit juramentum, qui eos peregrinantibus nobis in partibus Syriæ, pro ſervitio Jeſu Chriſti transmiſit in regnum; ſed cum turpis fuerit iſta promiſſio, fidem frangere licitè poterat, & edictum (181) variare decretum. In quorum favore rem (182) auditu horribilem, & diſcretione qualibet ac ratione carentem, facere minimè formidavit, cum enim per Pergamenſium, Briſcienſium & Cumanenſium Epiſcopos, & alios prælatos, nos faceret admo-

(176) *veſtris* l. noſtris. (177) *quæ prima* l. cujus clypeus prima. (178) *pungebat* l. pungebat & urgebat. (179) *expreſsè* l. & expreſsè. (180) *deputatas* l. deputatis. (181) *edictum* l. editum. (182) *favore rem* l. favorem.

admoneri, quod vel ſatisfactionem Lombardorum, per ipſum deberemus accipere, vel treugas pro Terræ ſanctæ ſubſidio per quadriennium, ut ſuprà diximus, indictas obſervare Lombardis, cum ab indictarum treugarum tempore jam quadriennium exceſſiſſet, nos rem (183) tanti conſilii, ad deliberationem noſtrorum fidelium, modico temporis ſpatio ſervaſſemus, monitoribus ipſis, de approbatione (184) legati prædicti G. de monte Longo, fidelis noſtri (185), qui apud Mediolanenſes interim (186) morabatur, inducias approbantibus ſupradictas, prout hæc omnia liquidò Prælatorum præfatorum teſtimonio approbantur, medio tempore, nec voluntatis noſtræ judicio, nec fidelium noſtrorum conſiliis expectatis, conceptum virus evomuit contra nos, prout aliquorum relatio retulit ad depoſitionis ſententiam procedendo. Ha Deus! Ha crudeliſſimè pater & pontifex! qui ut ſervum redimeres, filium perdidiſti, propter quod veſtram & omnium potentiam manuum (187) exigimus adjutricem, non quod ad propulſationem talis injuriæ nobis noſtra non ſufficiant munimenta, ſed ut totus mundus agnoſcat, quod honor omnium tangitur, quicunque de corpore ſecularium principum offendatur.

Cap.

(183) *quadriennium exceſſiſſet, nos rem* l. quinquennium exceſſibus nobis quod rem. (184) *de approbatione* l. approbationes. (185) *fidelis noſtri* l. videlicet. (186) *interim* l. interius. (187) *potentiam manuum* l. potentum manum.

Cap. XXII.

Fridericus Viterbienſibus, inducens eos ad fidem ſuam, commemorans, quod Papa eis in neceſſitate noluit ſubvenire.

FRidericus &c. (1) Viterbienſibus fidelibus ſuis &c. (2) Dum conſcientiæ (3) voluminia voluimus, dum civitates noſtræ ſubjectas Imperio, in noſtræ conſiderationis ſpeculo ſpeculamur, in quibus credit noſtra Serenitas ſerenam fidem & devotionem debitam, congruis temporibus invenire, occurrit nobis ſpecialiter Viterbienſium civitas, conſuetæ conſtantiæ, repræſentans monilia, & indeficientis devotionis circumamicta faleris, ſemper gratis ſatis (4), Imperio fructuoſis & floridis obſequelis (5) obſequitur, & fidei ſuæ conſtantia ſicut (6) probabilibus argumentis, & evidentiſſimis indiciis demonſtratur. Metitur etiam acies (7) mentis noſtræ cauſas alias, per quas de vobis non indignè ſpecialem confidentiam reportamus. Nam cum dudum à vicinis veſtris graves reciperetis (8) injurias & preſſuras, contradicente tunc Papa, Serenitatis noſtræ propoſito, quod ad ſuccurſum veſtrum promptis deſideriis intendebat. Nos adjutorem veſtræ fidei, quam illibatam ſemper

(1) *Fridericus &c.* l. Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. (2) *ſuis &c.* l. ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. (3) *conſcientiæ* l. conſcientiæ veſtræ. (4) *ſemper gratis ſatis* l. ſupergratis ſcientiæ. (5) *obſequelis* l. obſequiis. (6) *ſicut* abeſt. (7) *etiam acies* l. etenim actus. (8) *reciperetis* l. receperitis.

ſemper ſervaſtis, Imperio dignum & debitum reſpectum habentes, in auxilium veſtrum Cæſareæ potentiæ vires armavimus, & nobilem militiam Germaniæ bellis expertam ad tuitionem veſtri duximus deſtinandam. Alia etiam vice, iſte qui dicitur Papa, defenſoris veſtri nomen (9) aſſumpſit: ſed nos, qui in veſtris læſionibus tangebamur, & angebamur intrinſecus, defenſionis (10) onus prompta ſatis voluntate ſuſcepimus, non ipſius verbis inducti, ſed potius conſideratione veſtræ fidei imperialiter excitati, ubi Papæ (11) perſonæ ſudoribus non pepercimus, ſed ſub æſtibus ſolis, ſub tædiis pulveris, ſub galea laboravimus, & lorica in anguſto: cum etiam privati ſuos labores anguſtant, pro vobis laborabat Auguſtus, nec laborantis votum aeris intemperies retardabat, ſed inducebat nobis labor ſolatium, per quem quies veſtra, & noſtrorum fidelium parabatur. Tunc æraria noſtra patefacta ſunt ſumptibus in veſtræ commodum defenſionis effuſis (12). Et quia in eis veſtra quærebatur utilitas, ſpem nobis adfectati commodi redolebant. Ille verò, qui inane nomen aſſumpſerat defenſionis ab hoſtilibus (13), paſcebat vos verbis, & paſcuorum commoda ſubtrahebat, nec voluit vobis in quantitatis modicæ pecuniæ (14) tantum mutuo ſubvenire, expectans, ut caſtrum (15) ſuo parandum edulio, de caverna (16) educeret

(9) *nomen* l. nomen tantum. (10) *defenſionis* l. defenſoris. (11) *Papa* l. propriæ. (12) *effuſis* l. effuſa. (13) *defenſionis ab hoſtilibus* l. defenſoris hoſtilibus. (14) *pecuniæ* abeſt. (15) *caſtrum* l. cancrum. (16) *de caverna* l. medicinam dextera de cavernis.

ret aliena. Igitur, dum hæc omnia in noſtra lance conſiderationis (17) appendimus, nihil de vobis conſcientiæ culminis noſtri contrarium ſuſpicio (18) ſuadet. Imò firma fiducia pollicetur, quod honorem noſtrum & Imperii (19), continuatis veſtris deſideriis adfectatum, bracchiis velitis patentibus amplexari, nullo contrario ſpiritu propoſiti veſtri conſtantiam immutante. Cum itaque tempus advenerit, quo nobis & Imperio ſemper grati, poteſtis fieri gratiores, vos oramus (20) exurgite, mentes veſtras ad contemplandam Imperii ſapientiam (21) & virtutem erigite, nosque principem veſtrum, ac gratioſum (22) agnoſcite poſſeſſorem, parate viam Domini (23), rectas facite ſemitas ejus, tollite feras portarum veſtrarum, ut Cæſar veſter rebellibus terribilis, & vobis veniat manſuetus, in cujus (24) adventu, quieſcant ſpiritus, qui vos hactenus fatigabant. Eccleſiæ (25) autem, ut ſuper iis & aliis vobis beneplacitum majeſtatis (26) referemus plenè, verbotenus mittimus (27) ad vos V. de Saxo forti fidelem noſtrum, cui ea, quæ vobis ex parte noſtri culminis dixerit, tanquam ab ore noſtro prolata, curetis indubitanter credere, & efficaciter adimplere.

Cap.

(17) *noſtra lance conſiderationis* l. noſtræ lance conſiderationibus. (18) *ſuſpicio* l. ſuſpicio qualibet. (19) *Imperii* l. Imperium. (20) *oramus* l. hortamur. (21) *contemplandam Imperii ſapientiam* l. contemplandum Imperii ſplendorem. (22) *erigite, nosque principem veſtrum ac gratioſum* l. corrigite vosque gratioſum veſtrum. (23) *Domini* l. Domino. (24) *cujus* l. ejus. (25) *Eccleſiæ* l. Ecce. (26) *majeſtatis* l. majeſtatis noſtræ. (27) *mittimus* l. noſtræ voluntatis inſtructu[m] mittimus.

Cap. XXIII.

Fridericus, quod moneantur clerici, ut divina celebrent tempore interdicti.

INter cætera, quæ ſollicitudinis noſtræ cura quotidiana, & diligenti meditatione revolvit, illud occurrit noſtræ conſiderationis præcipuum, qualiter venerandus Orthodoxæ fidei noſtræ (1) cultus, debito à vobis (2) & noſtris fidelibus affectu, & devota (3) veneratione colatur, ut quo præ cæteris mundi (4) principibus, divina dextra, noſtrum erigit altius ſolium, eo per officioſæ gratitudinis debitum, noſtra & noſtrorum ubique devotio ſibi ſolvat munera gratiarum. Ex eo quidem poteſt regnantium felicitas augeri potiſſimè, & ſubditorum ſtatus ſervari pacificus, ſi regi regum grato devotionis xenio (5) placeamus, nec ex ſcandali (6) alicujus ſubreptione damnabili cultus debet (7) poſtponi, vel intermitti dominicus, quia quo amplius humana ſcandala quandoque (8) laſciviunt, eo tempeſtatum (9) ſedator eſſet devotius exorandus. Quare fidelitati tuæ mandamus, quatenus omnibus prælatis & clericis, de jurisdictione tua, in aliquo loco idoneo convocatis, præſentibus fratribus Prædicatoribus & Minoribus (10) per aliquem virum ſapientem,

L 2 lite-

(1) *noſtra* abeſt. (2) *vobis* l. nobis. (3) *& devota* l. devoto. (4) *mundi* abeſt. (5) *xenio* l. exenio. (6) *nec ex ſcandali* l. nec ſcandalum. (7) *debet* l. deberet. (8) *quandoque* l. quandocunque. (9) *tempeſtatum* l. ſæpefactus. (10) *prædicatoribus & minoribus* l. minoribus & prædicatoribus.

literatum & facundum, facias eis diligenter exponi, quod nos tanquam princeps catholicus, & catholicæ fidei amplexator, ardenti deſiderio (11) adfectamus, quod prælati Eccleſiarum, clerici, religioſi, & ſeculares, divina officia publicè in Eccleſiis præſentibus (12) locorum indigenis, ad illius gloriam & laudem celebrent, qui ſacroſanctam Eccleſiam (13) fundavit incommutabiliter ſupra petram. Ex noſtræ autem præſentis exhortationis oraculo, aliquibus celebrandi neceſſitas non infertur (14). Sciant tamen celebrare nolentes, quod qui ſui officii debitum exequi negligunt, temporalia bona, per duos (15) Auguſtos progenitores noſtros, pia Eccleſiis largitate (16) donata, faciemus, quanquam inviti, ad noſtrum dominium revocari.

Cap. XXIV.

Reſcribit Papæ, quod non remittit captivum ſibi repetitum per ipſum; ſed ob ſui reverentiam, mitigat ſibi captivitatem.

SUb ſimplicis humilitatis officio, & integræ devotionis adfectu, tanquam novi muneris, grande myſterium, & utinam ſpei uberioris (1) promiſſivum, Sanctitatis veſtræ recepi literas, paternæ dulcedinis increpationes audivi, & juſſionis dominicæ monita, reve-

(11) *amplexator ardenti deſiderio* l. ampliator ardentius. (12) *præſentibus* abeſt. (13) *Eccleſiam* l. Romanam Eccleſiam. (14) *infertur* l. inſervit. (15) *duos* l. divos. (16) *largitate* l. largitione. (1) *uberioris* l. uberis.

reverentius intellexi, factus repentè ſtupidus, & referendo quodammodo verecundus, quod adverſus Deum, & ſanctam Romanam Eccleſiam, quam Chriſtianæ fidei matrem & dominam recognoſco, injuriarum atrocium lator intitulor, & offenſarum enormium irrogator appellor: de quibus, ſi (2) pectoris clauſtrum (3) diſcutio, conſcientiæ me nulla nota redarguit, nec probabilis ſtimulus veritatis impugnat. Nam licet bonarum ſit mentium, ibi culpas agnoſcere, ubi noxæ non premant: ſi de nullis offenſis pœnitentiæ dona non obtuli (4), ſi de nullis injuriis humiliati ſpiritus tributa non ſolvi, neſcio cur injuriator æſtimor, vel cur damnator exceſſuum immanitate compingor, niſi eo forſan, quod contra vos & prædeceſſores veſtros, offenſionis & culpæ pravitate reſpergor, quod voluntati veſtræ, de (5) hæreditatis privatione non parui, & reconciliationis optatæ gratiam, quam multivariè, multiſque modis expetii, hucuſque non potui promereri. Nunc verò præceptis ſalutaribus monitus, & objurgationibus veſtris, quæ circa duritiam filiorum clementiam patris inſinuant, perſuaſus, gaudeo ſatis, quod excitare me literis, quod (6) corripere monitis, paterna dignatur affectio, ex quibus ſpei fertilis indicia colligo, & fiduciæ facilis argumenta compono: ut cum non ſemper oſculandus à patre ſit filius, ſed dura interdum caſtigatione puniendus, jam me velut ingratum, de cujus ſe aſſerit ſalute ſolicitum, à gratiæ communione

 non

(2) *ſi* l. ſed. (3) *clauſtrum* l. mei clauſtra. (4) *non obtuli* l. obtuli. (5) *de* l. ſuper. (6) *quod* l. &.

non abdicat, & à ſuavitatis maternæ gremio non excludit. Sed datur exterius, pater piiſſime, ſiniſtræ ſuſpicionis occaſio, ut invitus & querulus, de ſincera quodammodo patris adfectione diffidam, & de matris tenera pietate deſperem, dum ſicut jam vulgaris notio prædicat, vel publicat (7), transfuſo verbotenus ordine ſucceſſionis in exterum (8), adverſus me panditis hoſtium, & illum in regno mihi ex concepto contra me fortè indignationis animo, adverſarium (9) erexiſtis. De quo, præter alia emolumenta quamplurima, quæ per me poterant Eccleſiæ provenire, de conditionibus omnibus minor, quàm de me protinus veritatem, ſi dicere liceat, utilitas expectatur. Sicque, dum verba patris, quem domeſtica quaſi cura, de (10) filii converſione titillat, accuratè conſidero, ſperare commoveor: dum extrinſeca (11) commemoro, deſperare compellor. In cujus deſperationis exceſſum, & vehementis doloris incendium, ea maximè ratione commoveor, quod venerabilis vir, dominus S. TT. (12) Sancti Martini presbyter & Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, in Marchia, per ſuas literas, temerarium prædonem me publicat, & perſecutorem Eccleſiæ (13), ac Sathanæ filium licentia labiis relaxata divulgat, qui per hæc, utinam mihi ſoli, ſi ſibi (14) aliqua ratione non placeo, læſionis offendicula tenderet, ſed ad univerſale gentis (15) diſpen-

(7) *vel publicat* deſunt. (8) *exterum* l. exterum hoſtis. (9) *adverſarium* abeſt. (10) *quaſi cura de* l. quaſi de cura. (11) *dum extrinſeca* l. & dum extrinſeca facta. (12) *S. TT.* l. S. tituli. (13) *Eccleſiæ* l. prodigum. (14) *ſibi* abeſt. (15) *gentis* l. quaſi gentis.

diſpendium non minus, proh dolor! occaſione (16) ſuſpirat, dum fideles Chriſticolas, quorum feſtina ſubſidia Terræ ſanctæ negotium, à vobis olim procurante nuncDomino(17)longis deſideriis expectabat, novo nuper (18) bellandi genere armat (19) in filios, & ad Chriſtiani regni ſpolia cruce ſignat. Conſideret ergo, ſi placet, veſtræ pietatis integritas, qualiter ſi ſecundum carnem vivitur, prædo de præda debeat intendere precibus, & (20) tot gravibus laceſſitus injuriis, ſuperioris obſecundare præceptis. Hac itaque varietate perplexus, eligo ſanius me totum beneplacitis veſtris exponere, ſi totus admittar, & veſtris reverenter obtemperare mandatis, ſi tamen innocentiæ meæ cauſam lenitas non exaſperet mandatoris. Non ſic enim propriæ voluntatis arbitrio ſublevor, nec ſenſualitatis incentivo diſſolvor, quin plenè (21) diſcernens inter dexteram & ſiniſtram, apertè videam, & evidenter agnoſcam, quid perſonarum velit acceptio, quid rationis judicio debeatur, propter quod univerſa, quæ ſcribitis, debita meditatione compenſans, mandatorum (22) veſtrorum precumque primitias (23), pro liberatione providi viri R. (24) Veronenſ. electi, ad cujus vitæ laudabilis, & famæ præconia, tam clara ſufficiunt teſtimonia laudatoris, reverenter accipio, & eo libentius ad effectum debitæ proſecutionis adducam, quo de majoris adfectionis ubertate proveniunt, & fructus

(16) *occaſione* l. hac occaſione. (17) *domino* l. dominus. (18) *nuper* abeſt. (19) *armat* l. nunc perarmat. (20) *&* l. ut. (21) *plenè* l. planè. (22) *mandatorum* l. mandator. (23) *primitias* l. primitus. (24) *R.* l. W.

fructus majoris gratiæ, ac evidentioris emolumenta compendii ſcribendi, tam ſanctis initiis deberentur (25). De cujus captionis eventu, dum Deum & Eccleſiam exinde graviter offendiſſe me dicitis, minus dignè, ſi dici liceat, ſævitiæ mihi fucus adſcribitur, & prohibitionis ſupernæ pertinax refragator, accuſor. Quanquam enim rex ille pacificus, qui miniſtris Eccleſiæ legata pacis hominibus eroganda commiſit, Chriſtos,* ore ſuo (26) prophetico tangi prohibeat, & in eis malignitatis moleſtiam exerceri, ſi tamen ipſis interdum non evangelizantibus verba pacis, ſed procurantibus machinamenta diſſidii, quicquid inferri contingat injuriæ, non minus id paſſis imputari deberet (27) ad vitium, quam facientibus ad delictum. Cum igitur ad partes Marchiæ, dudum (28) in amicorum ſubſidium, qui ob zelum devotionis & fidei, quam erga divum (29) Auguſtum felicis memoriæ, Dominum patrem noſtrum tenaciter habitæ, in me quaſi novæ dilectionis fragrantia redolebant, quandam quantitatem militum, in favoris ſuffragium deſtinaſſem (30), diſſidentibus inter ſe partibus, prout moris eſt, potius vel erroris, prout inter eos malitiæ radicavit antiquitas, idem electus, non pacificus (31) inventus, ſed belliger: non altaris Levita, ſed equo leviter elevatus: non Dei miniſter, ſed excidii miniſtrator, inter agmina militum caſualiter incidit & ad privatam tam

(25) *initiis deberentur* l. indiciis vel initiis debetur. (26) *ore ſuo* l. ſuos ore. (27) *deberet* l. debet. (28) *dudum* l. dum. (29) *divum* l. dominum. (30) *deſtinaſſem* l. deſtinaſſe. (31) *pacificus* l. pacifer.

tam honeſtamque cuſtodiam, ipſum bellicus eventus adduxit. De cujus liberatione feſtina, ſi ad præſens dominationis veſtræ voto non pareo, moleſtè (32) quæſo pater piiſſime, non geratis, cum abſque amicorum meorum quorundam Marchionum, Comitum, & aliorum magnatum Italiæ conſilio, quorum in hoc præcipuè intereſſe verſatur, id nunc fieri honeſtè poſſe non videam: ſed quàm citò ad inſtantiam nunciorum meorum ſuper hoc, eorundem nobilium mihi conſcientiæ (33) patefieret, tam in iis quam in aliis, quæ Sanctitati veſtræ grata ſint animo & affectui blandiantur, per evidentiam operum, quæ utinam paternæ charitatis affectio placida relatione cognoſcat, ſigna promptiſſimæ devotionis, oſtendam. Interim (34) [captivitatem ipſius, ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ & noſtram, non ea quæ captivis ex hoſtium 35] conculcatione debetur (36), ſed quæ humiliationi conveniat, & æquipolleat (37) libertati, honeſtæ cuſtodiæ (38) faciam ſociari: ut quæ ad præſens in totum oſtendi non potuit, mea ſaltem in parte devotio cognoſcatur.

(32) *moleſtè* l. moleſtum. (33) *conſcientiæ* l. conſcientiam. (34) *interim* l. interim tamen. (35) [ ] deſunt. (36) *debetur* l. debentur. (37) *quæ humiliationi conveniat & æquipolleat* l. quæ humilitati convenient & æquipolleant. (38) *honeſtæ cuſtodiæ* l. honeſta cuſtodia.

Cap. XXV.

Conſtitutiones editæ per Imperatorem, contra hæreticos.

FRidericus &c. dilectis Principibus &c. Commiſſi nobis cura regiminis cœlitus, & Imperiale (1), cui dante Domino præſidemus, faſtigium dignitatis, materialem, quo diviſim à ſacerdotio fungimur, gladium adverſus hoſtes fidei (2) in exterminium hæreticæ pravitatis exigunt exercendum, ut vipereos perfidiæ filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni uteri corroſores, in judicio & juſtitia perſequamur, maleficos vivere non paſſuri: per quorum ſententiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves (3) morbitas gravior infligitur corruptela. Statuimus itaque, ſancientes, ut hæretici quocunque nomine cenſeantur, ubicunque per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia (4) & ſeculari judici (5) aſſignati, animadverſione debita puniantur. Si verò (6) de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis, redire voluerint ad fidei unitatem, juxta canonicas ſanctiones, ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea, quicunque hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, ſeu locis (7) Imperii, per inquiſitores aliquos, ab Apoſtolica ſede datos, &

(1) *Imperiale* l. Imperialis diadema. (2) *fidei* l. fidei &. (3) *per oves* l. velut per oves. (4) *ab Eccleſia* l. per Eccleſiam. (5) *judici* l. judicio. (6) *ſi verò l.* ſi verò aliqui. (7) *locis* l. locis aliis.

& alios (8) catholicæ fidei zelatores, ii (9), qui jurisdictionem ibidem habuerint ad inquiſitorum, & aliorum catholicorum virorum inſinuationem, eos capere teneantur, & eos captos arctius cuſtodire, donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta, & gloriam æternæ vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fovendum Hæreticorum errores (10) callidus hoſtis ſuſcitat advocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cum idem (11) facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa deſtiterint; & eorum vitæ duxerint conſulendum. Eos præterea, qui convicti in uno loco de hæreſi ad alia loca ſe transferunt, ut cautius poſſint effundere virus hæreticæ pravitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: ut ſuper hoc, per viros ab eodem errore converſos ad fidem, nec non (12) per alios, qui eos de hæreſi convicerunt, quod (13) in hoc caſu concedimus licitè faciendum, evidens teſtimonium habeatur. Item mortis ſententiæ ducimus adjiciendos, ſi quos hæreticorum ad judicium tractos, in extremo vitæ periculo, hæreſim adjurantes, poſtmodum de falſo juramento conſtiterit, convinci, & de fide mentita eos (14) contigerit ejusdem (15) morbi ſpontaneam incurrere recidivam, ut ſibi damnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non evadat. Omne inſuper

(8) *alios* l. aliquos. (9) *ii* l. hi. (10) *errores* l. errorem. (11) *idem* abeſt. (12) *nec non* l. nec non &. (13) *quod* l. quod etiam. (14) *convinci & de fide mentita eos* l. & de fide mentita convinci & eos. (15) *ejusdem* l. cujusdam.

ſuper proclamationis & appellationis (16) beneficium ab hæreticis receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amovemus, volentes, ut de finibus Imperii, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, hæreticæ (17) labis genimina (18) modis omnibus deleantur. Cæterùm, quia quantò majora divinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tantò devotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti, ſi quando in noſtri nominis contemptores, noſtri culminis excandeſcat (19) authoritas, ſi reos læſæ majeſtatis in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multo fortius, juſtiusque contra Dei blaſphematores nominis, & catholicæ fidei detractores provocamur: eorundem hæreticorum receptatorum (20), fautorum, & advocatorum ſuorum, ac eorundem hæredes & poſteros, usque ad ſecundam progeniem, cunctis beneficiis temporibus (21) publicis officiis & honoribus, Imperiali authoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo mœrore tabeſcant. Verè ſcientes, quòd Deus zelotes eſt, & (22) peccata patrum in filios potenter ulciſcens, nec quidem à noſtræ miſericordiæ (23) finibus duximus excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam revelarint, quocunque reatus illorum animadver-

(16) *appellationis* l. apoſtolicis. (17) *hæretica* l. hæreticis. (18) *genimina* l. germina. (19) *excandeſcat* l. excandeſcit. (20) *receptatorum* deeſt. (21) *temporibus* l. temporalibus. (22) & abeſt. (23) *miſericordiæ* abeſt.

verſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubjaceat innocentia filiorum. Adhæc notum fieri nolumus (24), fratres Prædicatores & Minores (25), pro fidei negotio in partibus Imperii noſtri contra hæreticos deputatos. Cæteros quoque, qui ad hæreticos judicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando & redeundo ſub noſtri (26) Imperii ſpeciali defenſione receptos, quos (27) apud omnes ſub ope ac recommendatione fidelium Imperii eſſe volumus inoffenſos. Univerſitati veſtræ (28) mandantes, quatenus quocunque & apud quemcunque veſtrum pervenerint, benignè recipiatis eosdem, & perſonas eorum ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conſervantes indemnes, omne (29) conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro (30) acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos verò, quos vobis oſtenderint ipſi in jurisdictione veſtra ſinguli (31) capientes, diligenti cuſtodia detinete (32), ut poſt Eccleſiaſticæ damnationis judicium pœnam ſubeant, quam merentur: ſcituri, quod in ipſius executione negotii, gratum Deo, & laudabile nobis exequium (33) conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri (34) Imperii novam & inſolitam hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam unà cum eisdem fratribus

(24) *nolumus* l. volumus. (25) *prædicatores & minores* l. prædicatores minores. (26) *noſtri* l. noſtra &. (27) *receptos quos* l. ſuſceptos & quod. (28) *veſtræ* l. noſtræ. (29) *omne* l. eſſe. (30) *pro* l. pro talibus. (31) *ſinguli* l. ſingulos. (32) *detinete* l. detineatis. (33) *exſequium* l. obſequium. (34) *noſtri* deeſt.

tribus præſtiteritis efficacem : & ſi quis exinde foret negligens vel remiſſus, ac inutilis coram Deo, & in (35) conſpectu noſtro poterit meritò culpabilis apparere. Datum Paduæ &c. (36)

Cap. XXVI.

Item alia de eodem.

FRidericus &c. Inconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur hæretici, & vocabuli vitio ſævientes, quod ſignificationem denunciationis, denunciat (1), in ipſius indiviſibilis fidei unitate (2) nituntur inducere ſectionem, & oves à Petri cuſtodia, cui paſcendæ à paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, eòusque manſuetudinem ovium prætendentes (3), quousque ovile poſſint ſubintrare Dominicum, quod poſt ipſorum interitum (4) deſiderant demoliri : hi ſunt angeli peſſimi, hi pravitatum ſunt filii à patre nequitiæ, & fraudis authore, ad ſimplices animas deſtinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt : hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine, virus evomere, ac vitæ cibum ſe ſimulant miniſtrare, à cauda feriunt, & mortis periculum (5), velut quoddam duriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ, veteribus, ut non in publicum prodeant, non ſunt vocatæ nomini-

(35) *in* deeſt. (36) *datum Paduæ &c.* deſunt. (1) *denunciationis denunciat* l. diviſionis denuntiant &. (2) *unitate* l. unitatem. (3) *prætendentes* l. præcedentes. (4) *interitum* l. introitum. (5) *periculum* l. poculum.

minibus, vel quod eſt fortè nephandius, non contentæ, ut velut ab Arrio Arriani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus (6) ſimiles nuncupentur. Sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyrium ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Hujusmodi verò miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas divinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ, inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſeipſos. Deum (7), dum Dei fidem & conſilium (8) non cognoſcunt: decipiunt proximos, dum ipſis ſpecie (9) ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ pravitatis oblectamenta miniſtrant, crudelius etiam ſæviunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora (10) denique ſeveræ (11) mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei firmitatem poſſent evadere vitæ prodigi, & necis improvidi ſectatores involvunt, & quod eſt ipſo dicto duriſſimum, ſuperſtites etiam non terrentur exemplo. Contra tales, Deo, ſibi, & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus, tanto ipſos inſtantius perſequentes, quanto inevidentiorem decluſionem fidei Chriſtianæ, propter Romanam Eccleſiam, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, judicatur ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere, dinoſcuntur (12) adeo, quod ab Italiæ finibus, præſertim à partibus Lombardiæ: in quibus pro

(6) *aut à ſimilibus* l. aut conſimilibus (7) *Deum* l. Deum offendunt. (8) *conſilium* l. filiùm. (9) *ſpecie* l. ſub ſpecie. (10) *corpora* l. corporea. (11) *ſeveræ* l. ſævæ. (12) *dinoſcuntur* l. noſcuntur.

pro certo perpendimus, ipſorum nequitiam latius abundare, jamque usque ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ rivulos derivarunt. Quod acerbiſſimum reputantes, ſtatuimus inprimis, ut crimen hæreſis (13), & damnatæ (14) ſectæ cujuslibet, quocunque cenſeantur nomine ſectatoris (15), prout veteribus legibus eſt indictum, inter publica crimina (16) numerentur, immò crimine læſæ Majeſtatis noſtræ, debet ab omnibus horribilius judicari, quod in divinæ Majeſtatis injuriam noſcitur attentatum: quamvis in (17) judicii poteſtate, alter alterum non excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona damnat, poſt obitum memoriam defunctorum: ſic in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſervari, & ut ipſorum nequitia, in qua (18) Dominum non ſequuntur, ſed in tenebris ambulabant (19), detegatur, nemine etiam deferente, inveſtigari volumus diligenter hujusmodi ſcelerum patratores, & per (20) Officiales noſtros, ſicut & alios malefactores inquiri, ac vinculis detineri inquiſitione vocatos (21): & ſi levis ſuperſtitionis argumento (22) tegantur, à viris Eccleſiaſticis & Prælatis examinari jubemus. Per quos ſi inventi fuerint à fide Catholica ſaltem in articulo deviare, ac per ipſos paſtorali

(13) *hæreſis* l. hæreſeos. (14) *damnatæ* l. damnationis. (15) *cenſeantur nomine ſectatoris* l. nomine cenſeantur ſectatores. (16) *crimina* l. crimen. (17) *in* abeſt. (18) *in qua* l. qui. (19) *ambulabant* l. ambulant. (20) *& per* l. ut per. (21) *vocatos* l. notatos. (22) *argumento* l. argumentatione.

ſtorali more (23) commoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidiis, noluerint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta inſtantia perſeverent (24), præſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine cenſeantur, decernimus, quod adfectant ut vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi judicio, ut animarum incendia patiantur: nec dolemus, quod in hoc ſatisfacimus ipſorum voluntati, ex quo pœnam ſolummodo, nec fructum alium conſequuntur erroris, apud nos pro talibus nemo intervenire præſumat. Quod ſi qui fecerint (25), in ipſum noſtræ indignationis aculeos, non immeritò convertemus. Datum &c. (26)

Cap. XXVII.

Item alia ſuper eodem.

FRidericus &c. Patarenorum complices & receptatores; ſeu quocunque modo fautores, qui ut alios à pœna poſſint eximere, de ſe velut improvidi non formidant, publicatis omnibus bonis eorum relegandos in perpetuum eſſe cenſemus, & ipſorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur: ſi tamen aliquis fautorum hujusmodi detexerit aliquem Patarenum, cujus (1) perfidia manifeſte probatur & liquet (2), in fidei præmium

 quam

(23) *more* l. more prius. (24) *perſeverent* l. perſeverant. (25) *fecerint* l. fecerit. (26) *datum &c.* abeſt. (1) *cujus* l. de cujus. (2) *liquet* abeſt.

quam agnovit, famæ priſtinæ de Imperiali clementia, reſtitutionis beneficium in integrum conſequatur. Incipiunt Capitula conſtitutionis contra Patarenos (3), Speroniſtas (4), Leoniſtas, Arrianiſtas (5), Circumciſos, Paſſaginos, Joſeppinos, Carracenſes, Albanenſes, Franciſcos (6), Bannaroles (7), Comiſtas (8) Valdenſes, Burgaros, Commimellos, Barrinos (9), & Ortolevos (10), & cum (11) illis de Aqua nigra, & omnes hæreticos utriusque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus: cenſentes, ut bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita, quod filii ad eorum ſucceſſiones pervenire non poſſint, cum longe ſit gravius æternam quam temporalem offendere majeſtatem. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam, propria purgatione monſtrarint, tanquam infames, & banniti (12) ab omnibus habeantur: ita, quod ſic banniti per annum permanſerint, extunc eos ſicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto, in perpetuum valituro, ut poteſtates & conſules, ſeu rectores, quibuscunque fungantur officiis, quod pro defenſione fidei præſtent publice juramentum, quod de terris ſuæ jurisdictioni ſubjectis, uni-

Conſtitutio contra Patarenos.

(3) *Patarenos* l. Patarenos quoque. (4) *Speroniſtas* l. Spereniſtas. (5) *Arrianiſtas* l. Arrianos. (6) *Franciſcos* l. Franciſchinos. (7) *Bannaroles* l. Bagnarolos. (8) *Comiſtas* l. Comiſtos. (9) *Barrinos* l. Arrianos. (10) *Ortolevos* l. Ortulanos. (11) *& cum* l. cum. (12) *banniti* l. bannitos.

univerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare ſtudeant (13): ita quodammodo quandocunque quis fuerit in perpetuam (14) poteſtatem, vel temporalem (15) aſſumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare: alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus habeantur, eorumque ſententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica pravitate, poſt annum à tempore monitionis elapſum, terram ſuam exponimus (16) à catholicis occupandam (17) qui eam (18) exterminatis hæreticis, absque ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent, ſalvo jure domini temporalis, dummodo ſuper iis nullum præſtet obſtaculum, neque aliquod impedimentum opponat (19), eadem nihilominus lege ſervata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum bannimus (20): ſtatuentes, ut ſi quis poſtquam quilibet talium fuerit (21) fidelium communione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo jure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad tractatus aliquos eligendos, nec ad teſtimonium admittatur: ſit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti (22) libe-

M 2 ram

(13) *ſtudeant* l. ſtudebunt. (14) *in perpetuam* l. in perpetuum in. (15) *temporalem* l. temporalem Rectorem. (16) *exponimus* abeſt. (17) *occupandam* l. corripiendam. (18) *eam* l. omnia. (19) *opponat* l. apponat. (20) *bannimus* l. perbannimus. (21) *fuerit* l. fuerit extra. (22) *teſtamenti* l. teſtandi.

ram habeat facultatem, nec ad hæreditatis alicujus ſucceſſionem accedat. Nullus ei (23) præterea ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur : quod ſi judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat roboris firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus notitiam perferantur : ſi fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur : ſi tabellio (24), ejus inſtrumenta confecta per manum illius, nullius penitus ſint momenti. Adjicimus inſuper, quod hæreticus per hæreticum convinci poſſit, & quod domus Patarenorum, receptatorum, defenſorum & fautorum, ſive ubi docuerint, ſive ubi aliis manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reparandæ. Datum &c. (25)

(23) *nullus ei* l. nulli enim. (24) *ſi Tabellio* l. ſi fuerit Tabellio. (25) *datum &c.* deſunt.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVIII.

Fridericus, univerſis mundi principibus, de ſiniſtris rumoribus Terræ ſanctæ.

HISTORIA RERUM DE QUIbus in ſequenti Epiſtola tractatur, ita ſe habet.

Poſt inducias à Friderico cum Sarracenis factas, Templariis omnia contra ipſos dynaſtiis & odiis pluribus diſtractos, ex inſtinctu pontificis molientibus, ac populum præfectis Imperialibus deſtitutum, minis perſuaſionibusq; contra fœdera ad bellum ineundum cogentibus: Meledinus Soldanus Ægypti, Choraſmios, quos nonnulli Groſſonios appellant, gentem ſuperſtitioſam ac Sarracenicam, ſedibus patriis ejectam à Tartaris, tunc per Aſiam atque Europam duce Canguiſta debacchantibus, ex Babylonia in Syriam vocavit: qui tranſito Euphrate, per Arabiam primò deſertam, deinde per montana felicis Arabiæ, in Petream pervenientes, Gazam, Aſcalonam, aliasque civitates à Templariis reſtauratas atque munitas magna Chriſtianorum clade expugnarunt: deinde exercitu ipſorum, cui Patriarcha & Magiſtri templi hoſpitaliſque præibant, juxta Tyberiadem ferme ad internecionem deleto, Hieroſolymam regni caput petierunt: eamque incruento Marte ſubito occupatam, diripuerunt: cives, nulla conditionis aut ſexus ratione habita, fœdiſſimè trucidarunt: ac ſacroſanctum Chriſti ſepulchrum ad ea usque tempora omnibus gentibus intactum, omni nefaria fœditate, vaſtitate, indignitateque polluerunt. Hæc Fridericus mundi principibus ſignificat: ſed obſcurius S. S. S.

ETſi tam juſta, quam vehemens cauſa doloris, & motus (1) fuerit in nobis, cum ad

(1) *& motus* deſunt.

ad præſentiam noſtram frater S. à venerabili patre Patriarcha Antiocheno, dilecto amico noſtro, præſentium bajulus literarum acceſſit, ipſum tamen infeſte videre nequivimus, qui mittentem adfectione quadam diligimus ſingulari. Verum etiam tunc temporis cordis noſtri nervum pertigerat rumor infeſtus, & ſubitæ nuncius tempeſtatis, qui Goheſminorum peſtem ab (2) originalibus ſedibus Tartarea peſte (3) depulſam, velut molem ingentem, per abrupta montium (4) declivium fulminis (5) ictibus devolutam, in ſanctam civitatem irruiſſe crudeliter nunciavit, quæ forte deſolationis ſuæ tempore habitatore continuo, ſolito de cenſore (6), catervatim undique concurrentibus populis (7) colebatur, dederatque concurſui famoſi tam loci longis retro temporibus à Chriſticolis maxime deſiderata ſecuritas, & ſiniſtris (8) auſpiciis diebus illis obtenta quarundam occaſione treugarum, quas Soldanus Damaſci, & Nahaſar (9) & Soldanus Tracti (10): qui prius hoſtes & adverſarii fuerant, concordiam invicem facientes, ipſam cum Chriſtianis ea conditione fecerunt, quod tota regni (11) Hieroſolymitani (12) terra, cujus partem (13) Chriſtiani poſſederant trans Jordanem, retentis ſibi villis & montanis aliquibus, à (14) Chriſtianis reſtituta, Soldanus eisdem

(2) *ab* deeſt. (3) *peſte* l. clade. (4) *montium* l. montium &. (5) *fulminis* l. fluminis. (6) *de cenſore* l. defenſore. (7) *populis* abeſt. (8) *ſiniſtris* l. à ſiniſtris. (9) *Nabaſar* l. Nazar. (10) *Tracti* l. Crati. (11) *regni* abeſt. (12) *Hieroſolymitani* l. Hieroſolymitana. (13) *cujus partem* l. quam. (14) *à* abeſt.

eiſdem in expugnatione Soldani Babyloniæ deberet (15) aſſiſtere toto poſſe. Qua confœderatione, tanquam in ſui perniciem inita, Soldanus accinctus, prædictam gentem Barbaricam Goheſminorum, per deſerta vagantem, & velut fera (16) in ſaltibus ante venabula fugientem, ad ſuæ defenſionis auxilium convocavit: qui ſibi reputantes (17) oblatum præſidium potius quam petitum, ad deſignata loca ſubito, non minus taciti, quam celeres pervenerunt, ut inviſos hoſtes adveniſſe maturius noſtrorum vigilantia noverit, quam venturos. Sicque factum eſt, ut Chriſtianorum exercitu, cum Soldanis prædictis, in finibus (18) Soldani Babyloniæ, apud Gazam commorante (19), Patriarcha Hieroſolymitanus, de partibus cismarinis, ad partes illas athleta novus acceſſit. Quo ſuperveniente (20) perfidæ gentis metu de civitate Hieroſolymitana, una cum magiſtris domorum, & hoſpitalium (21) Militiæ templi, & univerſis habitatoribus civitatis ejuſdem, tanquam de humano præſidio deſperatis, noctis ſilentio ſalubriter procedentibus verſus Joppem, emenſo jam fere medietatis itineris ſpacio, ad cujusdam vanæ, ſeu potius callidæ procuratæ vocis auditum, quæ Goheſminorum natione devicta, ſecurum peregrinis & civibus reditum promittebat, homines regionis & incolatus affectione ſedu-

(15) *deberet* l. deberent. (16) *fera* l. feram. (17) *reputantes* l. repugnantes. (18) *finibus* l. gravamine. (19) *commorante* l. commorantem. (20) *ſuperveniente* l. ſupervenientis. (21) *hoſpitalium* l. hoſpitalis.

ſeducti; confeſtim ad victimam potius, quam ad patriam redierunt. Nondum eisdem infra ſepta domorum reſpirantibus à labore, priusquam fere ſarcinulas ſuas, & itineris impedimenta deponerent: ecce, quod multitudo gentis hoſtilis, quam dinumerare nemo poterat, univerſam faciem terræ occupans, ſic improviſo, ſic ſubito continuatis pugnatorum (22) agminibus circumdedit civitatem, ut nec in defenſione præſidium, nec in fuga conſilium, obſeſſis fidei noſtræ pugilibus laxaretur: Ambigentibus autem eis, cujusmodi genus mortis eligerent ex prædictis, tandem, & ſi nulla via ſecurior, ſaltem viſa (23) eſt via dulcior, ut per fugæ remedium, aliquos à perſequentium oculis, cavernæ montis (24) imminentis abſconderent, & noctis circuitu aliqui manus occidentium feras (25) evaderent: vel ut ſaltem unum ex omnibus cladis & periculi nuncium reſervarent. Non defuit tamen inter tot advenarum hoſtium milia, ductor & cognitor (26) viarum indigena: qui (27) ſufficientes inſidiantium turmas, velut per ſylvarum anguſta venatores, per inevitabilia loca diſpoſuit: in quorum manus, quanto celerius fugerent, tanto rapidius caderent fugientes. Sed fefellit, o proh dolor! eventus rei miſerandæ conſilium, quia (28) tanquam in rete paratum avibus, ſic omnes ſeptem milia fere hominum, in gladium inci-

(22) *pugnatorum* l. impugnatorum. (23) *viſa* abeſt. (24) *montis* l. mortis. (25) *feras* l. foſſis. (26) *cognitor* l. conductor. (27) *qui* l. qui per. (28) *quia* l. qui.

inciderunt : & (29) teſtantibus. ſanguinis occiſorum per valles montium, ſicut profluentis aquæ, decurſibus, nulla prorſus extitit (30) pugna, ſed cædes. Infantes autem & virgines, in urbem beatam venientes (31), nequiter reduxerunt (32). Senes, infirmos & debiles, & moniales, ad fugæ laborem inhabiles, in urbe relictos, in ipſorum, quin potius in ipſius Dei noſtri conſpectu ſepulchro Domini violato, quod fuerat fidei Chriſtianæ viſibile nutrimentum, miſerabiliter occiderunt. Poſt hæc, ad reconciliationem tanti diſſidii, & totius reipublicæ, ac fidei Chriſtianæ vindictam armavit [ut dicitur, univerſaliter 33] omnes Orientalis plagæ Chriſticolas, ut ſic magis proviſa eſſet & tuta (34) religio Soldanorum, Damaſci & Tracti (35) conſortio: quod tamen juſto timore non caret (36). De quorum eventu velit altiſſimus Deus, pro cujus cauſa certatur, quod præcurrentis famæ pernicies, ſubſequentis rei proſperitate vincatur, anima tamen noſtra, propter præteritorum caſuum, & futurorum eventuum, mecum in amaritudine poſita, boni nuncii verbum de terra longinqua ſitienter (37) expectat: eoque magis anxiamur in Spiritu, quo juſtiori dolore torquemur in mente, velut qui ſcimus, hæc potius contigiſſe culpa, quam facto. Dudum etenim viro ſpectabili comite Cornubiæ, dilecto

(29) *inciderunt* & l. incidiſſent ut. (30) *extitit* l. extiterit. (31) *in urbem beatam venientes* l. in urbe beata inventas. (32) *nequiter reduxerunt* l. nequiter extinxerunt. (33) [ ] deſunt. (34) *ut ſic magis proviſa eſſet & tuta* l. utinam provida ſicut promta. (35) *Tracti* l. Carti. (36) *caret* l. caret accincto. (37) *ſitienter* l. ſcientes.

cto ſororio noſtro cum honorabili comitiva nobilium transalpina, in ultramarinis partibus vices agente noſtras, de conſilio Magiſtrorum hoſpitalis, & Sanctæ Mariæ Theutonicorum, & totius Chriſtianorum exercitus pro parte noſtra, qui jura dilecti filii noſtri Cunradi, in Romanorum Regem electi, ſemper Auguſti, & regni Hieroſolymitani hæredis, ejusdem regis & regni moderamine fungebatur, cum Soldano Babyloniæ ſupra dicto, treugas fideliter & prudenter iniit. Quas Magiſter domus Militiæ templi, cum cæteris terræ nobilibus indigenis, & civibus Anconenſibus ad ſpeciale noſtræ celſitudinis odium [non ad commune bonum habendo reſpectum] acceptare nullatenus voluerunt: quin potius, more diſparium aurigarum, in diverſis hinc inde partibus (38) detrahendo vehiculum, tandem prout eventus rerum edocuit, in præcipitium devium vectores & ſarcinam (39) deduxerunt. Hæc vos latere non credimus, fuiſſe præcipuam, immo ſolam originem morbi præſentis, & cauſam, quæ Soldanum Babyloniæ continuis etiam injuriis poſtmodum laceſſitum, ad quærenda remota ſuffragia, & ad (40) deſperanda coegit. Hæc quandoque (41) Ciſmarinorum nobilium animos à devotione ſeducent (42), qui divinitus inſpirati, ad reliquiarum illius terræ ſalutem, votis ardentibus aſpirabant: qui quanquam res & perſonas exponerent pro prædictis, propterea tamen ab ipſis injuriari ſibi indignum æſtimant,

(38) *diverſis hinc inde partibus* l. diverſas hinc inde partes. (39) *ſarcinam* l. ſarcinas. (40) *ad* abeſt. (41) *quandoque* l. quanquam. (42) *ſeducent* l. ſeducant.

mant, & reputant indecorum, dum ipſorum conventiones & treugæ deluſoriæ reputantur. Propter quod, cum (43) iſtud quam primum ad ſolicitudinem noſtram, gerentem curam negotii transmarini, pervenit, pervigili ſemper, & continua meditatione penſavimus, qualiter cum terræ primatibus, licet nobis & noſtræ fidei inimicis, ſi non perfectæ, palliatæ (44) cujusdam amicitiæ fœdera contraheremus: & potiſſime cum Soldano Babyloniæ, qui terræ Syriæ (45) pene major dominus (46), & hujusmodi locorum habilitate vicinior habebatur. Ad hoc (47) nos nullius familiaritatis intrinſeca provocavit affectio, ſed cauta proviſio, ne deſperare prædictos neceſſario cogeremus: & ne particularia metuendo (48) diſſidia, ſuas conflare potentias cogerentur in unum, priusquam temporis opportunitate captata, vel (49) pacatis Italiæ partibus, inter nos & Eccleſiam unione ſecuta [quam teſte Supremo judice, ſemper ambivimus] [unanimibus votis, & votivis præſidiis vacare poſſemus (50). Quanquam humani hoſtis generis, & ejus (51) diſcriminis avidus, ſubtiliter hactenus id impedivit (52). Igitur veſtra circumſpectio non miretur, ſi Romanum Principem, & Hieroſolymitanum (53) ad iracundiam vehementem, tam

(43) *cum* abeſt. (44) *inimicis, ſi non perfecta, palliata* l. inimicitiam palliare, ut. (45) *Syriæ* l. diſſidio. (46) *dominus* abeſt. (47) *ad hoc* l. hoc. (48) *metuendo* l. metuenda. (49) *vel* abeſt. (50) [ ] deſunt. (51) *& ejus* l. noſtri. (52) *impedivit* l. impedivit unanimibus votis & votivis præſidiis vacare poſſemus. (53) *Hieroſolymitanum* l. Hieroſolymitanum Regem.

tam ſiniſtri caſus infeſta relatio, quadam (54) indignitate commovit. Vobis autem (55) & cæteris terræ principibus eccleſiaſticis & mundanis, in Ciſmarinis deliciis exiſtentibus Barbarorum nequitia, fides noſtra deprimitur: crudelitatibus hoſtium fidelium reliquiæ trucidantur: perverſorum injuriis, pulchritudo templi Dominici deturpatur: illic pro fide noſtra ſervanda confligitur, & à vincentibus palma victoriæ, & à cadentibus corona martyrii, hilariter expectatur: à nobis (56) bella geri placuit, nullos habitura triumphos. Ideoque quum talibus (57) eſſemus juſta (58) turbatione commoti, per prædictum fratrem S. nuncium ejusdem Patriarchæ, quem tam ciſmarini, quam tranſmarini diſcriminum (59) radix, & cauſſa non latent (60), & quem velut præclarum membrum Eccleſiæ, nulla labes ſuſpicionis aſpergit, certam & acceptabilem formam pacis accipere credebamus: quam ſalvis noſtris, & ſacri Imperii noſtri juribus [quæ minorare ſacrilegium credimus] tolerare poſſemus: quam etiam licet vulneratum univerſalis negotii commodum, vix a modo tempeſtivum accipiat, utile tamen & neceſſarium forſitan reportabit.

Cap.

(54) *quadam* l. rei quadam. (55) *autem* abeſt. (56) *a nobis* l. nobis inſtitit. (57) *Ideoque quum talibus* l. Ideo quantumlibet. (58) *juſta* l. juſta cauſſa. (59) *diſcriminum* l. diſcriminis. (60) *latent* l. latet.

Cap. XXIX.

Regi Ungariæ (1) *de adventu Tartarorum, & conqueritur ei de Papa, propter cujus impedimentum non poteſt eis obviare.*

HOnor Imperii, qui propter turbationes temporum valde fuerat in Italia diminutus, per quem noſtra, & exaltatio (2) principum procuratur, diu nos, de conſilio tuo & aliorum principum, ad ſui reformationem, tenuit in eisdem partibus occupatos, ut quibuslibet deliciis & regiis opportunitatibus prætermiſſis, perſonæ noſtræ ac noſtrorum fidelium continuatis laboribus, perquam plures annos æſtivis temporibus, & hyemalibus minime parceremus: regnum hæreditarium, noſtræ matris auguſtæ obventiones, & commoda undecunque perveniunt (3), præter mores regnantium cæterorum, qui bona hæreditaria commodis ſpecialibus & privatis attribuunt, pro republica & augmento Imperii, tam in rebus, quam in divitiis, & perſonis inceſſabiliter exponentes: ita, quod autore Domino, cujus prævia dextera feliciter in omnibus triumphamus, ad id, labores noſtri, tranſacti temporis [pervenerunt, ut devictis fere in totum hoſtibus & Imperio noſtro ſubactis, valde modici temporis 4] reſtat labor: in quo ſperamus, ad perfectionem (5) votorum communium, & proſperum totius operis Italiæ (6) com-

Tartari gens Schytica, quos plerique Mangalos vocant, quarto ante Lugdunenſe concilium anno, duce Canguiſta, ad orbis vaſtitatem atque ruinam exiit, trifariam diviſo exercitu. Colchos, Iberos, Armeniosque una manus: Perſiam Aſiamque altera diripuit: Sarmatiam. Ungariamque tertia colluvies ſpoliavit. Cæterum qui Pannonas aggreſſi fuerant, ſucceſſu parum proſpero, rege amiſſo,

(1) *Ungariæ* l. Boemiæ. (2) *exaltatio* l. exultatio. (3) *perveniunt* l. proveniunt. (4) [ ] deſunt. (5) *perfectionem* l. proſecutionem. (6) *Italiæ* l. Italici.

anno 1243. eas repetiere terras, quas olim bello ſuas fecerant, in quibus poſtea Tartarorum ditio manſit. Naucler. generatione 41.

complementum, triumphaliter pro noſtro & communi honore principum, penitus pervenire. Quia vero pridie (7) auditis rumoribus, nationes Barbariæ (8) Tartarorum, quod regnum Ungariæ ſubitis aggreſſibus invaſiſſent, cogitavimus proximo ardente pariete, rebus noſtris conſultius ſuccurrendum: ad hæc prompta expoſita voluntate, velut qui cum proprio ſuadente negotio, tum totius Chriſtianitatis ſubſidio, & tuitione Catholicæ fidei requirente: ad quam tuendam, ex commiſſa nobis Imperialis officii diſpenſatione, tenemur & debemus inimicis fidei Chriſtianæ totis viribus obviare. Sed ſumma neceſſitas, neceſſariæ cauſa (9) dilationis induxit, ut rem tam arduam Imperii, nos principaliter & ſpecialiter contingentem, bellicis tot armorum laboribus, in effuſionem (10) Germanici ſanguinis acquiſitam, & ad finem proximum Germanis enſibus jam deductam, non deberemus obmittere propter (11) breviſſimam moram (12) temporis imperfectam: ut quod eſſet deterius & facile contingeret (13), Italicis gentibus in abſentia dominorum ſuorum utentibus more ſuo, tantus labor, & effuſæ divitiæ pro receſſu noſtro in irritum reciderent (14), & recidiva negotii, graviora nobis & Imperio iterata pericula remanerent. Aliud etiam urgens & evidens impedimentum occurrit, quod creſcente inter nos & Romanum pontificem, ab olim orto diſſidio,

(7) *pridie* l. pridem. (8) *nationes Barbariæ* l. nationis Barbaræ. (9) *cauſſa* l. cauſſam. (10) *effuſionem* l. effuſione. (11) *propter* l. per. (12) *moram* l. horam. (13) *contingeret* l. contigiſſet. (14) *reciderent* l. recidiſſent.

dio, experientia præteriti temporis ſuggerit venturum tremorem (15), ut juſtus timor, qui cadere valeat in conſtantem, recte moveat mentem noſtram: ne nobis venientibus ad confuſionem hoſtium Barbarorum, familiaris & domeſticus hoſtis, velut quondam nobis partes ultramarinas adeuntibus, pro ſervitio Jeſu Chriſti, animatis quibusdam rebellibus noſtris marinis prædonibus, qui libenter occaſionem (16) abſentiæ noſtræ captarant (17), invaderet (18) regnum noſtrum, cum familiaris peſtis ſit levior ad nocendum. Propter quod de te, ac de cæteris principibus non abſque admiratione publica, totius loquitur lingua mundi, quod audito & cognito infauſto adventu infidelium Tartarorum, qui ad exterminium Eccleſiæ & Imperii, & totius cladem Chriſtianitatis aſpirant, prævisa deliberatione principum, ad ſedem Apoſtolicam nuncios miſimus ſpeciales, ſupplicaturos (19) ſummo pontifici, ut tot impedimenta, quæ verbis & opere nobis oppoſuit & opponere non deſiſtit, inſpecta neceſſitate Occidentalis provinciæ revocaret: & nos ad publicæ fidei, & Chriſtianorum defenſionem venire permitteret, etiam inoffenſos, ut moram noſtram, quam juſte cauſaris, tu vel alii principes arguere non poſſetis. Sed ſi (20) pro diuturnis guerris, ac humiliatione rebellium, exhauſtis theſauris noſtris & viribus tot annorum laboribus fatigati,

(15) *venturum tremorem* l. venturo tremori. (16) *occaſionem* l. occaſione. (17) *captarant* l. captaverat. (18) *invaderet* l. invaderent. (19) *ſupplicaturos* l. ſupplicantes. (20) *ſi* abeſt.

gati, tam propter (21) ea tueri, quam ab inimici hominis inſidiis præcavere, ac inſtanti diſſenſioni finem imponere compellamur, atrio (22) noſtro in tranquillitatis ſecuritate diſpoſito, reparatis opibus ac virium copiis, ad interitum communium hoſtium potentius acceſſuri. Quapropter omnibus prætermiſſis, felices greſſus noſtros direximus verſus urbem, ita quod Romanis partibus vicinamur, intendentes eſſe contenti veteribus & hæreditariis Imperii juribus, quæ diu (23) Auguſti prædeceſſores noſtri generis & honoris, tam Imperii quam regnorum propria (24) poſſederunt, quibus tam diu neglectis per te & alios principes, notari merit. poteramus. Ad pacem vero, quam ſemper affectavimus, inſtantem operam adhibemus, quæ per nos fuiſſet olim & ſæpius procurata, niſi frequens noſtra petitio, aures & animum pertinacis hominis induraret, & inde nutriret diſcordiam, unde concordiam poſtularet. Speramus autem per præſentem greſſum noſtrum mundo acquirere bonum pacis, & ſtatu Italiæ pacifice reformato, ac regno noſtro in Dei ſecuritate dimiſſo, tam onuſti divitiis, quam gentium multitudine conſtipati, cum expectata benedictione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ veniemus, ita quod Domino exercituum nos juvante, quo duce, quo prævio, miniſtrata nobis à cœlo victoria, qua de cunctis inimicis noſtris conſuevimus triumphare, Tartarorum multitudinem devincemus. Tuam igitur induſtriam exhortamur, quatenus interim, cum toto tuarum conatu virium, dilecto filio

(21) *propter* l. per. (22) *atrio* l. arrio. (23) *diu* l. divi. (24) *propria* l. prope propria.

filio noſtro Conrado, in Romanorum Regem electo, potenter aſſurgas (25), ad reprimendos impetus adverſariorum communium, & ingreſſus, ut eis non liceat campum liberum invenire, donec nos cum potentia maxima, ad eorum confuſionem ultimam veniemus (26).

Cap. XXX.

De eodem (1).

PErfectæ ſolicitudinis zelus, quo ſicut pater Imperii, ſtatum ejusdem diligere cogimur, & tueri propenſius nos inducit, non tam manifeſta pericula, quam ſuſpecta vereri: nec proviſionem differre cautelæ, quousque certitudinem rei, per oculatæ fidei teſtimonium adſequamur. Sed quanto majora timentur eſſe diſpendia, tanto promptior & perfectior debet eſſe cautela. Infeſtam igitur nobis, & infauſtam omnibus famam, de Tartarica (2) tempeſtate, finibus Imperii jam vicina per vos, quos ex vicinitate loci primos invenit, ad vos certius & ordinatius deducendam: vobis idcirco deſcribimus, ne ſuper tanto diſcrimine taciti videamur, advertimus enim iſta jam dudum, ſed quanquam audita decredere veremur, nec credere delectaret, ipſa tamen longe modernis remota temporibus putabamus, tum propter itineris remoti diſtantiam, tum propter quamplurium fortium principum

& po-

(25) *aſſurgas* l. aſſurgens. (26) *veniemus* l. veniamus. 1) *de eodem* l. univerſis Prælatis ut compeſcant Papam à ſuis illicitis motibus. (2) *Tartarica* l. Tartaræ.

& populorum occurſum, qui frementium (3) Tartarorum armis & furiis occurrebant. Sed ecce, deletis in totum terræ principibus, quos obices invenerunt, & ad juga perpetuæ ſervitutis, pauciſſimis admodum ex inferioribus reſervatis, jam verſus fines Romani Imperii propinquare dicuntur: & ad religionis & fidei noſtræ matrem, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam prophanandam: & urbem regiam, Imperii noſtri caput, jure dominii, vel injuria noſtra (4) potius poſſidendam à Tartaris, prout firmiter creditur, aſpiratur. Verum quantumlibet haberemus, ut diximus, ex reſiſtentia remota fiduciam, ne præoccupari tam ſubito crederemus, in totum tamen ſolicitudo noſtra non exiit (5) providentiæ futuræ conſilium, quin multis retro actis (6) temporibus penſaremus, qualiter nos contra hujusmodi infauſti caſus, ſi diebus noſtris ita contingeret, pararemur incurſum (7). Sicque nos, quantumvis invitos, oportuit eisdem præferre præſentia, & manifeſta præponere diſpendia præſumptivis: propter hoc etenim Romanum Pontificem multis obſequiis, multisque blanditii (8) nobis efficere nitebamur unanimem: ſed, quod dolentes referimus, & reminiſcimur lachrymoſi, venenoſi ſerpentis antiqui perfidia, in tantum cauſæ noſtræ prævaluit, quod in totius fere mundi perniciem, ſubjectorum noſtrorum fidem, in perfidiam tranſtulit: & nobis maternæ dulcedinis,

(3) *frementium* l. venientium. (4) *injuria noſtra* l. injuriam. (5) *exiit* l. exuit. (6) *actis* abeſt. (7) *contingeret pararemur incurſum* l. contingere pararemus. (8) *blanditii* l. blanditiis.

nis, proh dolor! ubera novercavit. Propter quod etiam, in totum fere vitæ noſtræ deliciis abdicatis, quas regni noſtri Siciliæ nobis amœnitas offerebat, per aſpera maris & montium Germaniam repetentes: & ad congregandas ibidem dominii noſtri vires, & conſolidandas in unum, poſt domitam & oppreſſam H. primogeniti noſtri dementiam, qui ſibi contra nos ſedem aſſumpſerat, aquilonis circa fertilis (9) Italiæ partes direximus greſſus noſtros, vires noſtras eduximus: & noſtrorum, ut pacatis undique dominii noſtri partibus, & rebellibus (10) omnibus, ad mandata noſtra ſubactis, tanto velocius, tantoque (11) ſecurius ad exterminium tempeſtatis Tartaricæ, Imperialis dextera conſurgeret, quanto potentius & quietius imperaret. Occurrit veruntamen doloroſa de præteritæ (12) rei geſtæ memoria, quod transfretantibus nobis dudum in Terræ ſanctæ ſubſidium, & Sarracenorum excidium, qui non minus fidem noſtram quam Tartariæ (13) perſequuntur: iſte chariſſimus pater noſter Mediolanenſium ac ſuorum complicium mentibus iniquitate diffutis, regnum noſtrum Siciliæ violenter invaſit: &, quod horribilius eſt auditu, nobis ibidem agentibus, omnibus Chriſti fidelibus, ne nobis in Chriſti (14) crucifixi negotio ferrent, vel præberent auxilium, interdixit. Non eſt enim levitatis hic timor, qui poteſt cadere in conſtantem, velut præteriti temporis ad futurum, & ex tot ſimilibus

N 2 offen-

(9) *fertilis* l. fertiles. (10) *rebellibus* l. rebellibus noſtris. (11) *velocius tantoque* deſunt. (12) *præteritæ* l. præteritis. (13) *Tartariæ* l. Tartari. (14) *Chriſti* l. ipſo.

offenſis aſſumptus. Vellemus etenim tam glorioſa præteritorum memoratione foveri, quod illam gerimus (15) de patre fiduciam, illam de ſubditis conſtantiam haberemus, quod in ſpe paterni conſilii, & fide firmiſſima ſubjectorum, cuncta poſt terga poſſemus ſecure relinquere, & ad exterminium Tartarorum, poſtpoſitis omnibus, feſtinare. Ecce veriſimiliter opinamur, quod fama diſſenſionis hujusmodi, non modicam Tartaris præſtat audaciam, ut in ſeipſum diviſum fidei noſtræ regnum, facilius deſoletur. Audito veruntamen per venerabilem Varmacenſem (16) Epiſcopum, legatum ad nos Regis Ungariæ, tam magna de Tartarorum venientium tempeſtate, viis (17) & jugis montium maturatis, verſus Romam direximus greſſus noſtros: ubi devotione nec minus potentia noſtra de vicino conſpecta: ſi apud ſummum Pontificem, quæ ſunt patris, invenerit filius, & apud Apoſtolicam ſedem pro tanta fidei neceſſitate conſilium: non dubitabit nullatenus, nec retardabit (18) Romanus Auguſtus, Catholicus Imperator, ac rebellium inclytus Dominator, pro tanta fidei neceſſitate corpus exponere, & totius potentiæ ſuæ vires offerre. Vos denique patres conſcripti, quibus eſt peſtis ipſius fama clarior, quia cauſa vicinior nobis proſequentibus Imperii noſtri cauſam, quia dum patria & avita regna recepimus (19), non aliena per injuriam uſurpamus: vias omnes inveniatis & modos, quali-

(15) *gerimus* l. gereremus. (16) *Varmacenſem* l. Warmacenſem. (17) *viis* l. quod viis. (18) *retardabit* l. tardabit. (19) *recepimus* l. repetimus

qualiter una nobiscum & cum aliis terræ principibus, quos ad hæc per literas noſtras & nuncios excitamus pro tantæ neceſſitatis articulo, ad deſtructionem communium hoſtium occurrere valeatis: præſertim cum divina potentia, non tam tueri velit Romanum Imperium, quam augeri. Ecce enim, quod (20) Rex Ungariæ regnum noſtræ ditioni ſubjecit, dummodo defenſionis noſtræ clypeo protegatur.

Cap. XXXI.

Univerſis Prælatis, ut compeſcant Papam à ſuis illicitis motibus (1).

IN exordio naſcentis mundi, provida & ineffabilis Dei providentia, cui conſilia non communicant aliena, in firmamento cœli duo ſtatuit luminaria, majus & minus: majus, ut præeſſet diei: minus, ut præeſſet nocti. Quæ duo ſic ad propria officia in regione Zodiaca offeruntur, ut & ſi ſe (2) multotiens ex obliquo reſpiciant, unum tamen (3) alterum non offendit, immo, quod eſt ſuperius, inferiori ſuam communicat claritatem. A ſimili, eadem æterna proviſio, in firmamento terræ, duo voluit ineſſe regimina, ſacerdotium ſcilicet & Imperium, unum ad cautelam, reliquum ad tutelam: ut homo, qui erat in duobus componentibus diutius diſſolutus, duobus retinaculis frenaretur, & ſic fieret pax orbi terræ omni-

(20) *quod* deeſt. (1) Hæc inſcriptio in Manuſcripto ad ſeq. c. 32. præpoſita extat. (2) *ut & ſi ſe* l. & ſi. (3) *tamen* abeſt.

omnibus (4) exceſſibus limitatis. Sed ſedens in cathedra perverſi dogmatis, Phariſæus unctus oleo nequitiæ, præ participibus ſuis, noſtri temporis, Romanus Pontifex, quod (5) de cœleſtis ordinis æmulatione deſcendit, evacuare nititur. Et credit (6) forte cum ſuperioribus convenire, quæ natura, non voluntate ducuntur: noſtræ majeſtatis jubar, intendit ducere in eclipſim, dum veritate in fabulam commutata, plenæ mendaciis ad diverſas mundi partes, papales mittuntur epiſtolæ, de complexione, non de ratione, accuſantes noſtræ fidei puritatem. Scripſit enim ſolo nomine Papa, nos beſtiam aſcendentem de mari, plenam nominibus blaſphemiæ, pardique varietatibus circumſcriptam. Et nos ipſum beluam illam aſſerimus, de qua legitur: Exibat (7) alius equus rufus de mari, & qui ſedebat ſuper eum, ſumebat pacem de terra, ut viventes invicem ſe interficiant. Nam à ſuæ promotionis tempore, iſte pater non miſericordiarum, ſed diſcordiarum, deſolationis, [& non conſolationis 8], ſolicitus procurator, totum mundum ad ſcandala excitavit. Et, ut verba ſua recto ſenſu interpretemur, ipſe draco magnus, qui ſeduxit univerſum orbem, Antichriſtus eſt, cujus nos dixit eſſe præambulum: & alter Balaam conductus pretio (9), ut malediceret nobis, princeps per principes tenebrarum, qui abuſi ſunt Prophetiis. Hic eſt angelus proſiliens de abyſſo, habens phyolas plenas amaritudine, ut mari

(4) *omnibus* l. hominum. (5) *quod* l. qui. (6) *credit* l. credens. (7) *exibat* l. & exivit. (8) [ ] deſunt. (9) *pretio* l. ſuo pretio.

ri & terræ noceat. Inſervit enim falſus Chriſti vicarius, fabulis (10) ſuis, nos Chriſtianæ fidei religionem recte non colere, ac dixiſſe tribus ſeductoribus (11) mundum eſſe deceptum: quod abſit de noſtris labiis proceſſiſſe, cum manifeſte confiteamur unicum Dei Filium, coæternum & coæqualem Patri, ac Sancto Spiritui, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ab initio & ante ſecula genitum: proceſſu temporis miſſum in terris, in ſubſidium generationis humanæ, non de potentia ordinata, ſed de potentia ordinante: qui eſt de glorioſa virgine matre natus, paſſus poſtmodum, & mortuus ſecundum carnem, & alteram naturam, quam aſſumpſit in utero matris: virtute (12) Deitatis, à morte poſt triduum ſurrexiſſe. Mahometi vero corpus in aere pendere didicimus, obſeſſum dæmonibus, animam inferni cruciatibus (13) deditam, cujus opera tenebroſa fuerunt, & contra legem excelſi. Moſen vero, amicum Dei & familiarem, vera docente pagina, fuiſſe tenemus: in monte Synai cum ipſo tenentem colloquia, cui Dominus rubum (14) accendit (15): per quem ſigna & mirabilia fecit in Ægypto & Hebraico populo, lex tradita declarat (16), ipſum poſtmodum vocatum, ad gloriam cum electis. In iis & aliis accuſator noſter, & æmulus ponens adverſus filium, matris Eccleſiæ ſcandalum, contra nos mendaces & ve-

Cum anno 1242. Fridericus Cunradum filium, Imperatorem Francofurti feciſſet, dixiſſe ibi apud Pontificem Gregorium per Landtgravium Thuringiæ, delatus eſt: Tres in regiminibus ſuis mundum ſeduxiſſe: Moyſen Judæos, Chriſtum Chriſtianos, Mahometem Gentiles. Qua re Gregorius incitatus eum excommunicavit. Sed hanc delationem Heinrici, Thuringi magis falſam

(10) *fabulis* l. famulis. (11) *ſeductoribus* l. baracatoribus. (12) *virtute* l. ex virtute. (13) *inferni cruciatibus* l. inferi cruciantibus. (14) *rubum* l. rubrum. (15) *accendit* abeſt. (16) *declarat* l. declaratur.

quam veram fuiſſe ejus in Romanorum Regem poſtea facta electio ſatis probatur. Chronica Thuringiæ.

& venenoſas (17) notas, mundo inſcripſit. Sed ſi rectitudo ſenſus Apoſtolici non fuiſſet intrinſecus impedita, nec (18) præpoſuiſſet impetum rationi, qui dominatur in ipſo, talia non ſcripſiſſet, nec ad ſuggeſtionem illorum, qui tenent lucem tenebras, & dicunt malum bonum, qui ſuſpicantur mel eſſe fel, per locum ab opinione, qui eſt debilis & infirmus, cum verum eſſe falſum, cum non eſſe convertatur. Opinio vero, ſic (19) indifferens ad utrumque, uno gradu diſtans à fide, in hujusmodi papalis conſcientiæ hoſtium infringi minime debuiſſet. Super quibus omnibus vehementer cogimur admirari, & noſtræ mentis quietem multa vexat turbatio, quod vos qui eſtis Eccleſiæ fundamenta, columnæ, rectitudinis aſſeſſores, Petri urbis ſenatores, & orbis cardines, non flexiſtis motum judicis fulminantis, quemadmodum ſuperiores planetæ faciunt, qui ad retardandam magni corporis velocitatem, contrariis motibus, opponuntur. Revera Imperialis felicitas papali ſemper impugnatur invidia. Unde Simonides (20) interrogatus, cur invidos non haberet: reſpondit: Quia nihil feliciter geſſi. Et quia proſpera nobis, Deo benedicto, cuncta ſuccedunt, præſertim cum Lombardos rebelles noſtros, ad mortem proſequimur, quos ipſe prædeſtinavit ad vitam. Hæc eſt cauſa, quare pontifex (21) ipſe Apoſtolicus ingemiſcit, & nunc (22) de conſilio veſtro, felicitati noſtræ

(17) *venenoſas* l. ventoſas. (18) *nec* l. non. (19) *opinio vero ſic* l. & opinio ſic. (20) *Simonides* l. Simoniades. (21) *pontifex* l. nominatus. (22) *& nunc* l. & utinam non.

ſtræ inſtituerit obviare, verum de poteſtate ligandi & ſolvendi, forte ipſe Dominus gloriatur & pungit. Sed ubi virtus deficit poteſtatis, ibi ſubſervit abuſus: hoc in eo intelligitur, qui (23) regiæ poteſtatis magnus princeps, eximius Prophetarum, reſtitutionem poſcebat ſpiritus principalis (24), quia polluerat officii dignitatem. Sed ſecundum quod indiſſolubilia (25) non ſolvuntur, ita & illigabilia non ligantur (26): quod ex eo manifeſte probatur, quia Sacra ſcripta (27) inſtruunt, mortificant animas quæ non moriuntur, & vivificant quæ non vivunt. Poteſt ergo, quæ non (28) ſunt digna potentiæ quantum & quando. Nam cum Deus omnia poſſit, eſt aliud (29) quod non poteſt. Sane, ſi verus eſſet pontifex, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus haberetur, non jurgiorum victimæ, ſed hoſtiarum pacificarum, pacificus immolator: & poneret incenſum odoris, non (30) doloris: nec pontificium in maleficium commutaret. Si verus eſſet pontifex, verbum (31) prædicationis non traheret (32) in fructum (33) diſſenſionis. Nec ex hoc accuſabimur (34) hoſtis Eccleſiæ matris noſtræ, quæ ſancta eſt in genere ſuo, quam cum reverentia colimus, & amplectimur cum honore, divinis ſacramentis ornatam: perſonas tamen

N 5

(23) *qui* l. quia. (24) *ſpiritus principalis* l. ſpiritu principali. (25) *indiſſolubilia* l. indiviſibilia. (26) *illigabilia non ligantur* l. illegibilia non leguntur. (27) *ſcripta* l. ſcriptura. (28) *non* abeſt. (29) *aliud* l. aliquid. (30) *non* l. & non. (31) *verbum* l. ſemen. (32) *traheret* l. ſpargeret. (33) *fructum* l. fructus. (34) *accuſabimur* l. excuſabimus.

men ſingulares, & corruptioni ſubjectas, à medio recedentes, penitus reprobamus: & quia injuriæ non ſunt tranſitoriæ, quæ noſtræ Majeſtati jugiter inferuntur, & (35) animum ſuper iis non lenire poſſumus, nec debemus utique, noſtram potentiam relaxare cogimur ad vindictam. Vos vero qui eſtis viri ad ſaniora conſilia conſtituti (36), ſenſus & rationis excellentiam obtinentes, rugientem adverſarium noſtrum, à proceſſu, cujus deteſtabile fuit initium, penitus revocetis, rerum conſequentias, ex cauſis præcedentibus attendentes: alioquin utraque terra ſentiet, qualiter in perſecutorem, ac conſequentes principes, & fautores procedat Auguſtus, & qualiter ferro Cæſareas inferat ultiones.

Cap. XXXII.

Fridericus fidelibus ſuis, de ſervitiis collatis Eccleſiæ per eum, & de treatione novi Pontificis. (1)

QUod ad publicæ notitiæ fores, quæ poſt firmatam, utinam melioribus auſpiciis, pacem inter nos & Eccleſiam contigerunt, inſinuatio noſtra ſero perduxit (2) cauſa fuit tractatus de conſummatione pacis continuus, & firma fiducia de ſummi conſtantia ſacerdotis. Sed nec minus hæc (3) calami noſtri tardavit officium, dum ſanctius credebamus ſub hilaritatis ſpe, tua vota ſuſpendere, quam

(35) & abeſt. (36) *conſtituti* l. deputati vel conſtituti. (1) Inſcriptio hæc præcedentis eſt ſed male. (2) *perduxit* l. perduxerit. (3) *hac* l. hoc.

quam conceptam de pace lætitiam, amaritudinis nunciis occupare. Quia tamen ulterius obumbrare non poſſumus, quod tacentibus omnibus, ipſarum rerum evidentia loquitur, & diſſimulare diutius, fama præambula non permittit. Ecce quod veritatis ſtylo deſcribimus, quod teſte teſtium omnium primo, ſi tempus & cauſſa permitterent, valde libentius taceremus. Parcat igitur nobis communis auditus, & tuus, ſi cauſſæ noſtræ juſtitiam præſcribi ſpacio temporis non ſinamus, præſertim cum eo ſe non porrigat noſtræ voluntatis intentio, vel ſcripturæ, quod derogare cujusquam famæ vel juri, per detractionis obloquium intendamus. Sed præſentibus literis, innocentiam noſtram purgare ſufficiat, ut in nullo prorſus inficiat alienam. Quantum autem & qualiter ad præſentis guerræ diſcrimen, tanquam ovis ad occiſionem, & agnus ad victimam tracti ſumus inviti, devotionem tuam, noſtræ manſuetudinis literæ, ſæpius docuerunt. Sed & præteritum animi noſtri propoſitum, ſubſequens voluntatis judicium declarabit. Dum ſublato de medio quondam G. ſummo pontifice, qui velut paternæ dilectionis ignarus, in filium vitricans, tanti diſcriminis origo fuit & cauſa: & tamen (4) præteritarum irarum obliti, nedum ſumus (5) filiali compaſſione viduitatem Eccleſiæ perſecuti (6): verum etiam ad reſtituendum ſibi novi ſponſi ſolatium, opem & operam dedimus efficacem, ſtuporem ſenſibus omnium (7) indu-

(4) *& tamen* l. quaſi. (5) *ſumus* l. fuimus. (6) *perſecuti* l. proſecuti. (7) *omnium* l. hominum.

inducentes : ita, quod (8) deſiderium noſtrum in * erectionem (9) novi pugilis, admodum mirabantur. Angebat nos tamen univerſalis mali compaſſio, & firma fiducia, de ſubſtituendo paſtore pacifico delectabat. Quapropter ſicut te latere non credimus, noſtros reſeravimus carceres, quos, in veſtrum exterminium temere navigantium, copia repleverat Prælatorum : exercitus ſolvimus, quibus urbem, urbium caput, præ foribus cinxeramus (10) : fratres per diverſa loca diſperſos, in unum reduci, parata viarum ſecuritate, curavimus, ut Eccleſiæ de (11) paſtore liberius, nobis & mundo facilius de paſtore providerent. Quorum votis in iſtum ſummum pontificem, inſpiratione divina, ſicut noſtra tenere debet opinio, concordatis, gaviſi ſumus gaudio magno valde, probabiliter æſtimantes orthodoxam & univerſalem Eccleſiam, radio novi luminis illuſtratam : Romanum Imperium nova juſtitiæ lege (12), generatione lætatum, quod de ſe filium genuit, quem & patrem orbis & fidei fore, merito gloriatur. Igitur offerentibus nobis, cum perſonæ meritis, tum innocentiæ noſtræ juſtitia (13), prorſus indubitabilem ſpem de pace, curſim ad ipſam proceſſimus, offerentes eandem [ad honorem Dei & Eccleſiæ 14,] priuſquam (15) præſtolaremur oblatam. Demum qualiter non ſolum noſtra, ſed omnium ſit expectatio, proh dolor, perſonarum ac temporum iniquitate fru-

* alii creationem.

(8) *ita quod* l. qui. (9) *erectionem* l. creatione. (10) *cinxeramus* l. anxeramus. (11) *de* abeſt. (12) *lege* abeſt. (13) *juſtitia* l. juſtitiam. (14) [ ] deſunt. (15) *priuſquam* l. primitus quam.

fruſtrata, ne narrationis unius longæ contextu (16), tam aures tuæ, quam oculi etiam faſtidirent. Ejusdem cauſæ proceſſum & ſeriem alteri paginæ duximus committendam, ut velut mutato ferculo, perfecta lectura præſentium nova novorum perceptio, veſtrum delectet (17) auditum.

Cap. XXXIII.

Fridericus, de promotione Papæ, ſcribit ſibi, ſignificans ſe pariturum mandatis ipſius, per nuncios & legatos. (1)

Udita ſummis expetita conſiliis, & ardentibus deſideriis expectata, novi ſubſtitutione pontificis, in quem (2) venerabilium fratrum & Cardinal. voluntate concordi, & unica generalis voti poſtulatione, Deo (3) authore, promoti fuiſtis (4), tanto major acceſſit ex veſtra promotione jucunditas, quanto ſubtractum duce (5) filii nomen, quod viduitas matris abſtulerat, in data nobis novi ſubrogatione pontificis, non immerito gaudere poſſumus reſtitutum, ut paterno nomini piæ proviſionis omen adveniat, per quod expectanti filio, & novercalem quodammodo dudum injuriam jam perpeſſo, dicat recte mater Eccleſia: Fili, ecce pater tuus, in cujus affectione filius reſpirabit: & ad patrem filius econverſo reſpondeat: Pater, ecce filius, quem materna ubera

(16) *contextu* abeſt. (17) *delectet* l. delectet vel demulcet. (1) Inſcriptio hæc in MS. præcedentis eſt. (2) *quem* abeſt. (3) *Deo* l. pontificis Deo. (4) *fuiſtis* abeſt. (5) *duce* l. dulce.

ubera lactaverunt, in cujus obſequiis pia paternitas (6) requieſcat. Datum eſt enim (7) vobis è cœlo Innocentii prædeſtinata ſorte (8) vocabulum, quod per vos nocentiam contrahi conſultius innuat, & pie ſuadeat innocentiam conſervari. [Adveniſtis quoque nobis è nobilibus Imperii filius, vetus amicus, novum creatus in patrem, per quem confidat Imperium vota pacis, & ſuæ juſtitiæ inviolata ſervari. 9] Quapropter ad reverendum patrem Innocentium, Apoſtolicæ ſedis antiſtitem, per fratrem G. (10) venerabilem Magiſtrum domus Sanctæ Mariæ Theutonicorum, in Hieruſalem, Anſaldum de Amari (11), Sacri Imperii, ac regnorum Hieruſalem, Siciliæ ammiratum, Magiſtros Petrum de Vineis, & Thadæum de Sueſſa, magnos Curiæ noſtræ judices, & Magiſtrum R. Porcaſtrellum Decanum (12), Capellanum, fideles noſtros: quos de latere noſtro, ad veſtram præſentiam deſtinamus, noſtræ Serenitatis nuncios & legatos, conceptæ Spiritum devotionis exponimus (13), & in eorum affatibus tam devote quam hilariter nos veſtro conſpectui præſentamus. Idem vero nuncii noſtri, tanquam intime conſcii voluntatis noſtræ (14) & devotionis, ad patrem (15) veraces erunt interpretes, tam nos quam potentiam noſtram, Imperium ac regna noſtra, & quicquid in bonis noſtris conſiſtit, veſtris beneplacitis, ad hono-

(6) *paternitas* l. maternitas. (7) *enim* abeſt. (8) *prædeſtinata ſorte* l. prædeſtinatum forte. (9) [ ] deſunt. (10) *per fratrem G.* l. per C. fratrem G. (11) *Amari* l. mari. (12) *Decanum* l. Meſſanenſem. (13) *exponimus* l. oſtendimus. (14) *noſtræ* l. veſtræ. (15) *patrem* l. pacem.

honorem Eccleſiæ ac favorem omnimodum Eccleſiæ libertatis, quantum cum Deo ſalvis jure & honore Imperii, & noſtrorum regnorum, poſſumus, obnixius offerentes, illam ad nos, ut (16) reverendi patris benevolentiam relaturi, per quam erga debitam patris reverentiam, ad omnem honorificentiam filialem, totis affectibus, ac expertis effectibus, plus quam aliquis alius devotus filius effundamur.

Cap. XXXIV.

Regi Franciæ varias calliditates Papæ exponit, rogans ut per regnum ſuum faciat divulgari, ut nullus accedat ad Concilium papale. (1)

* INeffabilis veritatis teſtem, ſupremæ juſtitiæ judicem obteſtamur, quod cum apud vos & alios principes (2), illum autorem transgreſſionis arguimus, cujus verenda tegere filialis reverentiæ debito coarctamur, rubore multo perfundimur: nec ad hæc aliter diſpendii noſtri cura ſollicitat, vel timor aſtringit, niſi quod totius Reipublicæ Chriſtianæ, ſed omnium maxime ſecularium dignitatum veremur ex noſtra taciturnitate jacturam, & proximam ex dilatione (3) ruinam. Nam ut exempli perniciem [taceamus, quæ ſæpe labitur à mundi primatibus, & viris præcipua dignitate conſpicuis 4], ad privatos: ecce quod Chriſtianorum

* alias Infallibilis.

(16) *ad nos ut* l. ad vos utinam. (1) Significat Regi ut divulget per regnum ſuum, ut non vadant Prælati ad vocationem Papæ. (2) *Principes* l. Reges & Principes. (3) *dilatione* l. diſſimulatione. (4) [ ] deſunt.

rum debet & poteſt [corda compungere, poteſt & debet 5] ad lachrymas oculos commovere, quod iſte noſter ſummus (6) pontifex, Eccleſiæ generalis Archipater, & Catholicæ fidei procurator, Mediolanenſium hæreticorum perfidiam (7) fovere non deſinit: immo ſic in ipſorum favore continuo amplius atque perfectius obſtinatur, ut nec ipſum ab hoc zelus divinæ calamitatis (8) amoveat: nec privata correctio ſeparet (9): nec infamia ſeculi generalis abducat. Sic eſt in (10) obſtinationis hujus ſtoliditate firmatus, ut reſipiſcentiam (11) transgreſſionis, ad vitium, & perſeverantiam, reputet ad virtutem. Qualiter enim ad multam inſtantiam Lombardorum contra nos inconſulto calore, proceſſerit, ſatis vos publica (12) fama perdocuit: qualiter etiam cum (13) contra nos, religionis debito, & pontificatus gravitate depoſitis, hoſtiliter arma capiens, ſe ducem & principem noſtrorum rebellium ſtabilivit, nos univerſale Concilium, & ſpecialiter nunciorum veſtrorum præſentiam petierimus (14), ſerenitatem regiam credimus non latere. Demum notitiam veſtram non latuit, qualiter ex (15) quorundam ex fratribus ejus inſtantia (16), qui pro reparatione tanti diſcriminis, pacis conſilia cogitabant, præter omnium requirentium ſpem noſtra magnificen-

(5) [ ] deſunt. (6) *noſter ſummus* l. noſtri temporis. (7) *perfidiam* l. nequitiam. (8) *calamitatis* l. caritatis. (9) *ſeparet* l. ſepararet. (10) *in* deeſt. (11) *reſipiſcentiam* l. ad reſipiſcendum. (12) *publica* l. apoſtolica. (13) *cum* l. priusquam. (14) *petierimus* l. petiſſemus. (15) *ex* l. ad. (16) *inſtantia* l. notitiam.

ficentia condeſcendit: ut Lombardis prorſus excluſis, permitteremus eundem, ab inſuetis ſacerdotum infeſtationibus pro (17) temporalis treugæ ſubſidio (18) reſpirare, utpote qui pro ſedatione ſcandali generalis, & Terræ ſanctæ ſubſidio procurando, reperiri modos & vias metiebamur (19) ad ſalutem & (20) pacem. Sed Romanæ ſedis antiſtes, utpote pacis æmulus, & non magis in perfidia fidem, quam perfidiam in fide ſervans (21): Lombardos eosdem, quibus confœderatus fuerat, à treugarum ipſarum fœdere non eſt paſſus excludi, totius orbis diſſidio, Mediolanenſium hæreticorum, ac ipſorum ſequacium ſuffragia proponendo. Cui, cum (22) in participatione tanti ſceleris (23) aſſentiri nollemus, ut læſæ Majeſtatis noſtræ reos, ſub prædictarum treugarum involucro pateremur involvi, vel ipſos ullo modo Papæ præſidio communiri. Tandem, poſtquam vidit eosdem rebelles noſtros propria virtute deficere, nec ipſis poſſe remedium temporalis quietis offerre (24), ad artes illas poſtmodum ſe convertit, ſatagens nos per N. (25) Epiſcopum ad noſtram præſentiam accedentem, inducere: ut cum pro reformatione pacis inter nos & Eccleſiam, veſtros & quamplurimorum regum nuncios, ac nonnullos de Occidentalibus partibus principes & Prælatos, ad ſynodum intenderet evocare: Lombardos prædictos, Excellentiæ noſtræ

(17) *pro* l. per. (18) *ſubſidio* l. ſubſidium. (19) *metiebamur* l. patiebamur. (20) *ſalutem &* deſunt. (21) *ſervans* l. conſervans. (22) *cum* l. eum. (23) *ſceleris* l. facinoris. (24) *quietis offerre* l. ſaltem quietis afferre. (25) *N.* l. G. Brixienſem.

bannitos, in treugas cum ipſo, usque ad proximum feſtum reſurrectionis Dominicæ, contrahendas comprehendere deberemus: cauſam fingens, ut ex particularibus (26) treugis, largior occaſio ad univerſales (27) præberetur. Audite mirabilem calliditatis aſtutiam, conſiderate ſigna prorſus à qualibet veritate remota, dum pacem habere vobiſcum ſe ſimulat, ut (28) Lombardos, ad tempus pro treugarum ſuffragio (29) reſpirantes, contra (30) nos ſecurius in (31) rebellione confirmet: utque(32)contra nos, ad diſcordiam, medio tempore venientium ad vocationem ſuam ſubſidia Prælatorum licentius præparet, ſpem nobis concordiæ pollicetur. Et ut evidenter ad oculum videatis, quod pro diſcordia potius Concilium indicat (33), quam pro pace, formam convocationis attendite. In qua nihil omnino de futuræ pacis tractatu deſcribitur: dum (34) negatum nobis ante Concilium, poſt rebelles noſtros per nos aggreſſos (35) hoſtiliter, nititur advocare. Conſiderate perſonas, dum ſpretis magnificentiæ noſtræ nunciis, per quos ſibi tractatum pacis hujus (36) frequenter obtuliſtis: nunc manifeſtos (37) excellentiæ noſtræ rebelles N. & N. (38)

(26) *particularibus* l. univerſalibus. (27) *largior occaſio ad univerſales* l. ad ſynodum ſecuritas largior. (28) *ut* l. &. (29) *ſuffragio* l. ſuffragia. (30) *contra* l. ut contra. (31) *in* l. poſtmodum in. (32) *utque* l. ut quia. (33) *indicat* l. adduceret. (34) *dum* l. tempus inſpicite dum. (35) *poſt rebelles noſtros per nos aggreſſos* l. poſtquam nos eſt aggreſſus. (36) *hujus* l. hujusmodi. (37) *nunc manifeſtos* l. nunc provinciæ Comitem manifeſtum.

N. (38) cum quibus in necem noſtram, data ſibi pecunia, prout eſt publica voce notorium, conjuravit, vocat expreſſis nominibus ad ſynodum ſupradictam. Verum quantumcunque ſint clara calliditatis indicia, quibus iſte Romanus Pontifex noſtram circumvenire credidit puritatem, tamen ob reverentiam ſummi regis, ſic Epiſcopo nominato duximus reſpondendum: Quod nos cum ſacroſancta Romana Eccleſia, matre noſtra, diſcordiam aliquam non haberemus: ſed ab ejus (39) Romani Pontificis impetu juſtitiam Imperii (40) defendimus, & injuriam propulſamus. Nihilominus tamen pacem cum ipſo ſemper habere optamus (41). Propter quod, quo generale mundi diſpendium evitemus, & (42) tractatus pacis, à remotis partibus non quæratur. Per eundem Epiſcopum & alios bonos viros, juſtitiæ noſtræ conſcios, & communis concordiæ zelatores, ad præſentem tractatum pacis, ut mala de medio citius auferantur, obtulimus nos paratos: treugas etiam (43), nobis velut ad guerræ præſidia munitis, infeſtas inire conceſſimus cum eodem, ſperantes per eam (44) velut ſalutiferam ſcalam poſſe ad alta palatia pacis aſcendi. Lombardos etiam, ex nexu treugarum hujus (45) Excellentiæ noſtræ rebelles, ſicut ſemper excluſimus, ſic & in perpetuum excludemus:

O 2 nec

(38) *rebelles N. & N.* l. rebellem ducem Venetiarum, Marchionem Eſtenſem, Comitem S. Bonifacii, Albricum de Romano. (39) *ejus* l. hujusmodi. (40) *Imperii* l. Imperii noſtri. (41) *optamus* l. optavimus & optamus. (42) *&* l. & ut. (43) *etiam* l. etiam licet. (44) *eam* l. eas. (45) *hujus* l. hujusmodi.

nec inter nos & eum durante præſenti diſcordia, vocari Concilium per eundem, velut per publicum Imperii hoſtem permittemus. Præſertim cum nobis, Imperio, & terræ principibus indecentiſſimum judicemus, cauſam (46) noſtrorum ſecularium poteſtatum, Eccleſiæ foro ſubjicere, vel judicio ſynodali. Sed omnibus ad ipſum Concilium convocatis, per terram noſtræ ditioni ſubjectam, ſecuritatem quamlibet denegamus. Quapropter Serenitatem regiam precibus exoramus, quatenus ad (47) Prælatos omnes (48) regni veſtri (49), vulgata programmata divulgetis (50), ut nullus ſub ſecuritatis noſtræ fiducia ad ſynodum ipſam accedat. Nos enim, quantumcunque fidelibus regni veſtri, ob amorem præcipuum, quem erga vos gerimus, libentiſſime deferamus: præſumptuoſam tamen temeritatem eorum, qui prohibitionis noſtræ temerarii violatores (51), ad inimici noſtri vocationem accedent (52) nos non decederet ulterius æquanimiter tolerare (53).

Cap.

(46) *cauſam* l. cauſas. (47) *ad* l. per. (48) *omnes* l. omnes & ſingulos. (49) *veſtri* l. veſtri edicti regii. (50) *vulgata programmata divulgetis* l. vulgato programmate divulgatis. (51) *violatores* l. præſumtores. (52) *accedent* l. accederent. (53) *tolerare* abeſt.

Cap. XXXV.

Scribit Rex Franciæ univerſis Cardinalibus, quod cum Romana Eccleſia, multo tempore paſtore vacaverit, talem Pontificem eligant, qui merito Chriſti vicarius dici poſſit.

PHilippus Dei Gratia Rex Francorum, univerſis Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, dilectis amicis ſuis, ſalutem & plenitudinem ſummi boni. Cum Papalis ſit dignitas orbis caput, orbis regimen, orbisque majeſtas, admirari compellimur, turbari compellimur, dolore compellimur & triſtari: quandoquidem vos, quos mundi cardines reputamus, quos totius firmamentum fidei reputamus, poſtquam beatiſſimus pater Gregorius vitam deſerens, de vita carnis vitam petiit ſanctiorem, in concordia videmini tam diſcordes, quod tempore vigiliarum dormitis, & vigilabitis forſitan cum fuerit dormiendum. O Petri ſedes, quanto tempore vacaviſti? cujus ſucceſſor exolvens naturale debitum, Mauſoleo recludi minime conſuevit, niſi ſucceſſore prævio concorditer ſubſtituto. Ecce quidem nobilis urbs Romana ſine capite vivit, quæ caput extitit aliarum. Quare? Certe propter diſcordiam Romanorum. Sed quid eos ad diſcordiam provocavit? Auri cupiditas & ambitio dignitatum. Non enim, quid expediat, conſiderant, ſed quod volunt. Speciale commodum generali præponunt, & minus debite utilitatem præferunt honeſtati.

Hæc epiſtola, licet magis contra Imperatorem ſcripta videatur, quam pro eo: tamen cum inveniretur inter alias, & inſignia quædam contra Romanæ curiæ Cardinales continetur, minime eam omittendam duximus.

O 3 Quo-

Capita 35. 36. 37. 38. & 39. in Manuſcripto deſunt.

Quomodo igitur regent alios, qui ſeipſos regere non noverunt, qui inimicis proſunt, & amicos lædunt, & ſibi nihil peragunt ad profectum? Conſueverat quidem olim Romana curia honeſtate fulgere, ſcientia, moribus & virtute, nec fortunæ minis aliquatenus expergiſci: quia ſibi firmius in virtute, quam in caſu præſidium collocavit. Nunc vero eos effera conterunt, quos proſpera extulerunt. Et dici poteſt non CURIA ſed cura, marcam deſiderans plus quam Marcum: dum ſalmonem legens, deſpicit Salomonem. An Cæſaris tyrannidem pertimeſcunt? Sed hominem timere non debet, cui Dominus eſt adjutor. Sunt enim quidam principes temporales, quibus quod libet licet, quod licet poſſunt, quod poſſunt audent, quod audent faciunt: alumnis moleſtum videri non debet, ſi fortitudinis clypeum non contemnunt; eſt enim fortitudo conſiderata periculorum ſuſceptio, perpeſſioque laborum. Et quia eſt de fortitudine ſatis dictum, nunc de prudentia ſubjungatur, quæ adeo utilis, immo neceſſaria eſt Prælatis, quod ſine illa, ſuæ dignitatis gloriam non merentur. Veruntamen præterire non libet, quod prudentia eſt ad malum, quando qui honorem deſiderant, onus vitant: præeſſe deſiderant, præfectum negligunt ſubditorum, ſolicitudinem fugiunt & laborem, intendunt ſomno & libidini, & ludis & epulis delectantur. Tales utique paſtores, non paſtores, ſed lupi impiiſſimi dici poſſunt, quorum perfidia, ſancta mater Eccleſia conculcatur, fides conteritur, ſpes ſubtrahitur, & charitas radicitus extirpatur. Vos igitur qui columnæ remanſiſtis eccleſiaſti-

cæ

cæ firmitatis, animadverſione reſpicite diligenti, ſi alicujus gratia, odio vel timore poſtponenda facitis, vel poſtponitis facienda, nec pro tuenda eccleſiaſtica libertate, de Francorum ſubſidio dubitetis, quia regnum, perſonas & pecunias veſtræ committimus poteſtati. Non enim timemus alicujus principis, ſive odium dici oporteat, ſive fraudem quem neſcimus, quo nomine appellemus, cum rex eſſe poſtulet, & ſacerdos. Cæterum cum jus, regnum in eandem perſonam cum ſacerdotio non concedat, relinquitur, ut oſtendat, quo jure percipiat ſacerdotii dignitatem. In vacua non venit. Dum vobis ineſt authoritas eligendi, uſucapere non potuit, quia tantum temporis nondum fluxit. Emptio veſtra ceſſat, cum res ſacra ſit ab omni venditione penitus aliena. Reſtat igitur, ut quod ſuum fieri nequit occupet violenter. Conſiderate itaque diligenter vos, ad quorum manus reſpicit totus mundus, quid veſtræ prudentiæ ſit agendum, firmitatem diligite, veritatem ſervate, Deum timete, reſiſtentes viriliter pravitati, cui nimis colla ſubmittitis, & ultra. Sed dicere nolumus, ne forte videamur arroganter ponere os cœlum. Quod ſi dignitas non facit hominem reverendum, ſi contagione ſordeſcit improborum, ſi nequitia Prælati decidit in contemptum, quid reſtat, niſi quod indigna eſt confuſio dignitatis? Eapropter loco Petri talem Pontificem eligere procuretis, qui merito Chriſti vicarius dici poſſit: paſtor bonus, & firmitatis Eccleſiæ conſervator: cujus ſupereminens claritas, & doctrina Sole lucidior, populum alluminent Chriſtianum. Nec magna ſit oratio inter vos, aut longum conſilium,

de prædicto : ſed Spiritus Sancti gratia excitatus, exurgat leo dormiens de cubili, rugitu cujus mundi princeps contremiſcant.

Cap. XXXVI.

De admiranda Pontificis Romani iniquitate contra Fridericum.

AEmula regum & principum orbis terræ, ac conſortium impatiens, dudum in ſuperbiam ſeculorum liberaliter adducta Romana ſedes, propter illius, qui princeps eſſe dicitur ſacerdotum, in ſuum adverſus nos præconceptum odium, ad univerſale ſcandalum ſic exarſit, adeo adverſo Eccleſiaſticæ religionis ordine, præter mandata legis, quorum lator & pater eſſe debuerat, quæ pervertit, dum ſe hoſtilibus rebus immiſcens, dubios bellorum eventus, cædes hominum, obſidiones urbium & univerſitatum procurat: & undique pericula populorum ſponſam Chriſti Eccleſiam, matrem noſtram, cujus authoritate libitum pro licito ſequitur, è ſanctuario Dei ſuarum vindictam inimicitiarum exercens, reddit (proh dolor) mundo notabilem, ut ſub tam inconſtanti & volubili rerum actore, qui præſidet, & nomine Eccleſiæ diverſa variat & confingit, experientia facti ſingulos edocente, non immerito ab Eccleſia, pro ejus præſide, ac patre, mendacii meticuloſa ſuſpicio cordibus hominum inſeratur. Quapropter devotionem tuam contingentia non patimur ignorare. Nuper enim per quoſdam de majoribus fratribus ſuis, & religioſos alios viros aſpirantes ad quie-

quietum Eccleſiæ ſtatum, & piis zelantes deſideriis bonum pacis, adhibita eſt cura propenſior intuendi modum, & habendi tractatum. Per quem inter nos, pontificem & phariſæum iſtum, contra noſtri honorem nominis prava conſilia colligentem, ad certum tempus treugarum compoſitio fieret, infra quod per te, quem habemus in omni dilectione præcipuum, & alios principes orbis terræ, ad integræ pacis reformationem opportunitas commodior haberetur. Cumque nos iisdem viris inventoribus hujus viæ, præter ſpem & creditum, pro Eccleſiæ reverentia condeſcendere dignaremur. Gregorius dictus Papa petebat Lombardos rebelles noſtros & noſtri bannitos Imperii treugis ipſis debere muniri. Quibus excluſis treugas ipſas non poterat acceptare, ut evidentiorem daret omnibus intellectum, quod negotium rebellium Lombardorum fovit, & fovet, in noſtrum odium manifeſtum. Illud gerens & reputans velut ſuum, quanquam hactenus alias palliarat, quod non in favorem ipſorum, ſed ob transgreſſiones noſtras alias, quas fingebat, contra nos ad excommunicationis ſententiam proceſſiſſet. Quod intolerabile viſum eſt nobis, ut rebellibus noſtris diutino guerrarum diſcrimine fatigatis, & in majori parte depreſſis, treugas concedere deberemus. Ad quorum perſecutionem & vindictam, accincti, vexilla neceſſaria, & præpotentia caſtra noſtra, triumphaliter duximus educenda. Et licet nobis in confinio caſtrametatis Campaniæ, ſuggereretur inſtanter ad ingreſſum illius provinciæ data plena fiducia de obtentu, ſuper quo doloris gladius ad injuriatoris noſtri animam per-

tranſiret : nos tamen ad præſens ob honorem Dei, & reverentiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli : quibus , utpote qui ſacrum Imperii diadema de ara beati Petri ſuſcepimus, eſſe volumus non ingrati : ab ingreſſu & receptione ipſius terræ deſtitimus : expectantes interim , ſi noſtrum injuriatorem omiſſa vexatio revocet ab offenſis. Præterea non patimur te latere qualiter homo iſte dictus Papa , in obſidione Ferrariæ civitatis Imperii , & Salinguerræ fidelis noſtri, Bononienſibus, Venetis, & aliis convicinis noſtris rebellibus convocatis, legatum ſuum cum Mediolanenſibus fecerit convenire, ducem ibidem exercitus, & rectorem , qui adeo cum ſuis complicibus eundem Salinguerram & Ferrariam, in exhæredationem Imperii coarctavit , quod à ſuis proditus, receptis tamen promiſſionibus & pactis , de indemnitate perſonæ ſuæ , ac rerum ſuarum , & de ſalubri mora ſua in eadem civitate, nec non per eundem legatum ducem Venetiarum , poteſtates , rectores , capitaneos exercitus, & generaliter per totum exercitum juramento firmatis , nomine Eccleſiæ, juramentum impendit , ac ſæpe dictam civitatem aſſignavit Eccleſiæ ſpecialiter poſſidendam , commiſſa fide ſua fidei legati Eccleſiæ , quod præſtita & jurata ſibi ſecuritas plenarie ſervaretur. Sed poſt deditionem civitatis & ſuam, legatus idem eadem celebritate qua præſtiterat juramenta , cum prædictis omnibus dejerando , demolitis domibus & bonis ejusdem Salinguerræ , ipſum ſimul duxere fide mentita Venetias captivatum. Ecce qualis invenitur in legato fides ? qualis de patre legati mentiendi prodat authoritas ? ut

fidem

fidem reputent, fidei juramenta non ſervare. O quam peſtiferum ab Eccleſiæ rectoribus emanat exemplum? quam evidens omiſſa veritate deceptio? ut regibus & principibus orbis, quibus propter impatientiam invident, ſint præcipue præcavendi, ne de facili ſe præbeant in manus eorundem, qui ſemper intercipere conantur incautos, & pium reputant innocentiam condemnare. Nos autem, qui omnes & ſingulos eorum, tum ex vicinitate, tum ab experto, intus & in cute jam novimus, taliter te per imaginem rerum ab eorum fallaciis cautum volumus obſervari, ut vobis intendamus præcavere, ſperantes in eo, qui reges & regna conſtituit, quod juſte injuriam propulſantes, violentiam nobis illatam, noſtrarum virium conamine propellemus, & in gladio juſtitiæ, quem authore Domino bajulamus, ſacerdotum gladios, quibus abjecta ſtola, lumbos ſuos inhoneſte præcingunt, juſtius retundemus. Dignum inſuper duximus ad tuam notitiam perferendum, quod idem Papa ſicuti eſt ſuis motibus præceps, & inconſtans in omnibus viis ſuis, ſtrenuis viris de Francia, cruce ſignatis, & pro voti executione ad iter accinctis, prohibuit cenſura Eccleſiaſtica, ne tranſeant in præſenti, non attendens neceſſitatem Chriſtiani exercitus, in ultramarinis partibus commorantis: cui in emergentis caſus articulo, nedum de cruce ſignatis, ſed de noviter conſignandis deberet in auxilium ſubvenire. Unde ab operibus ejus, quæ ſuo teſtimonio profitetur authorem potes agnoſcere, quod duplicitas viarum ſuarum ſcandalum generet, & totius univerſitatis incommodum ſubminiſtret.

Cap.

Cap. XXXVII.

Sacerdotium conqueritur de fratribus Prædicatoribus Minoribus, eorumque faſtum reprimi petit.

LAchrymabili querimonia cogimur explicare normam enormem in noſtrum contemptum, & generale ſcandalum introductam: per quam augeri robur fidei dum creditur, oritur error, & diſſenſionis materia propagatur. Nam fratres Prædicatores & Minores, qui poſt ſuarum religionum exordia, contra nos odio & rancore concepto, vitam & converſationem noſtram reprobam prædicando multifariam depravarunt, nos & jura noſtra minoraverunt in tantum, quod ſimus jam ad nihilum redacti, & qui olim ratione officii dominabamur regibus, principes ligabamus, increpationes faciebamus in populis, nunc ſimus in opprobrium & deriſum, & celeberrima laus noſtra verſa eſt in fabulam omni carni. Tacemus autem qualiter prædicti fratres, in alienam meſſem paulatim manum immittentes, clerum ſingulis dignitatibus ſupplantarunt, & ſibi pœnitentias, & baptiſmata infirmantium, unctiones & cœmiteria uſurpantes, in ſe omnem vim & authoritatem clericalis miniſterii aſtrinxerunt. Nunc autem ut jura noſtra potentius enervarent, & à nobis devotionem præciderent ſingulorum, duas novas fraternitates creaverunt: ad quas ſic generaliter mares & fœminas receperunt, quod vix unus & una remanſit cujus nomen in altera non ſit ſcriptum. Unde convenientibus ſingulis in Eccleſiis eorundem, noſtros

ſtros parochianos maxime diebus ſolennibus, habere non poſſumus ad divina: imo, quod deterius eſt, nefas credunt, ſi ab aliis quam ab ipſis audiant verbum Dei. Propter quod factum eſt, ut debitis decimis & oblationibus privati vivere non poſſimus, niſi nos ad aliquod opus, vel ad artes mechanicas, ſive ad quæſtus illicitos convertamus. In nullo deinceps differt à laicis ordo noſter, & ab eorundem conditione diſcrepare natura in aliquo non videtur: imo noſtra deterior eſt in multis, quia nec laici cum ſalute, nec clerici eſſe poſſumus cum honore. Quid ergo aliud ſupereſt, niſi ut Eccleſias noſtras conditas ad Dei & ſanctorum ſuorum honorem, funditus diruamus, & in quibus nihil aliud cultus & ornatus remanſit, quam tintinnabulum & vetus imago fuligine ſuperinducta? Proh dolor, plura loca, quæ olim pro devotione fidelium multis ſignis & miraculis coruſcabant, privatarum perſonarum ſuppellectilibus jacent plena, ſacrataque altaria multo hactenus ornatu compoſita, vix uno nudo linteamine, vel perforata ſindone veſtiuntur: pavimenta etiam multo ſtudio dudum lota, & herbarum, odorum, & florum ſuavitate compluta, nunc pulvericata ſordeſcunt. Ipſi vero Prædicatores & Minores, imo noſtri Prælati potius & majores, qui à domiciliis & tuguriis inceperunt, domos regias & palatia ſubnixa altis columnis & officinis diſtincta variis erexerunt: quorum impenſæ deberent in uſus pauperum erogari. Et qui prius in naſcentis eorum religionis exordio, depoſito faſtu, calcare mundi gloriam videbantur, nunc faſtum reſumere, & amplecti videntur

gloriam

gloriam quam calcarunt : & ſub paſſivi literatura, activi retinendo naturam, ſibi legem uſurpant generis deponentis. Hi dum nihil habent omnia poſſident, & carentes divitiis cunctis fiunt divitibus ditiores, nosque qui aliquid habere dicimur, mendicamus. Supplicamus itaque, Majeſtatis veſtræ pedibus obvoluti, quatenus ſuper hujus morbi degraſſantis magnitudine providentes, medicinæ celeris remedio ſuccurratis : ne inter nos & fratres jam dictos, torrente odii ſuccreſcente, fides inde patiatur naufragium, unde ſuſcipere creditur incrementum.

Cap. XXXVIII.

Epiſtola Caroli primi Regis Siciliæ, ordinata per Clementem Papam IV. ad Petrum Regem Aragoniæ.

SI ſanæ mentis conſideratione libraque tuum appendiſſes conſilium, profecto tuas rapidas manus more violenti prædonis ad regnum noſtrum Siciliæ non extendiſſes, quod cum multis bellorum anguſtiis, & ſanguinis effuſione lotis ſtolis, in proprio noſtro ſanguine ab occupatione eripuimus, matre jubente & ſuadente Eccleſia, nulla honoris aut lucri affectione protractus, aliquatenus convertiſſes. At veriſſime videmus, quod tuum eſt infatuatum conſilium. Quia tuam rapacem dexteram auſus fuiſti extendere, ut capta præda, captisque ſpoliis exultares, non conſideraſti, improbiſſime hominum! matris Eccleſiæ inſuperabilem excellentiam, quæ cunctis nationibus habet

bet imperare, & cui totus orbis terrarum, & omnes obediunt nationes. Hæc eſt quam terra, pontus ætheraque colunt, adorant, prædicant, & tenentur omnes qui ſub Sole ſunt, reddere tributaria debita, & præſtare obſequia capitibus inclinatis. Non conſideraſti noſtræ Celſitudinis potentiam, quæ altitudinem collium ducit ad plana, montium cacumina ducit ad infima, ſuperborum elata cornua deſtruit, confundit, prava in directa convertit, & aſpera in vias planas ducit. Quod, ne exempla à longe petantur, conſidera, ad quid Manfredi, principis Tarrentini, filii Friderici, olim Romanorum Imperatoris, devenerit ingenioſa potentia, dum in campo Beneventano contra noſtrum exercitum bellaret. Ubi eſt ejus inſuperabilis dignitas? Ubi locorum & ſolatiorum amœna jucunditas? Ubi divitiarum affluentium fœcunditas? Omnia hæc cum ſuo regno, ducatu, & toto ejus dominio, una & media dies ſubiit & ejecit, dum in campo belligero contra noſtram potentiam appareret. Animadverte inſane, ad quid Conradini, quondam affinis tui, devenit elata potentia, & quomodo innumerabilis ejus exercitus, noſtra in acie concluſus. Et quamvis prædo comprehenſus in præliis, & recto judicio mortis patibulum forſan meruiſſet, attamen crudeliſſimi ſpiculatoris gladio, paſſus fuerit ſupplicium diræ mortis. Omnia hæc debuerunt te terrere inſipiens. Sed dicis in corde tuo, non eſt Deus, corruptus es, & abominabilis factus es in gentibus, dum in talibus matrem offendis Eccleſiam, hoſtem te præparas cæteris Chriſtianis. Sputum miſiſti in cœlum, ipſum in faciem tuam cadit.

cadit. Omnis qui ſe ultra ſtaturam ſuam erigit, ſuperbo ſpiritu ad alta attendit, ſui ruinam attinget. Fatuum namque & ſtultum eſſe cognoſcitur, aliquem contra majorem, cui par eſſe non poteſt, contendere, & debilem inermem aſſurgere contra fortem. Nam ſua temeritas triſtem ſibi parit eventum, & ſemper ejus vota ſucceſſibus carent. Quare tibi præcipiendo mandamus ut confeſtim lectis apicibus noſtris, de regno noſtro Siciliæ, cum tua gente ſic imperioſa diſcedas, & nunquam reverſurus ab eo totaliter te abſentes. Alioqui noſtra victricia contra te & gentem tuam (Deo dante) cujus res agitur, tam per mare quam per terram ſic magnifice, ſic potenter arma dirigent, quod de te & gente tua, & de proditoribus regni noſtri Siciliæ exterminium faciemus, quodve erit illis, qui ad vaſa non poterunt habere recurſum, & qui ſe non poterint à potentia noſtri mirifici exercitus abſentare. Datum Miſenæ 15. Calend.

Cap. XXXIX.

Reſponſio domini Petri Regis Arragonum ſupra præmiſſis.

DE tua magna arrogantia ſuperba emanavit epiſtola, quæ in ſingulis ſuis partibus terribilis coruſcationis viſa eſt ignes evomere, fulguris ſagittas emittere, & atroces minas ſermonibus eructare. Cujus quidem epiſtolæ intellecto & conſiderato tenore, de nullius ſtateræ juſtitiæ, ejus manabant loquelæ, ſed omni humilitate vacuæ, procelloſas

ſas ampullas & minarum grandines ſpargebant. Sed conſiderare debebas, quod neque leporinam imitamur naturam, quod pertimeſcamus verborum tuorum minas, frondibus arborum leviores. Neque meticuloſarum ranarum mores perſequimur, quæ quovis ſono puſillo territæ fugiunt, ſe in ſecuras ſuorum ſtagnorum latebras recipientes. Scito enim & non niſi experimento cognoſcere poteris, ſi noſtros pedes convertimus in fugam, & ſi latebroſa receptacula repetemus. Hac autem occaſionis ſtrage terra madeſcet, hac vero ſanguinis effuſione mare tingetur. Nam ipſius procella liquida tincta liquoris cruore perempta, corpora ad peregrina littora transportabit: tunc ſcies in quo Arragones offendentur, cum ſine ſtrage utriusque partis bella non poterint procedere. Sed ſperamus in Domino, in quo totum noſtrum cogitatum, & anchoram noſtræ ſpei jactabimus, quod ſic manus noſtras docebit ad prælium, & digitos noſtros fortificabit ad bellum, quod ingemiſcet & dolebit Gallica natio, de bellico exterminio gentis ſuæ triſtis erit provincia, & ſic Rachel lugebit de interfectione filiorum ſuorum, dum non videbit eos ſua ſublata venerari. Inſons Appulus & Calaber ingemiſcent, & Latinus & Græcus in organum miſeræ lamentationis prorumpent. Tunc dicetur à ſingulis: Beatæ ſunt ſteriles, quæ non conceperunt, & beatæ ſunt mammæ quæ nullum filium lactaverunt. Inflatus etiam tenor epiſtolæ tuæ præfatæ, oſtendit Regis Manfredi, quondam ſoceri noſtri, nobilem potentiam in acie concluſam: ac Regis Conradi-

ni, affinis noſtri, floridam adoleſcentiam ſpiculatoris gladio ac injuſto judicio peremptam, non ſine elatione tui ſpiritus te jactare. Sed conſiderare debes, ò impie! quod unde credis tibi acquirere gloriam, inde tibi infamiæ nomen aſſurgit, & periculum reſervatur. Sanguis enim ipſorum vociferatur ſuper terram, & juſtæ lachrymæ, miſerandæ matris Regis Conradini aſcendentes ad æthera cœli, jam pulſaverunt tribunal, & effuſæ in conſpectum juſti judicis & Regis æterni jam meruerunt exauditionem attingere. Sed tu verum regem juvenem, adoleſcentem, agnum ſine macula, jura ſui regni recuperare volentem, tua falſa & feroci ſententia turpiter occidiſti. Credis tam facinoroſum ſcelus ſine pœna tranſire, & peccatum tranſire ſic enorme? ò nefas, quantum tuus furor à rectitudinis tramite deviavit. O ſcelus nefandum, quis unquam princeps captum principem trucidavit? Nonne ille magnificus Alexander captum Porum Regem Indorum in bello non occidit, ſed potius conſervavit? Et ne exempla à longe petantur: nonne tu, & magnificus Rex Francorum, frater tuus, capti à Saracenorum Soldano, implorantes miſericordiam, fuiſtis conſecuti miſericordiam? Tu vero Nerone Neronior, & Saracenis crudelior, innocentem agnum in tuo incluſum carcere, mortis ſubjeciſti judicio. Propter quod deſtruet te Deus, quia tam nefaria præſumpſiſti, pervertendo regum & ducum clementiam, in veritatis contrarium, & parcendi genus in ſeveram ultionis atrocitatem impie pervertendo. Viri enim

ſan-

ſanguinum & doloſi ſuos dies dimidiare non poterunt, nec regna diu ſtabunt quæ clementia non confirmat. Conſidera, conſidera proterve, quantas afflictiones miſeris regnicolis intuliſti? Quia nonſolum non eras contentus, ipſos indebitis actionibus & oneribus gravare: ſed varias vias & occaſiones, tinctas colore mendacii invenire conatus es, per quas ipſos pro rebus reos faceres, & tanquam à Barbaris aurum ſubtiliter extorqueres; & quos puræ fidei tenebat integritas, ipſos mendaciorum infamia denigrabas, ut eos ſubſtantiis ſpoliares, & indifferenter, omnes proditorum infamia maculabas, ut eorum ſubſtantiam tu inſatiabilis uſurarius uſurpares; & demum ipſis inſontibus, diræ ſupplicium mortis infligebas. Unum tamen Deo nefandum cunctisque nationibus odioſum, ab horrenda Gallica natione non absque Dei judicio fuit commiſſum, quod tua prava gens Gallica lectum miſerorum regnicolarum, non ſine magna & gravi eorum injuria violabat. Et cum pro indicandis eorum injuriis, & puniendis hujusmodi ſceleris patratoribus attentabant recurrere, aditus negabantur eisdem. Tu vero tanquam ſurdus & obaudiens, non intelligere neces calamitoſorum clamantium ſimulabas, & ſic audacia ſceleris indultis creſcebat, pullulabat undique licentia tam nefandi ſceleris patratorum. Hæc & alia innumerabilia ſcelera, de ſummo cardine Deus ultionum aſpiciens, tuum, ut veraciter credimus, dominium diſſipabit, tuamque ſuperbam poten-

tiam deponet de ſede, noſtramque humilitatem dignabitur exaltare. Nam Deus ut juſtas iras ultore plectit gladio, neque virgam ſuper ſortem juſtorum diu ſtare permittit, ne extendant juſti ad impios manus ſuas. Cur ergo impie, tanquam tuba exaltas vocem tuam? nonne deſinis ab ira, nonne deſinis? ſed ſemper in tua ſuperbia malignaris? jam enim nomen regis non habes cum regnum amiſeris: hoc tibi accidit nutu divini flaminis corda Siculorum tangentis, nec cognoſcis improbe caſum tuum. Jam tua cadit ſuperbia. Nam Deus reſiſtit ſuperbis, frangens ſuperborum elata cornua, reſpiciens humilitatem humilium; juſtam namque cauſam fovemus, namque hæreditaria jura regni Siciliæ, ducatus Apuliæ, & Capuæ principatus, ſereniſſimæ dominæ uxoris noſtræ, filiæ Regis Manfredi, amitæ Regis Conradi proſequimur. Ad cujus proſecutionem, nobis jam Deus vias proſperas præparabit, per quas te, Deo, cunctiſque nationibus odioſum evellamus & penitus contundamus, & non poteris contra nos tuo exercitu proſperare. Nos enim contra te ſic hoſtiliter, ſic potenter cum noſtris victricibus inſigniis, veniemus, quod te & prolem tuam de facie terræ delebimus, & Leonem, qui pullos Aquilæ interficiens deplumabat, ſic noſtri draconis interficiemus morſibus toxicatis, quod de eo non erit amplius

amplius mentio ſuper terram. Tunc ſcies & ſenties quid Arragonum dextera poſſit, & quid tibi profuerit regum interitus & effuſio ſanguinis innocentum, ſceleſte. Datæ Palernæ, Cal. &c.

FINIS LIBRI PRIMI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPITA LIBRI SECUNDI

Epiſtolarum Petri de Vineis.

DE bellico conflictu Mediolanenſi, & captione currus ac Poteſtatis eorundem. Cap. I.

Regi Franciæ, & aliis regibus & nobilibus, ſuper obſidione civitatis Viterbienſis. — Cap. II.

Petrus de Vineis principibus Alamaniæ ſuper captione currus Mediolanenſis miſſi ad urbem. Cap. III.

Ezelino, ſuper deditione civitatis Faventiæ. Cap. IV.

Principibus & univerſis fidelibus ſuis, quomodo fuit debellatus ante Parmam. Cap. V.

Petrus de Vineis, cuidam amico ſuo ſignificat de continentia exercitus Imperatoris. Cap. VI.

Petrus de Vineis, ſuper deditione Imperatori cujusdam civitatis. Cap. VII.

Senatori & populo Romano, inferendo eis graves injurias. Cap. VIII.

Cuidam Comiti, ut paret ſe ad procedendum cum ipſo contra inimicos. Cap. IX.

Regibus & principibus, de proditoribus ſuis, & Peruſinorum conflictu. Cap. X.

Militibus ſuis, ut de ſtipendiis non miſſis non murmurent, promittendo eis providere magnifice. Cap. XI.

Ezelino

Ezelino de Saracenis redeuntibus ad mandata. Caput XII.

Piſanis ut procedant viriliter contra Lucanos. Cap. XIII.

Tyburtinis, confortans eos ut firmi ſint in fide, promittendo eis multa bona. Cap. XIV.

Comitibus & nobilibus Marchiæ, ut parent ſe ad procedendum armata manu contra rebelles. Cap. XV.

Mediolanenſibus, ut ceſſent ab hoſtili impugnatione. Cap. XVI.

Cuidam principi, de promiſſione expenſarum, narrando facta. Cap. XVII.

Regi Caphedino, qui Mahometum adorat. Cap. XVIII.

Reſponſiva ad præcedentem. Cap. XIX.

Alfonſo primogenito regis Caſtellæ, dilecto nepoti ſuo, de captione prædictorum. Cap. XX.

Fulginatibus, animans eos in fide, mandans eis ut contra rebelles procedant cum Capitaneo. Cap. XXI.

Cuidam nobili, ut reducat ad fidem villam regimini ſuo commiſſam, quæ à fide deviaverat. Cap. XXII.

Capitaneo ſuo in Thuſcia, ut ſtudioſe procedat, ſuper eisdem. Cap. XXIII.

Cuidam Capitaneo ſuo, quod habito triumpho de latronibus revocabit eum ad ſe. Cap. XXIV.

Ezelino, *ſcribens ei quod proſpere vivit*, & *fatigatus laboribus requieſcit in regno.* Cap. XXV.

Cremonenſibus confortans eos in fide, & *aſſerit ſe cito iturum ad partes illas*, *in exterminium rebellium.* Cap. XXVI.

Eisdem narrans ſuos eventus. Cap. XXVII.

Cuidam nobili, *ut perſeveret in operibus quæ incepit.* Cap. XXVIII.

Capitaneo regni, *ut præcipiat portare * fodrum ad exercitum.* Cap. XXIX.

* Fodrum dictio Germanica, idem denotat quod pabulum.

Ezelino de captione cujusdam civitatis. Cap. XXX.

Juſtitiario regni, *ſuper exactione pecuniæ.* Cap. XXXI.

Communi civitatis, *ut ſubveniant ei in aliquo*, *ad ſolutionem debitorum.* Cap. XXXII.

Capitaneo Marchiæ, *confortans eum*, *dicens*, *quod intendit eum revocare*, *quam cito habebit victoriam in commiſſo ſibi officio.* Cap. XXXIII.

Bononienſibus quod non elevent ſe in ſuperbiam, *propter victoriam habitam de filio ſuo*, & *quod in continenti liberent.* Cap. XXXIV.

Fridericus ſignificans domino Papæ & *Cardinalibus victoriam habitam de Mediolanenſibus.* Cap. XXXV.

Magiſtris portulanis, *de armatura facienda contra Januenſes* & *Piratas.* Cap. XXXVI.

Capua-

Capuanis de captione Vercellarum, & celeri deditione Parmæ. Cap. XXXVII.

Magiſtro juſtitiario, & hominibus Terræ laborum, de exercitu ſuo, & exigenda collecta. Cap. XXXVIII.

Magiſtro juſtitiario, ſuper exactione collectæ, narrando qualiter ſcribit ſuper hoc fidelibus ſuis. Cap. XXXIX.

Fidelibus ſuis, de victoria habita per filios ſuos in Lombardia & Thuſcia. Cap. XL.

Officialibus ſuis, quomodo expugnatus fuit ante Parmam, & ut non credant ſigillo priori & bullæ. Cap. XLI.

Fidelibus ſuis, de victoria habita contra Parmenſes, poſt expugnationem ſuam. Cap. XLII.

Fidelibus ſuis, ſuper deditione ſancti Germani. Cap. XLIII.

Fidelibus ſuis, de victoria habita contra volentes juvare Parmenſes, & de exactione pecuniæ. Cap. XLIV.

Manfredus ſignificat quibusdam Baronibus victoriam habitam contra legatum & exercitum Papalem. Cap. XLV.

Manfredus eidem, & ſuper eisdem, & ſignificat de morte Johannis proditoris regis. Cap. XLVI.

Fridericus cuidam nobili ſignificat, ſe iturum in Italiam ad confuſionem rebellium, propter quod mandat cum equis & armis paratum eſſe. Cap. XLVII.

Significat cuidam nobili fideli ſuo, proſperos rumores de exercitu ſuo. Cap. XLVIII.

Capitaneo regni Siciliæ, quomodo intendebat ire Lugdunum ad præſentiam domini Papæ. Cap. XLIX.

Fidelibus ſuis, de bello habito inter ipſum & Mediolanenſes. Cap. L.

Regi Sardiniæ, narrans ei triumphum ſuum. Cap. LI.

Significat cuidam nobili de regno ſuos proceſſus proſperos & felices. Cap. LII.

Comes Simon obſeſſus in caſtro Viterbii, conſiliariis comitis Caſertani pro ſubſidio ſuo. Cap. LIII.

Item comiti Caſertano, ſuper eisdem. Cap. LIV.

Tineoſus miles Viterbienſis Imperatori, ſuper eisdem, & quod celeriter veniat. Cap. LV.

Univerſi de caſtro Viterbii, Domino Imperatori; ſuper eisdem. Cap. LVI.

Capitaneus mandat exercitum congregari, juxta mandatum Imperatoris ſibi factum. Cap. LVII.

Vicarius reſpondet Imperatori, de prædicta congregatione exercitus, & petit pecuniam pro ſtipendiariis, qui equos & arma obligaverunt, propter defectum ſtipendiorum. Cap. LVIII.

Item ſuper eodem, vel quaſi. Cap. LIX.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLARUM PETRI DE VINEIS,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Liber II.

DE BELLO ET CONFLICTU MEDIOlanenſi & captione currus ac Poteſtatis eorundem.

Cap. I.

EXultet jam Romani Imperii culmen, & pro tanti victoria principis, mundus gaudeat univerſus. Erubeſcat illicita Lombardorum ſocietas, confundatur rebellis inſania, & pro tantæ ſtragis exitio, inimici populi contremiſcant. Pro omnibus tamen infelix Mediolanenſis ingemiſcat, & doleat, & amare prorumpat in lachrymas, de (1) tantis occiſorum catervis militum & civium captivorum, & à modo mundi obedire vel ſubeſſe (2) domino, aſſueſcat. Verum qualiter hoſtilis ſanguinis flumina Cæſareos tinxerunt gladios, qualiter inimicos cunctos Imperatoris potentia expugnaverit, audiatis. Poſtquam mirabilis machina (3) montis clari mœnia cum trabuccis & inſtructionibus aliis tormentavit, & poſtquam irreparabile Brixienſis regionis incendium multos terruit (4), Mediolanenſibus, Placentinis, & eorum

(1) *de* l. pro. (2) *vel ſubeſſe* deſunt. (3) *machina* l. Marchiæ. (4) *multos terruit* deſunt.

eorum fautoribus, qui ad Brixianorum auxilium venerant, Cæſar procedebat ferociter cum ſuo exercitu obviare. Cum vero ad pontis Lolii* (5) veniret prædia, idem Imperator magnanimus caſtrametatus eſt juxta prædia inimici, ita quod utriusque partis poſitionem exercitus, quædam aqua minima (6) dividebat, ubi multiplicatis viribus Cæſareæ Majeſtatis, ad miſcenda prælia erat avidus Imperator. Sed cum rebelles inimicos voluit aggredi, hoſtis puſillanimis, pugnæ formidans diſcrimina, in ſtagnis circumjacentibus ſe concluſit, cujus obſtante (7) munimine, penitus ordine belli non poterat inſiliri. Tandem prudentia principis uſa conſilio ſaniori, ibi dimiſſis hoſtibus in Cremonæ pontibus, cum veloci curſu Lolium pertranſivit. Sic (8) quod per hujusmodi fluminis marginem, ultra decem milia ſui exercitus ſecum trahens, in ponte Brixiæ ſigna direxit victricia, ut hoſtium regreſſum præveniens eos invaderet tranſeuntes, ſtatimque per ſeptem acies diviſo exercitu, inimicos, qui jam tranſiverant Lolium in prædiis Pergami pugna, quam paraverat (9) acriter inſilivit. Et ita Imperatoris militia ſe (10) præparavit ad prælium expedite, tanquam leones, quos fames extimulat, ad ſtabula curſitantes (11) armentorum; nec ulterius mora protracta, die vigeſimoſeptimo (12) menſis Novembris anno 1237. (13) undecima (14) Indictione utrius-

* alia exemplaria habent Verii.

(5) *Lolii* l. Virii. (6) *minima* l. praviſſima. (7) *obſtante* l. aſtantiæ. (8) *ſic* l. ſicque. (9) *paraverat* l. paraverant. (10) *ſe* abeſt. (11) *curſitantes* l. curſitant. (12) *vigeſimoſeptimo* l. viceſima. (13) 1237. deeſt. (14) *undecima* l. decima.

utriusque partis cunei præcurſores per Curtis novæ campos alternis curſibus impetuoſe ferientes (15), hinc inde conſortibus manibus, invicem clangore tubarum milites animantes, bellum terribile inceperunt : & ſubſequentibus turmis undique commixtis, alterutrum cum hinc inde foret diu dureque certatum, tandem (16) Mediolanenſis militia Cæſaris viribus fortiter interrupta, & usque ad ſuorum caſtrorum hoſpitia impulſa viriliter, incepit (17) quaſi curſu ruinæ multiplici jam labare (18) [nam multifariæ cædis pernicie Imperialis exercitus ignobile vulgus flagellando perurgens campum ſanguineum præcipiti populo tumulabat 19] Sed quis poſſet illius diei narrare pericula ? quis valeret hoſtium acervos cadaverum (20) ſcribere ? quis captivorum multitudinem (21) numerare ? Tandem enim (22) Deus juſtus judex jura reſpexit Imperii, & ad tanti caſus interitum, ſubito dejecit ſuperbiam rebellium Lombardorum, quod ipſo die triſte Mediolanum (23) cum ſuis fautoribus florem militiæ populique, Carocium cum Poteſtate viliſſime amiſerunt, & (24) hoſtibus, quotquot voluit, quisque de noſtris occidit, & quot (25) voluit, captivavit. Tandem relictis armis, tentoriis & curribus, ferri mortem irreparabilem populus fugiebat : ita quod major eorum pars

(15) *ferientes* l. furentes. (16) *tandem* l. tunc. (17) *incepit* l. cepit. (18) *ruinæ multiplici jam labare* l. ruino multiplicia jam labore. (19) *tumulabat* l. ſtimulabat (20) *acervos cadaverum* l. cadavera. (21) *multitudinem* l. pericula. (22) *enim* deeſt. (23) *Mediolanum* l. Mediolanenſes. (24) & l. & de. (25) *quot* l. quotquot.

pars in fluminibus ſe ſubmerſit. Tunc Cæſar præ omnibus ſuis (26) militibus, ſuæ virtutis potentiam eſt expertus. Ipſe enim inimicorum cuneos, manu propria feriebat. Tunc Theutonici ſuos gladios rubricarunt (27), tunc felices fideleſque regni milites collaterales principis mirabiliter pugnaverunt. Tunc miranda Papiæ militia ſe de Mediolanenſibus militibus vindicavit, & fidelis Cremona cum ſuis (28), civitatibus, ſecures ſanguine ſaturavit, & ſuas evacuaverunt pharetras Saraceni. Nunquam enim in aliquo bello ſic fuerunt cadavera cumulata, & niſi nox feſtine veniſſet, quæ hoſtium ſubtraxit reliquias, nullus eorum de manibus Cæſaris evaſiſſet. Sed mira res, quod in tam belli conflictu terribili., Imperialis exercitus extitit ſine damno. Sic itaque devictis hoſtibus & fugatis cum triumpho Cremonam venit inclytus Imperator; inde reformatum (29) Carocium Mediolanenſe cum Poteſtate filio Ducis Venetiarum, aliiſque captivis Cremonam accelerans (30) conſequenti die ad mandatum Cæſaris, ſui vexilli pertica usque ad terræ faciem turpiter inclinata, Poteſtate ad dedecus ligato ſuperius, & multitudinem (31) gentium magnis applauſibus prætereunte, ab elephante, qui caſtellum ligneum, & tubicinas cum vexillis Imperii gerebat in dorſo, per Cremonam ad laudem & gloriam principis trahebatur. Vere de throno Dei ſententia prodiit infe-

(26) *ſuis* abeſt. (27) *rubricarunt* l. rubenti ſanguine rubricarunt. (28) *fidelis Cremona cum ſuis* l. fideles Cremonenſes cum ſociis. (29) *reformatum* l. fortunatum. (30) *accelerans* l. acceleratis. (31) *multitudinem* l. multitudine.

inferens judicium ultionis, nam nec occiſis ſufficiunt ſepulturæ, nec Cremonæ palatia multitudinem capiunt captivorum. Quapropter Imperialis victoriæ feſtum, ſolenni gaudio fideles celebrantes populi, de tanti trophæi preconiis ingenti lætitia gaudeatis.

Cap. II.

Regi Franciæ, & aliis regibus & nobilibus, ſuper obſidione civitatis Viterbii.

SUbminiſtrante nobis (1) novorum emergentium varietate materiam (2), tam nova quam vetera ſcribere cogimur, ut ad vos plena notitia (3) noſtrorum eventuum, ex certa ſcientia perferatur. Obſidentibus nobis ſiquidem Viterbienſem civitatem, & (4) ad expugnationem ejusdem, pro infinita multitudine machinis præparatis, ex adverſo proviſa eſt ſummæ (5) ſubtilitatis & induſtri ævia, quæ propoſitum noſtrum à cœptis averteret (6): & juſtum animi noſtri motum, quem tam (7) inopinatæ perfidiæ contra nos, & Imperium noſtrum perpetratæ commoverat præter omnem ſpem noſtram & eorum meritum, ne ad vindictam nobilis (8) ira procederet, deliniret, ac inter omnes Eccleſiæ Romanæ Cardinales præcipuus amicus noſter ad talia (9) mitteretur, Otho videlicet ſancti Nicolai in carcere Tulliani (10) Diaco-

(1) *nobis* deeſt. (2) *materiam* l. innumera. (3) *notitia* l. lætitia. (4) & abeſt. (5) *ſumma* l. ſumma. (6) *a cœptis averteret* l. acceptis adverteret. (7) *tam* abeſt. (8) *nobilis* deeſt. (9) *talia* l. Italiam. (10) *Tulliani* l. Tulliano.

Diaconus, Cardinalis, qui ſuæ fidei puritate diffidentiam noſtram, ex præteritis non injuſte conceptam, ab intimo noſtri cordis evellens, & interceſſionis amicæ dulcedine noſtræ mentis (11) duritiem emoliret. Cui nullo modo ex fide poſſemus promiſſa * decredere, nec ex affectione preces (12) quantumcunque graviſſimas obaudire. Supplicavit itaque (13) iſte charus amicus noſter, homo bonus & purus, ex parte (14) patris & fratrum, ut ab obſidione Viterbii recedentes, impugnationes civitatis ejusdem, remotis inſultibus noſtris & dirutis (15) machinis laxaremus, quam magiſter Raynerius de Vitrio, (16), Cardinalis (17), ille, inquam (18), famoſus amicus noſter, ſtipendiariis undique & (19) baliſtariis congregatis, quibus [ut facilius hominum ſanguinem & vitam effunderem, 20] obſeſſus interius (21) defendebat, adhibitis ad miniſterium defenſorum obſequioſis manipulis, fratribus Minoribus, & Prædicatoribus ſuis, qui (22) manibus propriis tanquam ex pharetris ſagittas mortiferas educentes, jaculatoribus (23) remiſſionem quorumlibet peccatorum, quo ſecurius atque libentius noſtros occiderent, miniſtrabant. Nos autem Eccleſiæ matris noſtræ preces conſueta (24) jam exauditione devote ſuſce-

* decredere, id eſt, diffidere.

(11) *mentis* l. gratiæ. (12) *preces* l. præceps, (13) *itaque* l. itaque nobis (14) *ex parte* l. qui pro parte. (15) *dirutis* l. diruptis. (16) *Raynerius de Vitrio* l. G. de Viterbio. (17) *Cardinalis* abeſt. (18) *inquam* l. nequam. (19) *&* abeſt. (20) *effunderem* l. effunderet. (21) *interius* l. intrinſecus. (22) *qui* l. qui de. (23) *jaculatoribus* l. jaculatoribus ad vindictam. (24) *conſueta* l. conſuetas.

ſuſcepimus, quas tantus pater & tam familiaris amicus noſter, ut diximus, affectuoſiſſime porrigebat miras & ineffabiles (25) nobis pro parte ſummi pontificis & cardinalium omnium generaliter & ſpecialiter ex conſummatione pacis inter (26) & Eccleſiam gratias (27) promittens, expreſſim adjiciens & (28) ex ſtipulatione nobiſcum contracta ſolenniter repromittens, quod Simonem comitem Theatinum, & alios milites noſtros Theutonicos, necnon & Latinos, Viterbienſes omnes, quos in caſtro Viterbii, pro fide noſtra pugnantes, religioſa perfidia tenebat incluſos, [cum omni ſalute corporum & indemnitate rerum 29] nobis reſtituere deberet: & quod Viterbienſibus prædictis in civitate morantibus & ad nos exire volentibus ſeu etiam aliis civibus civitatis ejuſdem, quæ (30) cæterorum ſuorum civium communicare perfidiæ recuſantes, ad nos pridem exiverant, nulla prorſus in perſonis aut (31) rebus injuria, ſeu moleſtia inferretur. Nunc audite qualiter omnia ſupradicta ſunt (32) nobis ex fœdere promiſſo ſervata. Inprimis tam comes, quam Theutonici ſupradicti milites (33), & alii de regno Siciliæ rebus ipſorum omnibus violenta prædonum Romanorum & Viterbienſium manu in prædam direptis vis (34) potuerunt vivi (35) de caſtri ſeptis jaculantium & lapidantium manibus ipſo Cardinali Othone præſente nec contra-

(25) *& ineffabiles* deſunt. (26) *inter* l. inter nos. (27) *gratias* abeſt. (28) *&* abeſt. (29) [ ] deſunt. (30) *qua* l. qui. (31) *aut* l. &. (32) *ſunt* l. ſint. (33) *milites* deeſt. (34) *in prædam direptis vis* l. in prælium directis vix. (35) *vivi* abeſt.

tradicere volente, deduci, quin etiam ipſe Cardinalis præfatus vulneratorum ipſorum noſtrorum ſanguine maculatus, proximum ſibi imminere propriæ vitæ periculum formidabat. Viterbienſes vero noſtri fideles bonis ſuis omnibus ſpoliati curribus ipſorum & domibus funditus dirutis & igne ſuccenſis, non ſunt ad nos contra fidem promiſſam exire permiſſi, ſed carcerali (36), proh dolor! cuſtodiæ mancipati. Romani vero poſtea, quibus ad defenſionem Viterbii, nobis & Imperio nefaria Viterbienſi proditione ſubtracti, venientibus, tanquam ad liberationem ſepulchri Dominici navigantibus, fuerat indulta remiſſio peccatorum, poſtquam nos ab obſidione Viterbii ſupplicantis Eccleſiæ precibus potius, quam Romanorum terrore devicti (37) deceſſimus, aliqua ex debilibus caſtris noſtrorum fidelium, quæ [circa Viterbium 38] tenebant, ad alicujus, ſeu aliquorum inſtantiam, quorum adhuc tacemus nomina, ſimulato quodam rigore jurium, poſt diſſolutum noſtrum exercitum nobis ab eo longe morantibus, combuſſerunt. Sed nec per hoc eſt nota Romanorum puſillanimitatis abſterſa (39), nec Quiritum pudor in aliquo coloratus, quod auſi fuerunt mappalia quædam noſtrorum fidelium igne comburere, & ruſticos quoſdam imbelles, pauperes, ſuppellectilibus ſpoliare, [nobis ab eis dietam fere diſtantibus 40] Non ſic fuerunt hoc anno magnanimi

(36) *carcerali* l. carceri. (37) *devicti* l. victi. (38) [ ] deſunt. (39) *abſterſa* l. offenſa. (40) [ ] deſunt.

nimi, cum (41) nos majori militum, ſed minori peditum quantitate urbem præ foribus cingebamus (42): niſi fortè ex indulta remiſſione peccaminum, tanquam de paradyſo ſecuri, ſe (43) vellent audaciores exponere, & mortis indubitatæ ſe offerre periculis promptiores. Hæc ſunt quæ nobis noviter & enormiter contigerunt, horum tamen omnium nullum apud vos diffamamus authorem, enormitatem commiſſi facinoris nobis ad præſens perferre ſufficiat, quam etiam per magiſtrum Othonem Cardinalem præfatum, cujus eſt præter omnem culpam ſuam, temere violata promiſſio, tam domino Papæ quam fratribus ſuis (44) duximus humiliter & ſuppliciter denotandum: probabiliter expectantes, quod ſi ſibi commiſſa per ſuos offenſa diſpliceat, offenſores correctionis debitæ judicio premat, & nos repromiſſo (45) per eum beneficio gratiæ placabit offenſos.

Cap. III.

Petrus de Vineis Principibus Alemanniæ, ſuper captione currus Mediolanenſis, miſſi ad urbem.

QUia veſtræ nitor conſcientiæ poſtulat, & affectus integerrimæ fidei repræſentat, ut de proſperis auſpiciis Romani Principis, domini Friderici, poſſitis relatione veridica novellari ea quæ ſub ejus notis aquilis his diebus

(41) *cum* l. quando. (42) *cingebamus* l. angebamus. (43) *ſe* l. ſi. (44) *ſuis* abeſt. (45) *repromiſſo* l. ex promiſſo.

diebus in Italia effulſere, evidenti oſtendimus veritate. Verum cum Imperialis Majeſtas ſui diadematis jura perquireret, & Imperii ſui vectigalia vendicaret, Lombardorum, præcipue Mediolanenſium nefanda temeritas & audacia deteſtanda, una cum ſuis confœderatoribus auſi ſunt vertere faciem contra Solem: filii Belial ſecreta ſibi proditionis confingunt (1), diſcipulos ſibi congerunt, non tamen congregata conſervant. Egredientes ut mures ridiculi de cavernis, moliuntur inſidias ponere in leonem, inebriati ſunt ſanguine, ab ubertate domus venerunt ebrii: non tamen adipe ſunt pinguium ſaturati. Et dum caſtrametati ſunt juxta Lolium perditionis filii, ut rationis ſegetem perderent, Zizaniæ (2) quæ à vulgo Lolium dicitur, ſemina ſeminarunt. O quanta erat multitudo militum, quanta numeroſitas [& univerſitas 3] bellatorum? ibi ſuperbia pulſavit tympanum, voluptas tuba concinit, reſonat cythara, plaudit lyra, & ſic voluptatis ager cum pudendi (4) decoris inſignibus pullulavit. Sed dum gloriatur (5) in curribus & in equis, pars electi principis ex adverſo incepit in nomine domini gloriari. Sed quia facile eſt Deo cœli, multos in paucos concludere, princeps fortitudinis Dominus Fridericus diviſis à ſe, quos habebat in expeditione, communitatibus Lombardiæ, quia ipſe (6) Salomon pacificus, hæres pacis, quod ſuum erat pacifice exigebat, & cum non ſit vir ſanguinum, non para-

(1) *ſecreta ſibi proditionis confingunt* l. ſecreta perditionis configunt. (2) *Zizaniæ* l. & Zizaniam. (3) [ ] deſunt. (4) *pudendi* l. pudenti. (5) *gloriatur* l. gloriantur. (6) *ipſe* l. ipſe Rex.

paraverat eos ſanguine calicis (7) exhaurire: ſed quia Leviathan filii execrantur contumaciter verbum Dei, noluerunt acquieſcere, ſed invaleſcebant eorum voces, & vociferando dicebant: Perſequamur eos, quia ſpolia partiemur. Sicque dominus, cui de cœlo victoriæ miniſtrantur, aſſumpſit ſecum ſcutum belli, & gladium, & itineris ſui comitem angelum Domini exercituum habens ſecum, loricam induit, ſicut gigas, & prælium init ſecum habens regni milites, & paucos Theutonicos, & quosdam Lombardos, quos in expeditione ducis militiæ contigerat remanſiſſe: ac dum viri fortes & (8) cum forti Principe intrarent (9) bellum, exclamaverunt tubis, & audita eſt vox tonitrui & ſtuporis: Euge euge ad Mediolanum impiger advola Friderice. Quo audito, Mediolanenſis protervitas ſtatim fuit perterrita: compagniæ projiciunt ſymbola (10), ſumunt arma, & dum à trementi cujuslibet dextera retineri vix poterat gladius, quilibet mutus in ſuo pectore tacitos vertit quæſtus: Heu heu animæ noſtræ, quid (11) ſic torques nos acriter atrox, & immiſericorditer immiſericors Friderice? Et (12) clamor ad ſydera, væ væ tibi miſera Lombardia. Quid plura? mactatur ſenex, puer diripitur, juvenis ut vitulus immolatur, campi madeſcunt ſanguine, ac interfectorum exuberant ubertate. Quam male ſigna jacent, quam bene ſternitur hoſtis? Certe Friderici gladius cædem ſitiens haurit ſanguinem,

Compagnia, i. e. ſocietas, militia.

(7) *ſanguine calicis* l. in calice ſanguinis. (8) *&* abeſt. (9) *intrarent* l. intrant. (10) *ſymbola* l. cimbala. (11) *quid* l. quia. (12) *&* l. fit.

nem, vorat carnem, & dum incaute rebellis extollitur, ejus caute contumacia profligatur, & ſic princeps audaciæ ſæviens in Lombardos ſubvertit rotas curruum, & inebriatus eſt gladius ſanguine occiſorum. Quia dum rebellis turba deprimitur, alios mors deglutit per gladium, & innumeros catenæ acerbitas ſtringit & religat juxta collum. [Currus equidem Mediolanenſis 13], currus gloriæ, miſerabiliter capitur, & una cum filio (14). ducis Venetiarum, Mediolanenſis Poteſtas (15) turpiter captivatur, qui cum eſſet ſtipatus multo milite, fluctuare viſus eſt, poſtmodum nuda crate, quem habuit princeps victoriæ ad laudis titulum, quando illum ad almæ urbis populum deſtinavit. Nunc vero rebelles nequiſſimi, olim gaudentes, quomodo mutaverunt eorum gloriam in ſimilitudinem vituli manducantis fœnum & paleam: & qui nutriebantur in croceis ima perluſtrant carcerum, & amplectentes ſtercora, expectant ſententiam damnatorum. Nunc autem Mediolanenſes rebelles, ſuper omnes gentes Liguriæ (16) nota perfuſi infamiæ, & ruboris ſtigmate perpetuo inſigniti, groſſas quidem cervices pedibus applicant, & ſe ſuoſque dentes muros diruunt, foſſas replent, & ad conſequendam miſericordiam, & ad pietatis (17) inventionem omnimodam elaborant. Sed quia nullus ſemel ore receptus patitur ſanguis manſueſcere fauces, Imperator magnanimus

(13) [ ] deſunt. (14) *filio* l. A filio. (15) *poteſtas* l. poteſtate. (16) *Nunc autem Mediolanenſes rebelles, ſuper omnes gentes Liguriæ* l. non autem omnium Mediolanenſium & rebellium ligatura. (17) *pietatis* deeſt.

mus eorum ſtragem magis geſtiens, quam ſalutem, ſolum pudorem reputat bello non vincere: quin potius viam ruinæ contradicentibus aperire, & ut nullus reſiſtendi ſumat audaciam, truculenter reproborum ſatagit ad vindictam. Quocirca vos qui eſtis fide prædití, præclari mente, natione nobiles, virtutibus locupletes, ita cum omnium reverentia tam victorioſi (18) principis celebretis magnificentiam, formidetis potentiam, magnificetis honorem, ut per exhibitionem bonorum operum, grata mereamini conſequi beneficia præmiorum.

Cap. IV.

Ezelino (1), *ſuper deditione civitatis Faventiæ.*

Licet præ ſuis (2) diffiſa meritis, ex (3) conſcientia gravium quas in nos commiſerat offenſarum, diſtulerat hactenus mandatis noſtris (4) faviſſe Faventia, noſtræ tamen obſidionis viribus auſa eſt aliquandiu reſtitiſſe propter hyemis intemperiem, quæ ſuam diffidentiam confovebat, nunc autem verni temporis advenienti temperie, quo civitatis ejusdem muris & machinis dirutis, & foſſis noſtris ſubterraneis intima penetrantibus civitatis, ut bellum (5) tam interius, quam exterius gereretur (6), & cives ipſos oporteret

(18) *victorioſi* l. glorioſi. (1) *Ezelino* l. Egelino Romano. (2) *præ ſuis* l. præſciis. (3) *ex* abeſt. (4) *noſtris* l. noſtris non. (5) *bellum* l. per bellum. (6) *gereretur* l. quaſſaretur.

corpora pro muris exponere, qui aggreſſorum (7) noſtrorum inſultibus expetebantur (8), quo minus gladiis bellatorum, & (9) à victorioſo exercitu noſtro nullatenus confiderent ſe tueri. Quapropter ad implorandam noſtræ manſuetudinis gratiam, veluti qui vicinum etiam incumbens exterminium formidabant, tota ſe univerſitas illa convertit: ut quibus expugnatio proxima mortis periculum minabatur, vitæ minus indulgentia noſtra tribueret, & miſericordia quæ (10) ſuperexaltata judicio (11) poſcebatur, ut (12) manifeſtis eorum exceſſibus locum veniæ repararet (13). Ad clamores igitur & implorationes populi noſtri, quem quidem vocata rebellio (14) ſi factis æquitas reſponderet, ad exauditionem indigne reciperet (15), invictum à (16) victoriis omnium animum clementia noſtra vicit, & cum victis miſericorditer agere nos induxit, die tali venientibus (17) ad pedes noſtræ clementiæ Faventinis, & ad noſtrum beneplacitum & mandatum in noſtra miſericordia bona (18) ſubjicientibus, & perſonas (19), fidelitatis debitæ præſtitis juramentis, & (20) illicitis quibuslibet quæ fecerant abjuratis, eos ad dominium noſtrum & gratiam benigne recepimus, omni-

(7) *qui aggreſſorum* l. & à congreſſorum. (8) *expetebantur* l. exponebantur. (9) *&* l. ut. (10) *quæ* l. noſtra quæ. (11) *ſuperexaltata judicio* l. ſuperexaltat judicium. (12) *ut* abeſt. (13) *repararet* l. reportaret. (14) *vocata rebellio* l. vota rebellium. (15) *reciperet* l. reddebat. (16) *à* l. aut. (17) *die tali venientibus* l. quod die tali quarto decimo menſis Aprilis præciſe. (18) *bona* l. bona civibus. (19) *perſonas* abeſt. (20) *&* l. & ſacramentis.

omnibus eorum offenſis noſtram miſericordiam præponentes; cum glorioſæ (21) vindictæ genus penſemus ignoſcere noxiis, dum potuerimus vindicaſſe, ac felicibus victoriæ noſtræ titulis aſcribamus ſaluti reſtituere ſubditos, & (22) vivendi beneficio condemnatos, ut nil ſuavius vel juſtius atque benignius reſumpto jugo Imperii de cætero valeant experiri; nec eſt enim amicum (23) cædis, nec ad effuſionem ſanguinis (24) ſacrum aſpirat Imperium: ſed cujus illuſtrat divina potentia ſolium, miſericordia & veritas ambiunt, pax & juſtitia complectuntur, in ubertate (25) manſuetudinis noſtræ, & patulis amplexibus pietatis immenſæ procedimus (26), converſionem fidelium acceptantes, & ad rebellium pertinaciam edomandam conſtanter & pertinaciter inſiſtentes: ut qui (27) potentiæ noſtræ manus ſequi voluerint, & in (28) pertinacia perdurarint, per (29) murorum altitudinem, & vallorum profunditatem, ad inſtantiam noſtram evadere non confidant. Nec diffidant qui facile convertuntur apud Auguſtæ ſedis gloriam, miſericorditer (30) gratiam invenire. Tu vero, quem intime zelus fidei noſtræ facit laboris & oneris non expertem, quæ (31) pro noſtrorum rebellium confuſione, & juſtitiæ ac recuperandæ pacis augmen-

Q 5 to

(21) *glorioſæ* l. glorioſum. (22) & l. etiam. (23) *enim amicum* l. igitur amicus. (24) *ſanguinis* l. ſanguinis nocentium ſubditorum. (25) *ubertate* l. ubertate igitur. (26) *procedimus* l. proceſſimus. (27) *qui* abeſt. (28) *in* l. in ſua. (29) *perdurarint per* l. perdurare. (30) *miſericorditer* l. miſericordiæ. (31) *quæ* l. qui.

to nobiſcum pondus diei & æſtus, in multis ſumptibus & periculis perſonæ comportas converſionem, Faventiæ ad univerſale gaudium intimamus (32), qui per indefeſſas vires & virtutis tuæ conſtantiam nobis (33) victoriæ titulum vindicaſti.

Cap. V.

Principibus & univerſis fidelibus ſuis, quomodo fuit debellatus ante Parmam.

NE fama præambula ſub incerto diſcurrens animum veſtrum contrario eventu, relatione contraria valeat perturbare, facti veritatem per ordinem præſentium ſerie duximus declarandam. Cum enim poſt captum & deſtructum pontem per Mantuanos & Ferrarienſes infideles noſtros, [per noſtros 1] apud Pergamum, cum (2) multo labore ac ſtudio fabricatum, iidem Mantuani & Ferrarienſes infideles noſtri, per alveum Padi cum multitudine navium diſcurrentes, Parmenſibus proditoribus noſtris, quos, impedito (3) eis per prædictum pontem navali ſubſidio, jam fere adjectione non modica rerum neceſſariarum indigentia cohartarat, victualia & alia neceſſaria copioſius miniſtrarent; conſiderato, quod niſi reparato & bene munito ponte, viam per Padum omnibus modis navibus clauderemus, ne in obſidione Parmæ moram inutiliter traheremus,

(32) *intimamus* l. intimamus, ut congaudeas auctori. (33) *nobis* l. nobiscum tibi. (1) [ ] deſunt. (2) *cum* abeſt. (3) *impedito* l. in concepto.

remus, pontem in quadam ſtrictura (4) Padi, captis prius ſuper Padum per Ravennates & Mutinenſes (5) fideles noſtros, circiter centum hoſtium noſtrorum navibus, una cum omnibus (6) armis, victualibus, & omnibus contentis in eis, non ſine magnis laboribus & expenſis fecimus fabricari. Ponte quoque ipſo, foſſatis, & propugnaculis, ac ſtrenuis defenſionibus omnibusque neceſſariis ſic munito, quod nullo poterat hoſtium ingenio, vel viribus occupari. Parmenſes videntes, per completum pontem optimeque munitum, per quem ſubtrahebatur eis navalis ſubſidii copia [in qua diffidebant 7] maxime ſpe omni adempta (8), quadam [die tanquam 9] de vita deſperati, in animorum rabiem incidentes, elegerunt vel (10) per pugnam ſuccumbere, vel favente eis proſperiori fortuna de noſtris manibus liberari. Ad inſtantiam (11) quorundam Parmenſium, qui nobiſcum Victoriæ in ſpecie fidelium proditorie morabantur. De Parma enim die tali N. (12) tam milites, quam populares communiter exeuntes Victoriam, per inſultum circa horam tertiam, locum ipſum fuerunt aggreſſi, & antequam nobis ac fidelibus noſtris hujusmodi proditionis ignaris, daretur ad arma ſpacium redeundi, totum locum ipſum, globi ignei undique occuparunt, quibusdam rebus & vectigalibus noſtris datis in mani-

(4) *ſtrictura* l. ſtructura. (5) *Mutinenſes* l. Mantuanenſes. (6) *omnibus* l. hominibus. (7) *in qua diffidebant* l. quo defendebant. (8) *ſpe omni adempta* l. ſpem ademtam. (9) [ ] deſunt. (10) *vel* l. potius. (11) *inſtantiam* l. inſtinctum. (12) *Parma enim die tali N.* l. prima die.

manibus hoſtium in direptionem & prædam. In perſona vero noſtra per gratiam redemptoris noſtri, cum multis fidelibus noſtris ſalvi evaſimus, quibusdam pauperibus & levibus perſonis, quas fugæ præſidium ſalvare non potuit, in captione deductis, & per manus hoſtium trucidatis.

Cap. VI.

Petrus de Vineis, cuidam amico ſuo ſignificat de continentia exercitus Imperatoris.

SCimus, & experti ſumus, quod barbara terra vos teneat: quæ nedum ardua, ſed & deſperata negotia nobis inculcat. Sed nobilium virtus in aſpera neceſſitate perficitur, & fortitudo navis in pelagi fluctibus approbatur. Unum eſſe nos conveniet, nec emolliri deliciis, nec eventuum varietate (1) turbari. Cito tamen omnia quæ de nobis ſunt, finem habebunt. Cito ſummi principes noſtri, qui miſſilium jaculorum hactenus remota ſagittatione pugnabant, ac vinctis luctabantur (2) brachiis, inconglutinatis pacis labiis, unientur. Diſſoluto namque conventu Rete*, Tybur, tenditur, ut Roma vicinius (3) videatur. Jam verba pacis, non ſicut hactenus, infeſtis auribus audiuntur: concordiæ viam, quam omnium hucusque voluntas obſcœna præcluſerat, ſupervenientium hoſtium neceſſitas jam requirit. In tractatu vero pacis vobis abſentia

* Rete oppidulum prope Romam, ubi conventus inter Fridericum & Papam habitus. Collenutius.

(1) *varietate* l. neceſſitate. (2) *luctabantur* l. micabantur. (3) *Roma vicinius* l. Romæ vicinus.

tia noſtra non oberit, quam veſtrorum præſentia plene ſupplebit.

Cap. VII.

Petrus de Vineis, ſuper deditione cujusdam civitatis ſcribit Imperatori.

GAudium quod ſuper omne gaudium maximum reputavi, quod merito dici poteſt gaudium gaudiorum, ex deditione civitatis, in qua repugnandi ſola ſpes adverſantibus remanſerat, cum illud nondum per veſtros ut ſperabam primus acceperim: ſed per alios qui Majeſtatis veſtræ literas recipere meruerunt. Cum quadam interjectione verecundiæ, meis quodammodo votis acceſſit, quia(1) tantæ dulcedinis fore credidi primus acceptor, ut fierem fidelibus aliis iſtarum partium diſpenſator, defeciſſem forſan ejus eſurie, niſi eam ab aliis qui me in ipſius acceptione prævenerant percepiſſem. Et forſitan factum eſt, ut intemperantia gratulandi, quam habiturus eram de tantorum felicitate ſucceſſuum, & parcitate hujusmodi traheretur in modum, ne jucunditate tantæ gratulationis accenſus, parvitatem virtutis meæ, quæ ad tanta minus forte tripudia ſuffeciſſet, magnitudinis ſuæ viribus adſcriberet (2). Magiſterium quidem laudo, ſed propter hoc verecundiam non depono, cum tanto fierem in prima hujus (3) acceptione dulcedinis, & in aliorum erogatione feli-

(1) *quia* l. quia qui. (2) *adſcriberet* l. abſorberet. (3) *hujus* l. hujusmodi.

felicior, quanto beatius eſſe (4) dare, quam accipere, ipſo divini oris oraculo proclametur. Non tamen eſt verecundia iſta ſic efficax, ut vel gaudium meum in aliqua parte diminuatur (5), vel pudere me faciat, quo minus ab omnibus de ſucceſſibus, materiæ tam jucundæ narrantibus [veluti puer unus, qui ad nova quælibet divertit auditum, à narrantium 6]. ore dependulus, audiam, & quoquo modo (7) rei ſeriem citra terminum ſatietatis agnoſcam. Non pudet me de materia iſta cantantibus intereſſe juvenculis, cum jam ſolatia iſta per omnium ora decurrant, per omnium geſta ſe perferant, & mihi jam non aliter quam per famam publicam innoteſcant. Undecunque autem iſta votis meis obveniunt, habeo ego quod volui, habeo quod credidi, habeo quod dilexi, & cum legitimus factus ſim tam (8) deſideratæ poſſeſſionis poſſeſſor, incivile reputo, movere (9) de titulo quæſtionem. Sed de tanta victoria (10) factus auditor, ſecure jam (11) peto, ut cum cauſa (12) quæ in regno (13) hucusque veſtræ Serenitatis impedivit (14) adventum, divina gratia proſperante jam ceſſet (15), ad recreanda corda veſtrorum fidelium, iſtarum partium Serenitatis veſtræ faciem, quam univerſa terra deſiderat, felicibus auſpiciis convertatis.

Cap.

(4) *eſſe* l. eſt. (5) *diminuatur* l. diminuat. (6) [ ] deſunt. (7) *& quoquo modo* l. ut quodammodo. (8) *tam* l. tantæ. (9) *movere* l. facere. (10) *de tanta victoria* l. tantæ victoriæ. (11) *jam* l. nam. (12) *cauſa* l. ea. (13) *regno* l. regnum. (14) *impedivit* l. impedierunt. (15) *ceſſet* l. ceſſent.

Cap. VIII.

Senatoribus & populo Romano, inferendo (1) *graves minas.*

PRæteritæ culpæ veſtræ convitium, quod ſub patientiæ hactenus regularitate deduximus, factionum veſtrarum faciente protervia, cum tolerantia pati ulterius non valemus, ſed (2) in hoc motus noſtros reſtringimus, & audaciæ refrenamus inſtinctum, ne poſſet ultio culpam (3) excedere, & à quo trames juris oritur, injuſtitiæ (4) limites deviarent (5). Quanquam enim Serenitati noſtræ, quam divina potentia ſervare non ceſſat, ſubjaceat omne (6) quod volumus, noſtræ tamen voluntatis Imperium de rationis fonte colligimus, & de virtutum puteo temperamus. Dudum etenim ſi ſub teſta nucleus non celatur, dum victrix aquila noſtri proceſſus prævia, in Romanis (7) prædiis victricia ſigna pandebat, dum caſtrorum ſtabilitate micantium, angulos veſtræ perfidiæ tingebamus (8) dum noſtræ victoriæ gladius qui vinci neſcivit, per vicinitatis inſtantiam nobis hactenus cuſpide minabatur, dum noſtræ potentiæ fremitu (9) terror & ſtrepitus, ſic greſſus veſtros præcluſerat, ſic puſillanimitatis affatus oppreſſerat, ſicut in experientiæ libro legere potuiſtis, quod cordis cogitatio palpitabat

(1) *inferendo* l. inferendo eis. (2) *ſed* l. &. (3) *culpam* l. pœnam. (4) *injuſtitiæ* l. in injuſtitiæ. (5) *deviarent* l. deviaret. (6) *omne* l. eſſe. (7) *Romanis* l. Romæ. (8) *tingebamus* l. angebamus. (9) *fremitu* l. fremitus.

tabat (10) intrinſecus, ne dum quod in modum audaciæ imo (11) inſipientiæ [ut loquela ſit proprior] Cæſaream incitaretis victoriam, ad ultionis (12) meritæ funera: ſicut improvide noviter attemptaſtis, non attendentes, quod, licet noſtra non ſit ubique corporalis præſentia (13), noſtræ tamen ad longinquos orbis terminos laxantur habenæ, potati (14) de calice Babylonis. Nam poſſe veſtrum contra (15) noſtram potentiam, non poſſe putari (16) feciſtis, in partibus Tyburtinis ova rumpentes aſpidum, ex quibus jam prodiit regulus, telas araneas texuiſtis. Cum itaque omnis ſubita rerum mutatio, non ſine quodam quaſi conflictu proveniat animorum, iniquæ temeritatis eventibus, potentiæ noſtræ propoſito mutante judicium, veſtra diſſolvetur Babylon. Damaſcus deficiet, ſufflatorium conſumetur (17) in igne. Sedes ab Aquilone poſita corruet, & lumbare veſtrum circa lumbos appoſitum, computreſcere faciet noſtræ Serenitatis induſtria, quam divinus intuitus non deſinit illuſtrare. Et quæ livorem cujuslibet tenebroſitatis obducit, cuique ſe fere totus orbis inclinat, faciente divina clementia, per locum à genere urbem ſibi ſentiet emolliri, ut à quo (18) Romanum Imperium meruit nominari, vere nobis Roma ſubjaceat, quibus terra ſervit, mare favet, & ad nutum omnia deſiderata ſuccedunt.

Cap.

(10) *palpitabat* l. non palpitabat.. (11) *imo* l. in me. (12) *ad ultionis* l. adulationis. (13) *præſentia* l. eſſentia. (14) *potati* l. ve potati. (15) *contra* l. quod contra. (16) *putari* l. putatur. (17) *conſumetur* l. diſſolvetur. (18) *quo* l. qua.

Cap. IX.

Cuidam comiti, ut paret ſe ad procedendum cum ipſo contra inimicos.

PLenam dant nobis præterita fiduciam de futuris, ut, ſicut te hactenus ex fide præcipuum, & induſtria ſpecialem ſemper invenimus, ad beneplacita noſtra paratum, ſic nativa tuæ devotionis excreſcente conſtantia, quæcunque noſtrum & Imperii honorem reſpiciunt, fideliter & ſollicite promptis affectibus exequaris. Cum igitur præſentium negotiorum & temporum qualitas exigat, fideles quoslibet in noſtris ſervitiis multo virilius ſolito vires & animos exercere, devotionem tuam requirimus, & hortamur, attente mandantes, quatenus ſi unquam te dudum obſequioſum nobis & utilem præbuiſti, fructuoſiorem de cætero ex opere te præſentes, ut fide tua per fructuum efficaciam ſuccreſcente, erga te munificentiæ (1) noſtræ dexteram liberalius extendamus. Inter alias ſiquidem cogitationes noſtri propoſiti, ſtabili tenacitate firmavimus, ad partes (2) in manu forti & brachio extenſo perſonaliter nos conferre, ut fidelium noſtrorum, qui pro fidei noſtræ nomine, & felici ſtatu Imperii perſonarum pericula & rerum diſpendia non vitarunt, amplis præmiorum retributionibus compenſemus, & effrenem ſuperbiam noſtrorum rebellium, qui nunc de abſentia noſtra forſitan gloriantur, potentiæ

R noſtræ

(1) *munificentia* l. magnificentiæ. (2) *ad partes* l. ad partes C.

noſtræ malleo conteramus. Nuper etiam ad roborandas in melius vires noſtras Calojohannes illuſtris Imperator Græcorum, dilectus gener noſter, magnam nobis quantitatem Archeriorum & gentis alterius deſtinavit. Cum quibus & aliis Magnificentiæ noſtræ præſidiis, quæ præparavimus inſtanter, ſic ad confuſionem noſtrorum rebellium proponimus victorioſe procedere, quod potentiæ (3) vicinitate perterriti, vix adjiciant ut reſurgant.

Cap. X.

Regibus & principibus (1), *de proditoribus ſuis & Peruſinorum conflictu.*

NE fama præambula, quæ multorum variata relatibus, dum varias invenit noviter voluntates interdum (2) enormiter à veritate diſcedit, auditum veſtrum forſan offenderet, amicorum corda turbaret, animos & aures hoſtium demulceret; ecce quod ipſam puram & nudam veritatem eorum, quæ nobis noviter contigerunt, veſtræ dilectioni præſentibus ſeriatim & breviter denotamus. Conſpirantibus itaque in necem noſtram aliquibus Excellentiæ noſtræ fidelibus, quinimo domeſticis potius & alumnis, videlicet Tybaldo Franciſco, Pandulfo de Faſanella, Guilhelmo de ſancto Severino, & eorum complicibus, nobisque per aliquos ex conjuratoribus factionis ipſorum (3) conjuratione nefa-

(3) *potentiæ* l. potentiæ noſtræ. (1) *principibus* l. principibus mundi. (2) *interdum* abeſt. (3) *ipſorum* l. ipſius.

nefaria revelata, ex ipſorum manibus vitam noſtram innoxiam Dominus mirabiliter (4) reſervavit. Sed cum nos tantum ſcelus ſicut immeritum, ſic incredibile, primitus haberemus, priusquam ad ulteriorem veritatis indaginem noſtra Serenitas perveniret, ſubito Pandulfus de Faſanella, Jacobus (5) de Morra, excogitatæ malitiæ principes, quos læſa conſcientia ſtimulabat, una cum aliis ſociis & principibus perpetrandi facinoris, in Curia noſtra præſentibus, ſe perfugæ ſubſidium abſentarunt. Tybaldus vero & Guilhelmus prædicti, morantes in regno, & ibidem mortis noſtræ nuncium tanquam indubitabilem expectantes, ex inſperato (6) contrarium audientes, metu (7) terribili, velut de cœlo fulminis ictu percuſſi, ad duo ex caſtris noſtris, Capuacium videlicet & Scalam (8), ſub fidelium habitu (9), furtive ſubrepto, proditori (10) confugerunt. Ubi priusquam ſe poſſent rerum & hominum defenſione munire, fuerunt prompta fide regnicolarum præoccupati fidelium & collectis undique viribus circumſepti (11). Nos etiam apud Groſſetum tunc temporis exiſtentes, poſtquam perſonæ noſtræ periculum caute prævidimus, in hæreditario regno noſtro Siciliæ, velut in pupillam oculorum noſtrorum offendi nullatenus patientes, continuatis laboribus & diebus, in regnum cum omnium (12) cele-

R 2

(4) *mirabiliter* l. miſericorditer. (5) *Jacobus* l. & Jacobus. (6) *ex inſperato* l. & in exinſperato. (7) *metu* l. motu. (8) *Scalam* l. Sale. (9) *ſub fidelium habitu* l. ſub ſilentii habitu. (10) *proditori* l. proditorie. (11) *circumſepti* l. circumſpecti. (12) *omnium* l. omni.

celeritate prævidimus procedendum. Poſt felicem autem ingreſſum in regnum noſtræ Majeſtatis, quamplures fideles noſtri regnicolæ, qui ad proditorum noſtrorum falſæ ſuggeſtionis inſtantiam, per mentitæ mortis noſtræ ſpem frivolam, conſpirationis factionibus adhæſerunt, poſtquam rem in contrarium ſibi ceſſiſſe videntibus, veritatis lumen (13) emicuit: proditores eosdem tanquam ipſorum volentes communicare verſutiis, cujuslibet ſpei fruſtratos imaginem reliquerunt. Et cum non niſi in duobus prædictis caſtris tantum Scalæ (14) videlicet & Capuacii ſe temere prout ſcripſimus receptaſſent, unum ex caſtris ipſius Scalæ (15) videlicet Thomaſio de ſancto Severino & filio ejus proditoribus noſtris, ibidem noſtri carceris cuſtodiæ mancipatis, fidelium noſtrorum regni (16) prompta devotio, per virilem & inſtantem expugnationem ipſius, ad Majeſtatis noſtræ dominium revocavit. Et ſic reliquo tantum ex caſtris ipſo Capuacio (17) ſcilicet, adultionis ejusdem proxime diffuſo, diffugio (18), quod circumcingi noſtrorum fidelium clara devotione mandavimus, proditores prædicti, quibus nulla proſpicimus ſuffragativa remedia, velut ex duobus prædictis caſtris cum alia (19) munire nequiverunt, uno &(20) fortiori perdito, manus noſtras effugere non valebunt. Et ſic tam juſto judicio quam veloci, de proditoribus nominatis & eorum ſequacibus ultione recepta, ſic in brevi confidimus de

(13) *lumen* l. indaginem ipſis lumen. (14) *Scalæ* l. Sale. (15) *Scalæ* l. Sale. (16) *regni* abeſt. (17) *ipſo Capuacio* l. ipſis Capuacii. (18) *diffugio* l. diffugium. (19) *alia* l. alias. (20) *&* l. ex.

de perpetua regni noſtri ſecuritate diſponere, ut nobis & ſucceſſoribus noſtris in regno, vel extra regnum agentibus, nulla prorſus in poſterum dubitatio relinquatur. Non tamen propterea circa (21) perſecutionem noſtrorum rebellium omiſſum fore credatis noſtrum propoſitum, vel aliquatenus (22) intermiſſum: quin per dilectos filios noſtros Henricum illuſtrem regem Sardiniæ, in Italiæ (23) partibus generalem legatum, & Fridericum de Antiochia, Thuſciæ partibus præſidentem, quousque nos regni noſtri ſtatum (24), cum ſalubritate diſpoſitum (25), perſonaliter accedamus, deputaverimus Italiam gubernandam, ut ſic proditorum noſtrorum & rębellium reliquias in adventu noſtro continuatæ (26) potentiæ noſtræ malleo conteramus: quod potentiam noſtram, quam ſicut pro certo comperimus, occultis & longis inſidiis procurarunt offendere, fructuoſam ſibi fore non ſentiant: quin potius de noſtra præſenti potentia (27) doleant, quanquam in abſentia glorientur, utpote cum nihil ex iis quæ noviter emerſerunt Magnificentiæ noſtræ decreverit, & in nullo propterea ſit noſtrum ærarium diminutum. Sed tanto magis eſt adaucta noſtra potentia viribus, tanto factæ ſunt divitiæ largiores, quanto propter enormitatem excogitati facinoris, quæ poſt pacis guſtatæ dulcedinem guerrarum excidia minabatur (28), circa

R 3

(21) *circa* abeſt. (22) *aliquatenus* l. aliqualiter. (23) *Italiæ* l. Italicis. (24) *ſtatum* l. ſtatu. (25) *diſpoſitum* l. diſpoſito. (26) *continuatæ* l. continuato. (27) *præſenti potentia* l. præſentia. (28) *minabatur* l. minabantur.

ca nos & (29) noſtrorum fidelium popularium (30) maxime eſt accenſa devotio fidesque firmata. Ex adjectione quoque redditum, de quibus proditorum noſtrorum iniquitas eos propter (31) offenſam ſponte deſtituit, & (32) quibus eosdem liberalitas noſtra longe lateque ditaverat, obventionum noſtrarum adauctus eſt cumulus, quanquam iſtud acciderit nobis renitentibus & invitis. Ex quo poteſt maniſeſtiſſime comprehendi, quod magna quærendorum & larga promiſſio, per publicum adverſarium noſtrum facta, proditoribus antedictis ipſos (33) ad dimittenda quæſita, licet innaniter, provocavit. Cujus adverſarii nomen & titulum libentiſſime taceremus, niſi quod vox publica detegit, & evidentia factorum accuſat, quam nos taciturnitate noſtra vellemus obtegere, ſeu verborum involucris excuſare. Præfati namque facinoris patratores, tam fugitivi videlicet quam obſeſſi, fratrum Minorum ſtipati conſortio, crucis ab eis contra nos ſigno recepto, authoritate ſummi pontificis per Apoſtolicas literas prætendentes, negotium ſe (34) gerere ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris prædicant, & prædictæ mortis & exhæreditationis noſtræ ſummum Pontificem aſſerunt authorem (35). Hoc ipſum captivi præfati, quos in expugnatione caſtri Scalæ (36) noſtrorum devotio prompta fidelium, carceri mancipavit, in re ſpontanea (37) & extrema

(29) & deeſt. (30) *popularium* l. ſed popularium. (31) *propter* l. per. (32) & l. ex. (33) *ipſos* abeſt. (34) *ſe* l. aperte ſe. (35) *authorem* l. intentorem. (36) *Scalæ* l. Sale. (37) *in re ſpontanea* l. in ſpontanea vero.

trema confeſſione ſua, quam (38) mentiri nefarium æſtimant morientes (39), coram omnibus, proh pudor! ſunt confeſſi. Barenſis etiam Archiepiſcopus, cum poſt venalem conſecrationem ſuam, cornutus (40), à Curia Romana rediret, priusquam à noſtris fidelibus in Thuſcia caperetur, futurum infallibiliter publice (41) prædicavit, quod nos infra breve tempus per familiares noſtros atque domeſticos occidi morte turpiſſima deberemus. Hoc nos, teſte ſupremo judice, cum verecundia loquimur, velut qui nunquam diebus noſtris, ſcelus hujusmodi videre credidimus, nec audire, quod gens noſtra & pontifices noſtri tam crudeli morti tradere nos nequiter voluiſſent. Abſit enim à nobis ſemper, hucusque novit altiſſimus, abominatio talis, quod etiam poſt voluntarium & iniquum Papæ (42) proceſſum, contra nos in Lugdunenſi Concilio celebratum, in necem ſuam, vel alicujus ex fratribus conſentire vellemus, quanquam nos fuerimus per nonnullos noſtræ fidei zelatores multotiens requiſiti, ſed ſola ſemper extitimus injuriarum noſtrarum propulſatione contenti, nos juſte defendere, non ulciſci, ſufficienter (43) reputantes; pugnat enim pro vobis (44) evidentiſſime Dominus, qui nedum, quod animam noſtram de manibus inimicorum noſtrorum eripiat, quinimo nocentium vires & corpora tradidit in noſtras. Nuper enim Cardinale Raynerio, noſtri nominis & ho-

R 4

(38) *quam* l. quando. (39) *morientes* l. mentientes. (40) *cornutus* l. convitiis. (41) *publice* abeſt. (42) *Papæ* l. iſtius Papæ. (43) *ſufficienter* l. ſufficiens. (44) *vobis* l. nobis.

& honoris æmulo, inſtigante Jacobo de Morra, proditore noſtro, cum Peruſinis & aliis eis aſſiſtentibus (45) rebellibus noſtris prope caſtrum Spolli (46), ultima die proxima præſentis (47) menſis Martii, ad damnificationem noſtrorum fidelium (48) procedente, Marinus de Ebulo (49) fidelis noſter, in ducatu Spoletano vicarius generalis, quorundam Theutonicorum, qui ſic inſtanter haberi poterant, munitus auxiliis, in virtute noſtri nominis, & Excellentiæ noſtræ (50) nec non felici fortuna, hoſtes noſtros (51) viriliter ac potenter aggrediens, fide potius quam multitudine præditus armatorum, devicit eosdem: ita, quod præter eos qui fidelium noſtrorum gladiis ſunt perempti (52), ultra decem millia de rebellibus ipſis, per fideles noſtros captos, carcer noſter includit. Nec tamen his terminis, noſtram & veſtram claudi lætitiam, proſperæ fortunæ felicitas, & noſtræ juſtitiæ debitum permiſerunt. Octavo namque decimo die præſentis menſis Aprilis, civitas (53) Capuacii, cujus verſus terram munitio circumcingebatur (54), celeriter & viriliter extitit expugnata (55) per fideles noſtros regnicolas, ad infidelium necem, ob vindicandam non magis noſtram, quam ipſorum nativæ regionis injuriam, & gentis (56) opprobrium rabie qua-

(45) *aliis eis aſſiſtentibus* l. aſſiſinatibus. (46) *Spolli* l. Spelli. (47) *proxima præſentis* l. proximi præteriti. (48) *fidelium* l. rebellium. (49) *de Ebulo* l. de Ebulio. (50) *noſtræ* abeſt. (51) *noſtros* l. ipſos (52) *perempti* l. perterriti. (53) *civitas* l. caſtrum. (54) *circumcingebatur* l. circiter angebatur. (55) *expugnata* l. expugnatum. (56) *& gentis* l. grande.

quadam furoris accenſos. Quod factum eſt, ut ſic proſpere; ſic undique noſtra potentia pertingat obſeſſos, quin potius carceratos detineat (57), ut ſola ſe valeant ſpontanea gladii morte ſubducere, vel excelſæ rupis ex parte maritimæ precipitio liberare. [Quæ vobis ſignificamus ad gaudium, quos probabiliter credimus, imo ſcimus, nobis in noſtris adverſitatibus compati, & in proſperitatibus ſucceſſuum congaudere 58].

Cap. XI.

Militibus ſuis, ut de ſtipendiis non miſſis, ne murmurent, promittendo providere eis magnifice.

ETſi ſtipendiorum defectus, quem pati vos hactenus in ſervitiis noſtris oportuit, gravis nobis extiterit & infeſtus, gravitatem ejus ſi diligenter advertitis, cauſa duplex alleviat. Prima quidem quod nobis, & familiæ noſtræ neceſſariorum ſuffragiis, hactenus (1) more ſolito, non porrectis, dum reddit malitia temporis nos ſubditis ſuper hoc quodammodo non impari neceſſitate conſimiles, paſſibilem vobis (2) facere debuit egeſtatem. Secundo, quod dum laborum & neceſſitatum inſtantia, de qua (3) vobis [Deo teſte] compatimur, debita conſideratione penſatur, ad veſtrum cujuslibet commoda, noſtræ liberalitatis dexteram, hujusmodi gratitudo ſervitii, quaſi

R 5

(57) *detineat* abeſt. (58) [ ] deſunt. (1) *hactenus* l. ut hactenus. (2) *conſimiles, paſſibilem vobis* l. conſimilem poſſibilem vos. (3) *qua* l. quo.

quaſi nos per debitum obligavit. Æquanimiter igitur defectus præteritos, & ſi quem vobis forſan in antea imminere contigerit (4), ſuſtinere ſub certa muneris retributione vos volumus, & (5) cum negotiis noſtris iſtarum partium, quæ habemus (6) præ manibus celeriter & ſalubriter ordinatis, ad partes ipſas feliciter & infallibiliter (7) greſſus noſtros dirigere diſponamus, & (8) ſic veſtris neceſſitatibus, tam de ſtipendiis, quam de aliis beneficiis provideri (9) magnifice faciemus, quod vos in noſtris ſervitiis perſtitiſſe merito delectabit.

Cap. XII.

Ezelino (1) *de Saracenis redeuntibus ad mandata.*

QUaliter poſt obtentam nuper de proditorum noſtrorum inſaniæ nefanda victoriam, fortuna celebris noviter noſtris proceſſibus, quos divina ſemper Clementia comitatur, arriſerit, tuæ fidelitatis auditui (2) præſenti ſtylo lætifico nunciamus. Licet enim ex diverſis cauſis & caſibus, quibus pectori noſtro continue materia cogitationis infunditur, proditorum ipſorum deprimenda nequitia, quaſi cauſa præcipua ſpecialiter hactenus meditationibus noſtris occurreret, & ſtatum noſtrum

(4) *contigerit* l. contingeret. (5) *&* abeſt. (6) *habemus* l. hactenus. (7) *infallibiliter* l. effabiliter. (8 *diſponamus &* l. intendamus. (9) *provideri* l. providere. (1) *Ezelino* l. Egelino de Romano. (2) *auditui l.* auditibus.

noſtrum in regno Siciliæ neceſſario (3) retineret: refragabatur (4) huic tamen (5) alia ratio non minus evidens, Saracenorum videlicet edomanda protervitas, qui ſicut à nobis fidei diſparitate ſunt impares, ſic devotionis integritate diverſi. Temerarie dudum Siciliæ montana conſcenderunt, & ibidem, quantum poterant, licet parum potuerint, noſtræ Majeſtatis Imperio repugnarunt. Sed ut adverſa (6) nobis quælibet in directa dirigantur, & aſpera in vias planas, Saracenos præfatos tanquam timore noſtræ potentiæ perterritos, ne (7) fortunæ Cæſareæ volentes ulterius (8), quin potius non valentes obſiſtere (9), nuperrime noris deſcendiſſe ſolam benignitatis auguſtæ miſericordiam implorantes. Ex quo te cæterosque fideles noſtros ſpes pulchra confoveat, ut cum nihil nobis poſt terga remaneat, quod cauſam in poſterum dubietatis (10) adducat, & quælibet ſint impedimenta ſublata, quæ noſtrum hucusque propoſitum retardabant, ad noſtrorum rebellium reliquias finaliter conterendas, tanquam liberiores ad gratiam, potenter exercere gladium intendamus.

Cap.

(3) *neceſſario* abeſt. (4) *refragabatur* l. ſuffragabatur. (5) *tamen* l. verumtamen. (6) *adverſa* l. diverſa. (7) *ne* l. nec. (8) *ulterius* abeſt. (9) *obſiſtere* l. obſiſtere vel obſtare. (10) *dubietatis* l. dubitationis.

Cap. XIII.

Piſanis, ut procedant viriliter contra Lucanos.

FUrioſam ſuperbiam, & ſuperbam furiam Lucanorum, qua ſuccenſi frementes, ſe contra Deum & Romanum Imperium erexerunt, ſuperfluum eſſet per ſingula literis recenſere, quam jam latius divulgatam vos credimus non latere. Sed nos quosdam exceſſus eorum nolumus ſub ſilentio præterire, ut Celſitudinis noſtræ zelare (1) honorem, & abominari (2) verius iniquitatem ipſorum, ad noſtram & Imperii vindicandam injuriam, & illorum inſolentiam edomandam expurgatis (3) viriliter (4) & potenter. Cum enim iidem Lucani ad occupandam terram Imperii (5) nequiter inhiarent (6) plures eos monuimus in ſpiritu lenitatis, ne tantam nobis irrogare molirentur injuriam & jacturam. Sed illi (7) monitis noſtris blandis ſuperbe contemptis nequitatem (8) quam conceperant parientes, prædictam terram hoſtiliter invaſerunt, in ea multa enormia committentes. Unde, ne tantam injuriam noxiæ negligere videremur, materialem gladium exercuimus in eosdem ipſos, tanquam inimicos Imperii proſcribendo: mandantes ipſos proſcriptos ab omnibus (9) evitari, & ſperantes quod percuſſi (10) dolerent, & at-

(1) *zelare* l. zelati. (2) *abominari* l. abominati. (3) *expurgatis* l. exſurgatis. (4) *viriliter* l. viriliter, pariter. (5) *Imperii* l. Imperii de.... (6) *inhiarent* l. inierant. (7) *illi* l. illis. (8) *nequitatem* l. iniquitatem. (9) *omnibus* l. omnibus arctius. (10) *percuſſi* l. perculſi.

& attriti noſtram miſericordiam implorarent. At illi malleum velut ſtipulam reputantes, ad percutientem malleum voluere (11) reverti: ſed indomabili corde timentes (12), exceſſus exceſſibus cumularunt, pro verbis pœnitentiæ verbis (13) ſuperbiæ blaſphemando. Quia vero illorum ſuperbia ſemper aſcendit, donec eam exurgens juſtitia judicio præveniat, & ſubvertat, ut contritione duplici conterantur; Sinceritatem veſtram rogamus attente, quatenus eosdem Lucanos ſeveritate debita percellentes, eis in terra (14) faciatis commercia [noſtrorum fidelium 15] interdici, aliasque procedatis acriter contra ipſos ſicut melius videritis expedire.

Cap. XIV.

Tyburtinis, confortans eos ut ſint firmi in fide, promittendo eis bona multa.

QUanta ſit fidei veſtræ ſinceritas, quam erga nos & Imperium prompta (1) mentis alacritate prætenditis, aliena cujuspiam verborum argumenta non quærimus: cum effectus operis, dicto (2) præponderans, coram nobis experimenta dilucidet, & conſcientiæ noſtræ profeſſio teſtium quantalibet (3) depoſitione ſolennior interpellet. Scimus etenim, imo jam judice facto probavimus, quali-

(11) *voluere* l. noluere. (12) *timentes* l. tumentes. (13) *verbis* l. verba. (14) *in terra* l. interea. (15) [ ] deſunt. (1) *prompta* l. promta ſemper. (2) *dicto* l. dicta. (3) *teſtium quantalibet* l. teſtis quantilibet.

qualiter Tyburtinæ devotionis integritas paratam continue ſe noſtris obſequiis reverenter exhibuit, & in fidei noſtræ conſtantia (4) devotionem puritatis oſtendit. Scimus etiam, quod fidei veſtræ perfectio damnoſis hoſtium impulſa conatibus, & continuam ſentiens ex vicinitate offenſam, vel potius ex offenſionis vicinitate jacturam, in eo ſemper eſt in noſtris ſervitiis probata ferventior, quo læſionem pertulit hactenus graviorem. Ad compaſſionis itaque noſtra (5) præcordia, imo ad recompenſationis examen libenter admittimus univerſitatis veſtræ gravamina, qui tam hilariter noſtra mandata (6) ſervanda ſuſcipitis, tam devote pro debita noſtrorum ſervitiorum executione portatis. De quibus, & aliis veſtræ fidelitatis obſequiis, quanquam, ut diximus, noſtra Magnificentia certa foret, ex tenore tamen literarum veſtrarum, & relatibus etiam nunciorum, quos nuper ad noſtram præſentiam deſtinaſtis, pleniori nobis exinde facta fide, ſic ſuper hoc ſuo loco & tempore, prout honori noſtro convenit, & fidei veſtræ requirit integritas, benevole curabimus providere, quo (7) in fidei noſtræ conſtantia merito gaudeatis (8) perſtitiſſe. Cæterum ut veſtræ devotionis auditus, quos noſtræ felicitatis avidos fore confidimus, ex noſtrorum proſperitate ſucceſſuum recreentur, adjicimus: quod in (9) negotiis, prout per alias literas vobis ſubſcripſimus (10), ſalubriter ordinatis, in Thuſciam

(4) *conſtantia* l. conſtantiam. (5) *noſtra* l. noſtræ. (6) *mandata* abeſt. (7) *quo* l. & quo. (8) *gaudeatis* l. gaudebitis. (9) *in* abeſt. (10) *ſubſcripſimus* l. ſcripſimus.

ſciam feliciter & victorioſe pervenimus, ubi divina favente clementia, plene gaudentes in corpore beneficio ſoſpitatis proſpere regnamus & vivimus, ac ſingula nobis ad vota ſuccedunt: ibique moram modicam trahere diſponimus, partes (11) ipſas in proximo felicibus auſpiciis proceſſuri. Vos igitur ad ſervitia noſtra, more ſolito, vigiles exiſtentes, ſic ad omnia quæ honorem noſtrum reſpiciunt (12), tenaciter vigiletis, quod ſperantes in noſtræ liberalitatis & promiſſionis (13) munificentia, ad proſecutionem ſervitiorum noſtrorum liberaliter intendatis, ut fidei veſtræ conſtantiam extollere dignis laudibus & (14) labores veſtros amplis recompenſare præmiis meritò valeamus.

Cap. XV.

Comitibus, & nobilibus Marchiæ, ut parent ſe ad procedendum armata manu contra rebelles.

Quod cauſæ noſtræ juſtitiam diſpenſatio ſuprema reſpiciat, poteſtis evidentium argumentorum experimento colligere: dum quamplures ex hoſtibus noſtris (1) qui diutius omnimodo (2) non abſque materialis gladii vibratione decertant, multi ex iis, ut culpas proprias pœnaliter deleant (3) in laquei noſtri capturas miſeras (4) miſerabiliter incidunt. Et nonnulli, quos æmulorum interdum ſuggeſtio perni-

(11) *partes* l. ad partes. (12) *reſpiciunt* l. ſapiunt. (13) *promiſſionis* l. proviſionis. (14) & abeſt. (1) *noſtris* abeſt. (2) *omnimodo* l. communi modo. (3) *deleant* l. doleant. (4) *capturas miſeras* l. capturam.

perniciosa ſubvertit (5), plenius æſtimantes miſericordiam quærere, quam expectare judicium, ad ſinum noſtræ potentiæ ſpontanei revertuntur. Scitis etenim qualiter hactenus (6) aliqui Marchiani ad falſas ſuggeſtiones Capitaneorum & aliorum pſeudoprophetarum evangelizantium verbum guerræ à fidei noſtræ geſtibus imprudenter erraverunt (7), & tam diu paſſi ſunt, ſe hujus (8) erroris obumbratione deduci, quouſque ſuperſtitiones & vitia ſeductorum, quæ diutius latere non poterant, evidenter cognoſcere potuerunt. Nuper autem fortunæ noſtræ proprietas [quæ ſolet nobis placidius (9) arridere, dum provocat, & per ſequentia (10) ſigna placere gratatur, etiam cum (11) ingratitudinis vitio quod promiſit,] quantumlibet viſa ſit hactenus tergum nobis aliquando vertere, faciem tamen hilarem jucundamque monſtravit, dum major pars Marchiæ ſcilicet (12) & præcipua (13) civitas velut anteſignaria. Proſiliens & exurgens ſuggeſtorum detectis fraudibus & via cognita veritatis, ad fidei noſtræ cultum noviter redierunt. Et ut erroris præteriti vitium virtutis placita converſione redimerent, ad fidelitatis ſemitam redire volentes, vigili & tumultuoſo conflictu facto cum hoſtibus in ſignum reprobatæ perfidiæ fidei ſuæ conſtantiam experiri multos de melio-

(5) *ſubvertit* l. pervertit. (6) *hactenus* abeſt. (7) *erraverunt* l. erraverant. (8) *ſe hujus* l. hujusmodi. (9) *placidius* l. placidis. (10) *per ſequentia* l. proſequentia. (11) *gratatur etiam cum* l. gratanter dum. (12) *ſcilicet &* l. ſcilicet . . & . . . civitatis. (13) *præcipua* l. præcipue.

melioribus civitatibus & aliis (14) rebellibus & cum eis generalem judicem Marchiæ, aliosque famoſos viros noſtri carceris excidiis aggregarunt. Ex quo fiducia nobis certa promittitur, quod tota provincia ſubſequenter ad fidem noſtri culminis reducetur. Si tamen partes illas, ut credimus, potenter & magnifice requiramus. Nolentes igitur oblatam quaſi nobis ad oculum de hoſtium conculcatione victoriam negligere: vos, quos laborum noſtrorum & onerum expertes eſſe non ſinimus, ad ipſius victoriæ participium invitamus: fidelitati (15) veſtræ mandantes quatenus ex ſapore rumorum hujusmodi, non cauſam (16) lætitiæ, ſed robur & animos aſſumentes, omnes & ſinguli ad requiſitionem, vos armis & equis, prout magnificentius unumquemque decuerit, præparetis. Ut in æſtate futura, cum felici exercitu noſtro, ad obtinendum de hoſtium depreſſione triumphum, ſic potenter procedere valeatis, quod ad retributionem munificam, quam propter hæc & alia veſtræ (17) devotionis obſequia, quæ ſtabili mente concepimus, ad remunerandum ea per efficaciam veſtrorum operum, libentius inducamur. Securos enim vos eſſe volumus, quod, ſicut veſtrorum quemlibet in noſtris ſervitiis vires & animos proprios (18) exercere videbimus, ſic in quemlibet liberalitatis noſtræ dextram proportionaliter extendemus.

(14) *civitatibus & aliis* l. . . . & . . aliisque. (15) *fidelitati* l. fraternitati. (16) *cauſam* l. ſolum cauſam. (17) *veſtræ* abeſt. (18) *proprios* abeſt.

Cap. XVI.

Mediolanenſibus, ut ceſſent ob hoſtili impugnatione.

PRudenter præcidenda ſunt mala, ut ſalubriter bona ſuccedant, offendiculo quoque ſublato de medio, lenis occurret & felicior aditus ad optata. Sane cum dominus Papa zelator ſalutis ad ea nos miſerit, quæ ſunt honoris Dei, Eccleſiæ, Imperii, & ſtatus proſperi, Lombardiæ, ne guerrarum turbatio, quæ ſolet in talibus afferre periculum, noſtro proceſſui circa præmiſſa quid abſit, difficultatis aliquid opponat, bona fide conſulimus, & affectione pura rogamus: & quia expedire videmus, diſtricte vobis præcipimus, quatenus poſt receptionem præſentium, ab incurſu ceſſetis hoſtili, & ſecuritatem præſtetis, non ſolum tranſeuntibus, verumetiam adjacentium hominibus regionum. Nos autem ſimilia, circa veſtros adverſarios procuramus. Sic etenim præciſis hinc inde turbationum zizaniis, in ſpe fertili divinæ Clementiæ, ſuper ſeminari poterit ſemen optatæ quietis.

Cap. XVII.

Cuidam Principi, de promiſſione expenſarum, narrando facta.

POſtquam præter ſpem & vota quam plurium, ad ſuaves applauſus regni noſtri Siciliæ, divina gratia cooperante, pervenimus:

Cap. 16. deeſt in Manuſcripto.

mus: ſubjuncta ſunt auſpiciis noſtris undique nova felicia, quibus habet calamus exarare (1), quod placeat, & tuis referre ſuaviter auribus quod delectet. Quantumlibet enim contra noſtræ Majeſtatis adventum, dum malitia temporis longe, ſic nobis abſentibus, largiorem exceſſibus licentiam tribuebat: civitates & loca regni, pro parte non modica, rebellionis error aſſiduus infeciſſet: viſa tamen potentia noſtra, tantum (2) ſic ſubito quam plures ex eis noſtrarum virium fragor edomuit, & (3) nonnullos ab eis errorum fugata caligine ſpontanea converſione reduximus ad fidei noſtræ cultum: ita quod nihil jam proceſſibus noſtris objicitur, & nihil, vel quaſi modicum reſtat à fidei noſtræ conformitate deforme. Et ſic evulſis jam plene radicibus, quæ factionis inchoatæ materiam roborabant, cuncta nobis grata proveniunt, & cuncta noſtris auſpiciis ad vota ſuccedunt. Ne poſſit tamen tuum; & aliorum noſtrorum animos fidelium credulitas (4) indirecta ſubvertere (5), quod dum delicioſa regni noſtri ſuavitate (6) deducimur, prætermittere curas Italicas intendamus [ad quorum proſecutionem plenariam, tanto libentius & liberius vacare diſponimus, quanto fæcundius exinde titulus noſter extollitur & facultas nobis ad hæc proſequenda de cætero liberior ſuffragatur] ſcire te volumus, quod fiſcalibus inclyti regni noſtri, per diverſas partes ſtudioſe diſcuſſis, pecuniæ in majori parte quam poſſumus

S 2

(1) *exarare* l. exhaurire. (2) *tantum* abeſt. (3) *&* l. quod. (4) *credulitas* l. crudelitas. (5) *ſubvertere* l. ſubripere. (6) *ſuavitate* l. dulcedine.

mus quantitatem congerimus, ut de ipſa tibi pro ſalubri expeditione negotiorum ipſarum partium, tam celeriter quam viriliter ſuccurramus.

Cap. XVIII.

Regi Caphedino qui Mahometem adorat.

SUblimati in regibus & principibus terræ in noſtræ Majeſtatis excellentia gloriantur: ſed præcipue in convertendo adverſarios Jeſu Chriſti. Redde igitur terram Hieroſolymitanam cultui Chriſtiano. Alioquin virtus noſtri culminis iraſcetur, &c.

Cap. XIX.

Reſponſiva ad præcedentem.

SI hilarem datorem Deus diligit, me diligit, & ſi beatius eſt dare quam recipere, beatus ero. Prohibe igitur Chriſtianos tuos ne ſæviant in Saracenos meos; alioquin invenies me tibi minantem.

Cap. XX.

Alfonſo primogenito Regis Franciæ (1), *dilecto nepoti ſuo, de captione proditorum.*

DEteſtabile (2) & ſegregatum à qualibet humanitate propoſitum Tibaldi, Franciſci,

Cap. 18. & 19. deſunt in Manuſcripto.

(1) *Alfonſo primogenito Regis Franciæ* l. Primogenito Regis Caſtellæ. (2) *deteſtabile* l. deteſtabile pridem.

ciſci, Guilhelmi, de S. Severino, Andreæ de Cigala (3), Pandulphi de Faſanellis (4), Jacobi de Morea (5), & aliorum ſuorum complicum, proditorum noſtrorum, ad te per noſtræ Celſitudinis apices perveniſſe jam ſcimus. Nec nos delectaret eorum ſeriem in præſenti deſcribere, vel exarare (6) malitiam, quam nullo fuiſſe conceptam tempore gauderemus; niſi quod idcirco libenter ipſorum enormes ſcire (7) deſideramus exceſſus, ut quatenus motus noſtros in eos Auguſta clementia temperat, eatenus ab omnibus noſtra modeſtia clarior cenſeatur. Hos etenim, qui nos tam iniquo propoſito trucidarunt, ſi [ſicut (8) cujuslibet hominis homicidas] occidimus, injuſte non agimus hos, quos veluti filios dulcedine paterna nutrivimus, ſi tanquam perfidos patricidas, inter ferales anguſtias comprehenſos in vicinum mare projicimus, ut omnium (9) elementorum uſu carere viventes incipiant, interficimus (10), non peccamus in hos, qui (11) parentes ſuſpendiis, filios expoſuere martyriis, in hos denique, qui ſuæ generoſitatis immemores, & noſtrorum beneficiorum ingrati, ac debitæ fidelitatis obliti, nobilis regni noſtri Siciliæ non filii, ſed privigni, Deum & hominem ſic incredibiliter offenderunt, quod nec infamia (12) culpæ conveniens, nec delicto pœna ſufficiens videretur. Ad horum ergo perniciem, indignationis noſtræ pervenit aculeus, divina clementia

(3) *Cigala* l. Cicalia. (4) *Faſanellis* l. Faſanella. (5) *de Morea* l. de Morra. (6) *exarare* l. exagerare. (7) *ſcire* l. ſciri. (8) *ſicut* l. ſic. (9) *omnium* l. omni. (10) *interficimus* abeſt. (11) *qui* l. quos. (12) *infamia* l. infamiæ.

mentia [quæ ſic ipſorum infatuavit aperte conſilium, quod prædictos Tibaldum, Franciſcum & Guilhelmum de ſancto Severino, & eorum complices, inferioris generis (13) & ætatis, ſceleris nefandiſſimi patratores, & contra nos divinæ potentiæ contemptores, convenientia præcogitare conſilia, & ſufficientia præparare ſubſidia non permiſit]. Qui cum potuiſſent monitiones quaslibet regni noſtri præripere (14), tum ex familiaritate præcipua, quam ad ipſos conſiliorum noſtrorum participes, & omnium negotiorum actores (15), præteritis temporibus habebamus (16), tum ex prædicti Andreæ de Cigala (17), in regno Siciliæ noſtri Capitanei generalis nefando conſortio, qua (18) quælibet caſtra noſtra ſuæ jurisdictioni commiſſa, ponere poterat & deponere Caſtellanos, caſtrum Capuacii nomine, quod capi de facili nec immerito poterat formidare, ſic ſubito, ſic temerarie conſcenderunt, ſic exiliter munierunt, ut nedum contra Romanum principem, qui præcelſa cacumina montium potenter inclinat: ſed nec contra potentioris vicini potentiam tueri ſe longo certamine potuiſſent. Etenim, licet non defuiſſet eidem (19) ad defenſionis longæ fiduciam rupis excelſæ munitio, mucrorum fortium ambitus, & copia bellatorum vel defenſorum (20): veruntamen abfuit neceſſariarum rerum fertilitas (21), &

(13) *generis* l. gradus, generis. (14) *præripere* l. pro velle proripere. (15) *actores* l. auctores. (16) *habebamus* l. habeamus. (17) *Cigala* l. Cicala. (18) *qua* l. qua per. (19) *eidem* l. eisdem. (20) *vel defenſorum* deſunt. (21) *fertilitas* abeſt.

& (22) aquæ præcipue non præviſa penuria, quam naturaliter (23) ex fontibus rupes ſaxoſæ negaverant, & accidentalem ex pluviis ciſternarum ædificata concavitas, in tanta copia non habebat: quod à veris introitu, quo ſe munire cœperant proditores, per totam proximam futuram æſtatem pugnantibus, & ex anxietate pugnæ ſitientibus, ac copioſe bibentibus, ſufficere potuiſſet, cujus copiam æſtivi aeris violentia ſubtrahebat, quam etiam ſi cœlitus contra ſuæ perfidiæ meritum habuiſſent, in tantum conductus aquarum, & muros omnes machinæ noſtræ confregerant, ut ad ciſternas transductio per canales omnimoda negaretur. Quo factum eſt, ut expugnati per fidelium regnicolarum victoriam glorioſam, qui ad vindicandum eorum opprobrium accenſi per fidem, in expugnatione infidelium noſtrorum proditorum & caſtri propugnatores extraneos admittere noluerunt: 18. (24) præſentis menſis Julii, factionis tam principes, quam ſequaces ſe pœnæ debitæ potius, quam miſericordiæ tradiderunt. Quibus omnibus præter ſpem omnium, & contra vota multorum, expeditis celeriter, & ad votum cum divina proviſio impedimenta ſuſtulerit, longis & callidis ſtudiis noſtrorum proceſſuum curſui præparata jam liberi reddimur, & reſumpta victoria ferociores (26) ad noſtrorum rebellium omnium, quantumcunque recalcitrent, fine laudabili reliquias conterendas.

(22) *&* l. ſed, (23) *naturaliter* l. naturalem. (24) 18. l. 21. (25) *ferociores* l. fortiores.

Cap. XXI.

Fulginatibus, animans eos in fide, mandans eis ut contra rebelles ſuos procedant cum Capitaneo (1).

ETſi generali qua (2) cunctos fideles noſtros pura mentis affectione complectimur, vos affectuoſe proſequi teneamur, ſpeciales cauſæ veruntamen cogitationibus noſtris ſe offerunt, quæ ad civitatis (3) veſtræ commoda inter alias civitates Italiæ prærogativa quadam multipliciter nos invitant. Inducimur ſiquidem ex antiquo fidei noſtræ zelo, quam nec vetuſtas temporis antiquata (4) debilitat, nec annorum ſpatia faſtidita confringunt (5): ſed quanto plus in tempore labitur, tanto ſemper in fide noſtra ferventior invenitur. Inducimur etiam ex puræ devotionis veſtræ conſtantia, quæ nec vicinorum interdum exemplo ſubmota, nec perſecutionibus (6) hoſtilibus ſtupefacta, tanto firmior ſemper (7) extitit, & in fide noſtra ferventior, quo damna ſemper pertulit graviora. Inducimur nihilominus ex illa cauſa potiſſime, quod in Fulgineo fulgere pueritia noſtra cœpit: & ſic dum civitatem veſtram locum nutrituræ noſtræ recolimus, [dum vobiscum quaſi civiliter convixiſſe penſamus 8], erga vos quodammodo domi-

(1) *cum Capitaneo* deſunt. (2) *qua* l. qui. (3) *civitatis* l. vicinitatis. (4) *antiquata* l. antiqua. (5) *confringunt* l. confrangit. (6) *perſecutionibus* l. proſecutionibus. (7) *firmior ſemper* l. ſerena. (8) [ ] deſunt.

dominantis modum excedimus, & naturali quadam humilitate ſeducti ad veſtrum ſalubre regimen (9) familiariter obligamur. Sic igitur de cura veſtra ſolliciti firmiter credimus, quod fidei veſtræ ſinceritas de bono in melius ſemper creſcat in antea, nec in cor noſtrum aſcendere poterit, quod ubi ſic vos affectuoſe diligimus, alicujus ſiniſtra ſuſpicio, vel ſuggeſtio fraudulenta devotionis veſtræ conſtantiam, de qua ſtabili mente confidimus, à fide noſtra valeat revocare. Licet autem vos egere exhortationibus non credamus, quos ſine requiſitione ferventes ad noſtra ſervitia probabiliter experimur, nihilominus tamen fidelitatem veſtram requirimus, & hortamur attente, mandantes, quatenus in fide & ſervitiis noſtris ſolliciti, more ſolito vigilantes, ſic ad requiſitionem Thomaſii de Aquino capitanei noſtri (10), ipſarum partium dilecti generalis atque fidelis noſtri, quem ad vos tanquam imaginarium perſonæ noſtræ, transmittimus, & continue vobiſcum volumus commorari, contra (11) rebelles noſtros vos potenter & viriliter opponatis, quod fine laudabili principium comitante, noſtræ ſerenitatis dexteram ad veſtræ generalitatis & ſpecialitatis augmenta, quaſi per debitum obligetis. Nos enim ſic alta mente & amplis retributionibus fidem veſtram diſponimus compenſare, ut in noſtris ſervitiis perſtitiſſe fideliter, merito gaudeatis.

(9) *regimen* l. regnum. (10) *noſtri* deeſt. (11) *contra* l. ſic contra.

Cap. XXII.

Cuidam nobili, ut reducat ad fidem villam regimini ſuo commiſſam, quæ à fide deviarat.

Dudum (1) ex zelo puræ devotionis & fidei, quam ad nos & Imperium ſemper hactenus habuiſſe te novimus, de tua induſtria & legalitate confiſi, cuſtodiam villæ tibi fiducialiter recolimus commiſiſſe, ut ſicut eras inter alios in fide noſtra præcipuus, eſſes in ejusdem loci cuſtodia ſpecialis. Cum igitur villa ipſa ſicut nuper accepimus à fide noſtri culminis deviarit, tanto te (2) propenſius expedit circa ipſius villæ recuperationem modos exquirere, quanto confidentius de provida retentione (3) ipſius ſtudio tuæ circumſpectionis inhæſimus; & quanto per hæc (4) noſtra quin & tua potius utilitas procuratur. Quocirca diſcretionem tuam requirimus, & rogamus attente, quatenus (5) ſicut unquam honorem noſtrum (6) diligis, & à nobis amplas præmiorum (7) retributiones expectas, modos & vias, quas eidem negotio convenire cognoveris, operoſus excogites, ingenium acuas, & cum ſolicitudine qua poteris elabores, qualiter locus ipſe ad fidem noſtræ Serenitatis reducatur. Nos enim promiſſiones omnes, pacta & conventiones, quas ad honorem noſtrum propterea duxeris faciendas, ratas habebimus, & facie-

(1) *dudum* l. cum. (2) *te* deeſt. (3) *de provida retentione* l. de redemtione. (4) *& quanto per hæc* l. & per hoc. (5) *quatenus* l. mandantes quatenus. (6) *noſtrum* l. tuum. (7) *præmiorum* abeſt.

ciemus inviolabiliter obſervari, temporis habilitate captata. Cæterum nos in manu forti & copia theſaurorum (8), ſic ad ultimum exterminium noſtrorum rebellium, & ſtatum pacificum fidelium procurandum, partes Italiæ magnifice repetemus, quod rebellium ipſorum temeritas, qui de noſtra forſan abſentia gloriantur [divina nobis aſſiſtente potentia (9) quæ tueri nos jugiter conſuevit] in adventu noſtri culminis evaneſcet.

Cap. XXIII.

Capitaneo ſuo in Thuſcia, ut ſtudioſe procedat ſuper eisdem.

SIne literarum noſtrarum judiciis (1) vel expreſſionibus nunciorum, tuæ (2) devotionis induſtriam ſcire (3) confidimus, quantum ex caſtro & villa, dum in fide noſtra perſiſterent, noſtris poſſet negotiis afferri compendium, quantumque per ea (4), ſi in partem contrariam cederent, grave diſpendium timeretur (5): velut in cujus gremio à nobis in Liguriam, & ad vos abinde præcipuo ſeu ſingulari, quin potius neceſſario tranſitu remanente, tanquam deficientibus aliis viarum paſſagiis, inde ſit unica clavis ad januam, quæ nobis noſtriſque reſerare poteſt & claudere tranſitum & regreſſum. Cum igitur villa ipſa, ſicut

(8) *theſaurorum* l. theſaurorum fidelium. (9) *potentia* l. clementia. (1) *judiciis* l. indiciis. (2) *tua* l. noſtræ. (3) *induſtriam ſcire* l. induſtria facere. (4) *ea* l. eum. (5) *timeretur* l. caveretur.

ſicut nuper (6) accepimus, à fidei noſtræ ſemitis deviante (7), caſtrum prædictum in noſtra devotione fideliter perſeveret, fidelitatem tuam requirimus, mandantes expreſſe, quatenus ejusdem negotii circumſtantias diligenter advertens, ſtatim de conſilio fidelium noſtrorum Thuſciæ, quorum magis videris expedire, vias & modos operoſus (8) excogites, qualiter ad recuperationem (9) villæ ipſius, ac efficacem defenſionem & obſervationem caſtri præfati aggregatis auxiliis celeriter ſuccurratur: inducturus ad hoc efficaciter communia regionis ipſius, & commune civitatis præcipue: ut ſi (10) unquam deſiderant in perſonis & rebus ac ſupplicationibus ſuis, coram nobis favorem & gratiam invenire, ſtatim circa recuperationem ejusdem villæ, tuitionem caſtri, & pacificationem ſtratæ, ac provinciæ potenter & viriliter intendentes: fidem, quam ad nos & Imperium habere tenentur ex debito, & eos ſemper (11) promptam hucusque novimus habuiſſe, per efficaciam operis fateantur.

Cap. XXIV.

Cuidam capitaneo ſuo, quod habito triumpho de laboribus revocabit eum ad ſe.

LEctis gratanter literis tuis, & diligenter auditis ſingulis, quod nuncius & ſocius tuus propoſuit coram nobis, firmiter tenere

(6) *nuper* abeſt. (7) *deviante* l. deviarit. (8) *operoſus* l. diligenter. (9) *recuperationem* l. requiſitionem. (10) *ſi* l. ſicut. (11) *ſemper* abeſt.

nere te volumus, quod præſentiam (1) tuam, quam fructuoſam nobis clara ſemper demonſtratione (2) probavimus, libenter lateri noſtro proximam videremus, ut nos tuis, quæ grata ſunt nobis ubilibet, præſentibus uteremur obſequiis: & tu noſtris quos familiares tibi, quantumvis abſenti promittimus, placidis aſpectibus lætareris, velut qui ſollicitudinibus variis & laboribus bellicis fatigatus, noſtram videre præſentiam reputares ad otium, & lætam inſpicere faciem aſcriberes ad quietem. Sed negotiorum natura, quæ laudabilem habuit te in partibus illis authorem (3) noſtris tantiſper & tuis deſideriis repugnante: voluntati (4) quodammodo noſtræ (5), tuæque ſaluti ad præſens non ſatisfacimus, donec in meliorem ſtatum reformata provincia, glorioſior inde ſequatur exitus, unde nocivus (6) ſuſcipitur continua ſucceſſione proceſſus, te de partibus ipſis (7) ad præſens non duximus revocandum. Nollemus enim, ut (8) te laboribus & ſudoribus tuis, prompta dudum devotione diſperſis, aliena meteretur falce victoria, & aſſumeret alius te in campo Martio (9) ſtrenue currente triumphum. Sed cum plena ſic nobis & proxima præbeatur de regionis ipſius reformatione fiducia, te cum plenitudine (10) gratiæ, de rebellibus noſtris ſumpta victoria, ad noſtram

(1) *præſentiam* l. ad præſentiam. (2) *demonſtratione* l. devotione. (3) *authorem* l. actorem principium. (4) *voluntati* l. nobilitati tuæ. (5) *noſtræ* abeſt. (6) *nocivus* abeſt. (7) *ipſis* l. illis. (8) *enim ut* l. etenim quod. (9) *Martio* deeſt. (10) *cum plenitudine* l. cum fide plenitudinis.

noſtram præſentiam revocare curabimus & hilariter ad noſtræ quietis participium admittemus.

Cap. XXV.

Ezelino (1), *ſcribens ei quod proſpere vivit, & fatigatus laboribus requieſcit in regno.*

SCimus, & longi temporis experimento didicimus, quod à conſuetudine [quæ jam in te naturæ vim obtinet] præſcripta longi temporis ſpatio (2), tuæ mentis maturata devotio, nativis erecta potentiis declinare non poſſit. Scimus, quod vergentis (3) in ſenium tuæ devotionis authoritas, quantumlibet tibi ruinoſa (4) ſeneſcat in corpore, virtuoſa veruntamen juveneſcit in mente. Scimus, quod ardor tuæ fidei annorum vetuſtate non deſipit, nec annorum ſpacia vaſtidica (5) confringunt (6), ſed quanto plus in tempore labitur, tanto fructus placidiores adducit. Scimus, quod, licet à nobis interdum locorum ſitus (7) te corpore dividat (8), corde tamen & animo Majeſtatis noſtræ præſentiam intueris: dum ſtatum noſtrum proſpetum notivus per literas expetis, & per nuncios miniſterioſus exquiris. Ecce igitur conſona votis tuis (9) nova deſcribemus,

(1) *Ezelino* l. Egelino de Romano. (2) *longi temporis ſpatio* l. ſpatia. (3) *vergentis* l. urgentis. (4) *ruinoſa* l. pernicioſa. (5) *vaſtidica* l. faſtidita. (6) *confringunt* l. conſtringunt. (7) *locorum ſitus* l. terrarum ſpatia. (8) *dividat* l. dividunt. (9) *tuis* l. veſtris.

bemus, quod [favente divina clementia] proſpere vivimus, & corporis noſtri membra, bellicis hactenus fatigata laboribus, deliciosa regni noſtri dulcedine reſtauramus. Illo nihilominus non omiſſo, quo (10) ad pacificandum ſtatum fidelium (11), & rebellium reliquias comprimendas, ex curis noſtris, quas excitat ſollicitudo proſperior, vigilias continuas exercere curemus.

Cap. XXVI.

Cremonenſibus confortans eos in fide, & aſſerit ſe cito iturum ad partes illas, in exterminium rebellium.

ETſi utilium exigente qualitate cauſarum, quibus conſultius aliter fieri poſſe non vidimus, dudum regnum noſtrum Siciliæ præſentia noſtra duxerit repetendum, vobiscum ſemper corde remanſimus, & ſi permittente natura fieri potuiſſet, majorem corporis noſtri partem providiſſemus vobiscum præſentialiter remanſuram. Conſiderantes vero quod temeritas ſuperſtitioſa rebellium, dum deliciosæ tantiſper quieti nos deditos opinatur, improvide ſibi plenam jam (1) gloriam, ex abſentia forſitan noſtræ Majeſtatis, uſurpat: penſantes etiam, quod veſtra & aliorum noſtrorum vota fidelium, dum præſentiam noſtram anhelantes eſuriunt, de facili poſſent aſſumere pro tam longa ſpei prorogatione rancorem:

(10) *quo* l. quin. (11) *fidelium* l. Imperii fidelium. (1) *jam* l. jam vento.

rem : nos (2) in partem ſolitæ (3) ſollicitudinis reddendos elegimus, & (4) ſuavibus regni noſtri ſolatiis, [perſonam noſtram (5)] providimus ſubtrahendam (6). Sic facti noviter in (7) hujusmodi hoſtium (8) detrimenta magnanimes, ut nullis quaſi præteritis fatigati laboribus, nullis effuſis ſumptibus faſtiditi, nunc videamur ad bella ſolito fortiores occurrere, nunc ad eroganda ſtipendia & præmia largienda pro meritis, ſatis conſueto fœcundius noſtræ munificentiæ gremium aperire: Ecce igitur corpore ſoſpites, corde fortes, ad reviſendas partes Italiæ potenter accingimus (9): theſauros undique de regni fertilitate congerimus, & noſtræ potentiæ brachium ſic congregatis circumquaque præſidiis roboramus, ut in proximo & victorioſo noſtræ Majeſtatis adventu, ſpe diuturna (10) fidelium reſpirante, conterantur, medullitus corda rebellium, quæ nobis abſentibus forſan inaniter glorientur. Vos autem, viri fortes [quos velut in fidei ſoliditate firmatos, reddit quævis (11) negotiorum & temporum qualitas in noſtra devotione præclaros] ſpem firmam fiduciamque concipite, quod in (12) ſummum exterminium noſtrorum rebellium, ad partes ipſas, in proximo potenter & magnifice veniemus. Interim autem (13) ſic in ſervitiis noſtris perſiſtite, ſic ad confuſionem hoſtium [ſicut viros

(2) *nos* l. vos. (3) *ſolitæ* l. noſtræ. (4) *elegimus &* deeſt. (5) [ ] deſunt. (6) *ſubtrahendam* l. ſubtrahenda. (7) *in* abeſt. (8) *hoſtium* abeſt. (9) *accingimus* l. accingimur. (10) *diuturna* l. diutina. (11) *quævis* l. quorumvis. (12) *in* l. ad. (13) *autem* l. tamen.

viros decet induſtrios] vires veſtras & animos exercete, quod inter alios fideles noſtros vos dignis extollere laudibus, & ſpecialibus proſequi præmiis merito valeamus.

Cap. XXVII.

Eidem, narrans ſuos eventus.

DElectat nos, vobis de noſtræ felicitatis eventibus nova deſcribere, quos multæ fidei, multæque devotionis præclaritas, ſicut firmiter credimus, avidos noſtræ proſperitatis efficit auditores. Dum enim gratitudines ſervitiorum innumeras, quas dudum claræ memoriæ domino genitori noſtro præſtantes (1) conſtanter in filium tranſtuliſtis, diligenter advertimus: dum voluntatem veſtram, [quam mater & alumna fidelitas ſemper hactenus ſervavit illæſam 2], memori meditatione penſamus, libenter vobiſcum (3) familiaria ſtatus noſtri verba conferimus, cum quibus libenter etiam quoslibet (4) proſperitatis noſtræ ſucceſſus præſentialiter partiremur. Noveritis igitur, quod [divina favente gratia (5), quæ ſemper dirigit greſſus noſtros] ſoſpitatis corporeæ votivo beneficio fruimur, & conculcatis undique rebellionis obſtaculis, quæ dudum incognito (6) potentiæ noſtræ brachio palpitare (7) quodammodo videbantur (8), in regno noſtro

(1) *præſtantes* abeſt. (2) [ ] deſunt. (3) *vobiſcum* l. vobis. (4) *quoslibet* abeſt. (5) *gratia* l. clementia. (6) *incognito* l. incognite. (7) *palpitare* l. reſpirare. (8) *videbantur* l. videbamur.

noſtro Siciliæ potenter (9) triumphamus. Verum quanquam (10) opus armis forte de cætero (11) magnificentia noſtra non credat, dum fidelibus noſtris regnicolis omnimoda pace gaudentibus, ſolo verbo cuncta diſponimus, & ſolus nutus imperat, & gerit officium gladiorum: nihilominus tamen non ſic otio vacandum fore cenſemus, quin potentiam noſtram terræ mariſque viribus continue muniamus, ut per hæc (12) acquiſita poſſimus in brachio potentiæ noſtræ defendere, & circa partes Italiæ, de cujus negotiis diligens (13) nos cura ſollicitat, habilius intendere valeamus.

Cap. XXVIII.

Cuidam nobili, ut perſeveret in operibus quæ incepit.

INtellecto nuper, quod tu promptum gerens (1) ad Excellentiam noſtram fidei & devotionis affectum (2), ſervitia quælibet quæ honorem noſtrum reſpiciunt hilariter ſuſcipis, & in proſequendis eiſdem laudabiliter te exerces, labores quoslibet non evitans (3): devotionem tuam gratioſa laude proſequimur, & [cum ſervitia tua digna præmiorum retributione reſpicere diſponamus] fidelitatem tuam requirimus, & hortamur (4), attente mandantes, quatenus laudabiliori fine continuans, quæ

(9) *potenter* l. potenter & viriliter. (10) *quanquam* l. quamvis. (11) *de cætero* deſunt. (12) *hæc* l. hæc &. (13) *diligens* abeſt. (1) *gerens* l. geris. (2) *affectum* l. affectuum. (3) *evitans* l. evitas. (4) *hortamur* l. rogamus.

quæ laudabiliter incepiſti, ad requiſitionem (5) ſuper omnibus quæ nominis noſtri & honoris (6) augmenta contingunt (7), ſic te præbeas operoſum, ut quod de commodis tuis firma jam mente concepimus, in actum deducere, tuis exigentibus meritis, merito valeamus.

Cap. XXIX.

Capitaneo regni, ut præcipiat portari fodrum ad exercitum.

CUras noſtras conſideratio ſtudioſa ſollicitat, qualiter in victorioſo noſtro exercitu, quem bellatorum concurſus amplificat, rerum victualium copiam (1) procuremus. Cum itaque minante jam temporis hyemalis inſtantia, de ſolitis (2) locis, ex quibus per terram hactenus facilis reddebatur vel habebatur (3) acceſſus, diſcriminoſa viarum aſperitas, fodri confluentiam interdicat, conſulta deliberatione providimus, ut ſi quis ex hoc defectus poſſet emergere, transvectionis marinæ ſuffragio ſuppleatur. Quocirca devotioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per Siciliam, & Calabriam & valles gratis (4) in locis maritimis publice facias nunciari, ut quicunque de partibus ipſis (5) mercator, vel alius frumen-

T 2 tum

(5) *requiſitionem* l. requiſitionem noſtram. (6) *nominis noſtri & honoris* l. honoris noſtri. (7) *contingunt* l. reſpiciunt. (1) *victualium copiam* l. victualia. (2) *ſolitis* l. ſollicitis. (3) *vel habebatur* deſunt. (4) *valles gratis* l. valegnatam. (5) *ipſis* l. illis.

tum vel hordeum, ſeu res alias victui opportunas ad felicem exercitum (6) noſtrum deferre voluerit, debito proinde jure (7) Curiæ noſtræ ſoluto (8) ſecurius accedat. Si vero ſpontaneos invenire non poteris delatores, tuæ circumſpectionis induſtria [quæ ſemper conſuevit in noſtris ſervitiis ſenſus acuere] mercatores aliquos prudenter inveniat, & diligenter inducat, qui in terris vicinis maritime victualia ipſa emere debeant, & ea per (9) terram ad (10) mare translata, præter ſolutionem debitam vectigalium, ad eundem exercitum ſine quolibet impedimento transportent exoneraturi victualia ipſa, quæ (11) ſub teſtimonialibus literis tuis eos (12) deferre continget, coram viris ad hoc per noſtram Excellentiam ordinatis, ad exercitum noſtrum, ſi poterunt, vel ad caſtrum maris, aut Amalſiam, ſi propter malitiam temporis recta navigatione venire non poſſent (13). Et ut ſuper hoc de cordibus ſuis omnis rancoris materia prædicatur (14), firmiter [eis ex parte noſtra 15] te promittere volumus, quod victualia ipſa pro exercitualibus uſibus poterunt ſine contradictione diſtrahere, & concedere (16), plus offerentibus liberam inveniant facultatem.

Cap.

(6) *exercitum* l. tranſitum. (7) *proinde jure* l. provide. (8) *ſoluto* l. ſolito. (9) *per* l. ad. (10) *ad* l. per. (11) *quæ* deeſt. (12) *eos* l. quæ eos. (13) *poſſent* l. poſſint, conducant. (14) *prædicatur* l. præcidatur. (15) [ ] deſunt. (16) *diſtrahere & concedere* l. detrahere & concedendi.

Cap. XXX.

Ezelino (1) *de captione cujuſdam civitatis.*

GAudere te volumus, quod noſtræ patrona juſtitiæ manus altiſſimi cauſam noſtram continuis promovet incrementis, lætari te petimus (2), quod ſuſpenſas (3) deſiderii noſtri longi metas intentionis noſtræ ſumma jam attigit. Exultare te cupimus, quod laborum noſtrorum congeries, à noſtrorum fidelium non (4) exempta ſudoribus, quietis jam nobis emolumenta promittit, dum civitas N. (5) quæ (6) à grege fidelium, velut perdita ovis erraverat, & ex debilibus fragmentis rebellium, reſiſtentiæ Spiritum in regni noſtri corpore fluxibilem & (7) ruinoſa materiam nutriebat, præter oppreſſiones innumeras (8), & varia genera impugnandi, quibus incluſorum proterviam triumphantis exercitus noſtri depopulatio calcaverat (9), die decimo (10) præſentis menſis Octobris (11), ſub omni devotionis ſpecie, qua pœnitentium præſtatur (12) humilitas, unanimi voce deditionis emiſſa, noſtræ miſericordiæ gratiam humiliter imploravit. Et licet civitatis ejuſdem incolas ſic Magnificentiæ noſtræ rigor arceret exterius, & exactrix & importuna continue fames interius laboraret,

T 3

(1) *Ezelino* l. Egelino de Romano. (2) *petimus* l. volumus. (3) *ſuſpenſas* l. ſuſpenſi. (4) *non* l. nunc. (5) *N.* l. talis. (6) *quæ* l. quæ dudum. (7) *&* l. ſicut &. (8) *innumeras* abeſt. (9) *calcaverat* l. circulata calcaverat. (10) *decimo* abeſt. (11) *Octobris* l. Septembris ſibi. (12) *præſtatur* l. proteſtatur.

boraret, & deſtituti ſpe qualibet exterioris auxilii, & ad ſolutionem inteſtini debiti, ex diutius contracta penuria facti penitus impotentes, noſtræ potentiæ viribus ultra reſiſtere non valerent: nos tamen quos ad ultionis judicium eorum incauta temeritas merito poterat invitaſſe, pulchrum vindictæ genus æſtimantes ignoſcere, ſub minantis furore gladii, excluſis omnino principibus factionis, extra regni noſtri limites, laturis exilium, qui populum haćtenus verborum licet inanium errore deduxerant, & in ſignum dejecti rebellionis ipſius, circumgerantium murorum circulus (13) ſolo cedentibus de beneficio innatæ nobis potentiæ, quam libenter exercemus in ſubditos, gratiæ noſtræ januam decrevimus reſerandam. Quod quanquam alieniginæ (14) famæ præloquiis, ad notitiam forte tuam pervenit, & ex hoc tuæ devotionis intrinſeca credamus in lætitiam reſoluta: nihilominus tamen id tibi (15) liquidiori ſtylo providimus nunciandum: ut, ſicut exercitu ipſo rebellium noſtrorum (16) attenuata ſunt pectora, ſic tuæ devotionis propterea vires & animum erigens ſumas (17) de celebri proſperitatis hujusmodi (18) feſto congaudium, cum (19) vigilias univerſalis turba fidelium germinavit.

Cap.

(13) *circulus* l. circulo faſtigiis. (14) *alienigina* l. alienæ. (15) *tibi* deeſt. (16) *noſtrorum* deeſt. (17) *erigens ſumas* l. erigantur, ſumasque. (18) *proſperitatis hujusmodi* l. hujus. (19) *cum* l. cujus.

Cap. XXXI.

Juſtitiario regni ſuper exactione pecuniæ.

DUm magnæ devotionis indicia, & multiplicium ſervitiorum onera, quæ ſucceſſive fidelibus noſtris tuæ jurisdictionis (1) incumbunt, infra nos ipſos debita conſideratione (2) penſamus, eis benignæ mentis affectu compatimur, & inviti quodammodo noſtris oneribus eorum colla ſubmittimus, quos ſub pacis deliciis & optatæ quietis gaudio ſub alarum noſtrarum velamine cupimus delectari, quia tamen in victorioſo exercitu noſtro firmato dudum in obſidione, de quo nobis & fidelibus noſtris triumphum præſtitit divina clementia, poſt labores tam armatione felicis *ſtolii, quam in ſtipendiis bellatorum, & aliis quæ (3) circa expeditionem exercitus, expugnationis qualitas requiſivit, ſic ærarium noſtrum ipſius rei glorioſus effectus exhauſit, ut ad ſolutionem multiplicium debitorum, quæ propterea Camera noſtra contraxit, ſine fidelium noſtrorum ſuffragio fiſci noſtri non ſuppetunt (4) facultates, quantitatem pecuniæ, interclusa præſentibus cedula comprehenſam, ab hominibus (5) jurisdictionis tuæ providimus (6) exigendam, fidelitati tuæ firmiter præcipiendo mandantes, quatenus diligenti examinatione (7) præhabita, quantum ſumma pecuniæ

* Stolium idem quod claſſis.

T 4

(1) *jurisdictionis* l. circumſpectionis. (2) *conſideratione* l. meditatione. (3) *quæ* deeſt. (4) *ſuppetunt* l. ſuppetant. (5) *hominibus* l. omnibus. (6) *providimus* l. propterea providimus. (7) *examinatione* l. meditatione.

cuniæ anno proximo præterito in jurisdictione ipſa impoſita, præſentem exceſſerit quantitatem, eam ſicut ſummarie inveneris, minoratam (8) ſic inter univerſas jurisdictionis tuæ civitates & loca particulari numeratione diſtribuas, & ſic proportionabiliter (9) partiaris, ut nulla propterea contra legem diſtributionis ipſius materia quæſtionis exorta, pecuniam ipſam per te taliter imponendam celeriter exigi, & feſtinanter recolligi facias, & (10) ad Cameram noſtram cum omni qua poteris celeritate transmittas.

Cap. XXXII.

Communi civitatis, ut ſubveniant ei in aliquo ad ſolutionem debitorum.

TOt ſunt opera fidei & devotionis indicia, quæ continuatis ſucceſſibus pro nobis oſtendiſtis, tot (1) ſunt ſervitiorum gratitudines, & onerum factiones, quas in nobis ſemper actualiter invenimus, quod dum quietis plene ſolatia, quæ vobis & aliis fidelibus noſtris utiliter præparare diſponimus, infra nos ipſos aſſidua meditatione penſamus & (2) inviti [Deo teſte] novas ſarcinas humeris veſtris adjungimus: quinimo caſus etiam cauſas (3) jugiter cogitamus, per quas veſtrorum præteritas paſſiones gravaminum, de quibus nobis (4) [teſte Deo] tota mentis affectione com-

(8) *minoratam* l. immoratam. (9) *proportionabiliter* l. proportionaliter. (10) *&* l. ut. (1) *tot* l. *quot*. (2) *&* abeſt. (3) *caſus etiam cauſas* l. cauſis & cauſas. (4) *nobis* l. vobis.

compatimur, utiliter (5) alleviare poſſemus. Sed cum firmum ſit noſtræ Majeſtatis propoſitum, quod rerum evidentius promittit eventus, finem laboribus noſtris imponere, ut (6) conculcatis undique rebellionis obſtaculis, nihil ſuperſit vel modicum, quod nobis & vobis (7) de cætero inquietas pariat actiones: nunc ad complementum operis, ad cujus proſecutionem noſtra libenter opera (8), onera ſupportaſtis, devotionis (9) noſtræ conſtantiam, inviti quantumlibet vocamus (10). Cum igitur in victorioſo exercitu noſtro firmato dudum in obſidione civitatis, de qua nobis & fidelibus noſtris triumphum præſtitit divinæ bonitatis clementia, poſt labores tam in armatione felicis ſtolii, quam in ſtipendiis bellatorum & aliis quæ circa expeditionem exercitus oppugnationis (11) qualitas requiſivit, ſic ærarium noſtrum ipſius rei glorioſus effectus exhauſit, ut ad ſolutionem multiplicium debitorum, quæ propterea Camera noſtra contraxit, ſine veſtro ſubſidio fiſci noſtri non ſuppetant facultates: fidelitatem veſtram, quam ſemper invenimus ad beneplacita noſtra paratam, requirimus, & rogamus attente, quatenus (12) firma concepta (13) fiducia, quod brevis erit in antea noſtrorum cauſa gravaminum, quæ nunc etiam à vobis, ſi negotii natura (14) permitteret, tolleremus ad requiſitionem Juſticia-

T 5 rii

(5) *utiliter* l. viriliter. (6) *ut* l. &. (7) *& vobis* deſunt. (8) *opera* deeſt. (9) *devotionis* abeſt. (10) *vocamus* l. evocamus. (11) *oppugnationis* l. expugnationis. (12) *quatenus* l. mandantes quatenus. (13) *concepta* l. tenentes. (14) *natura* l. cauſa.

rii regionis ipſius, cui exinde ſcribimus circa ſubventionem propterea (15) nobis utiliter (16) & devote præſtandam, ſic voluntates veſtras promptas & hilares offeratis, ut dilectionis veſtræ (17) principia laudandis continuetis ſucceſſibus (18); ut, dum in præparatæ jam vobis (19) quietis deliciis ſub (20) noſtra pacifica poſſeſſione gaudebitis, & nos ergo (21) vota veſtra ſtatuatis, propterea debitores ad gratiam, & favoris ac laudis titulos in conſpectu noſtri culminis acquiratis.

Cap. XXXIII.

Capitaneo Marchiæ, confortans eum, dicens, quod intendit eum revocare ad ſe quam cito habebit victoriam.

CRedere firmiter, & tenere te volumus, quod ſi abſque periculo negotiorum noſtrorum fieri poſſe commode videretur, præſentiam tuam, quam fructuoſam nobis clara ſemper demonſtratione probavimus, libenter noſtro lateri proximam videremus, ut nos tuis, quæ grata ſunt nobis ubilibet, præſentibus uteremur obſequiis, & tu noſtris, quos familiares quantumvis abſenti promittimus, placidis aſpectibus lætareris: velut qui ſolicitudinibus variis & laboribus bellicis fatigatus noſtram videre præſentiam reputares ad otium, & læ-

(15) *propterea* l. propter hoc. (16) *utiliter* l. fideliter. (17) *veſtræ* l. noſtræ. (18) *ſucceſſibus* l. acceſſibus. (19) *jam vobis* l. nobis. (20) *ſub* l. ſub protectione. (21) *ergo* l. erga.

Cap. 33. deeſt in Manuſcripto.

& lætam inſpicere faciem aſcriberes ad quietem. Sed negotiorum ipſorum natura, quæ laudabilem habuit hactenus te in partibus illis authorem, noſtris tantiſper & tuis deſideriis repugnante, naturæ quodammodo voluntati vim facimus, & donec glorioſus inde proveniat exitus, unde nocivus ſuſcipitur continua ſucceſſione proceſſus, te de partibus ipſis ad præſens non vidimus revocandum. Nollemus enim de laboribus & ſudoribus tuis, prompta dudum devotione diſperſis, aliena meteretur falce victoria, & aſſumeret alius te in campo Martio ſtrenue currente triumphum. Sed cum plena ſit nobis, & proxima de regionis ipſius reformatione fiducia præbeatur: age viriliter, & ſpes pulchra te foveat, quod te cum plenitudine gloriæ de rebellibus noſtris aſſumpta victoria libenter ad noſtram præſentiam revocare curabimus, & hilariter ad gratæ quietis participium admittemus.

Cap. XXXIV.

Bononienſibus, quod non elevent ſe in ſuperbiam propter victoriam habitam de filio ſuo, & quod in continenti liberent eum.

[VArios eventus eſſe fortunæ, diverſis legitur in ſcripturis: quæ nunc deprimit hominem, nunc exaltat, & ſæpe blanditur aliquos exaltando, quos demum deprimendo inſanibili vulnere frequenter percutit & flagellat 1]. Si vos igitur (2) fortuna ſerenior

(1) [ ] deſunt. (2) *Si vos igitur* l. Etſi vos.

ſerenior reſpexiſſe videtur his temporibus clare (3) vultu, non deberetis, ſi ſapientes eſſetis, in aliquo ſuperbire, quia ſæpius in altum quis tollitur, ut ruens fortius conquaſſetur. Nam ſæpe fortuna videtur in principio proſpera (4) nunciare, ſed medium & finem multis replet adverſitatibus, & concludit. Relatum eſt etenim Magnificentiæ noſtræ, quod in victoria nobis (5) data, feciſtis cornua ferrea, cum quibus totum orbem creditis ventilare, & elevati in ſuperbia magna valde, Lombardis fratribus veſtris arrogantiæ munera transmiſiſtis, cum eis ſolennitates & magna gaudia celebrantes. Sed niſi cito elationem veſtram ad manſuetudinem convertatis, cornua ferrea quæ feciſtis ſubito impetu confringentur: riſus veſter dolore miſcebitur, & gaudium veſtrum in triſtitiam convertetur. Conſiderate igitur provide, & attendite diligenter, quod Imperii noſtri ſerenitas, quamvis (6) paſſa videatur aliquas tempeſtates, tam indigno (7) Dei judicio, multos de illis, qui rebelles eſſe noſtræ potentiæ præſumpſerunt, juſtitia mediante, ad pœnam & mortem conduximus (8) exemplum cunctis hominibus ſæculi (9) monſtraturi. Non enim ſicut putare videmini ſopita eſt Romani Imperii fortitudo. Nam ſemper vigilans & attenta potentia non dormitat. Interrogate patres veſtros, & dicent vobis, quoniam avus noſter [felicis memoriæ] victorioſiſſimus

(3) *reſpexiſſe videtur his temporibus clare* l. diebus iſtis reſpexerit claro. (4) *proſpera* l. felicia. (5) *nobis* l. vobis. (6) *quamvis* l. licet. (7) *tam indigno* l. tamen digno. (8) *conduximus* l. conducemus. (9) *ſæculi* abeſt.

Digitized by Google

mus Fridericus, cum voluit, Mediolanenſes priores veſtros expulit à propriis laribus, & ejecit, ac civitatem ipſam tripartivit in burgis. Non igitur pateant faciles (10) aures veſtræ ſuggeſtionibus ac adulationibus Lombardorum, qui vos ſui (11) damnationi aſſociari cupiunt, inducentes vos in foveam, de qua nullo auxilio poteritis liberari. Quapropter ſub pœna gratiæ noſtræ vobis præcipimus & mandamus, quatenus dilectum filium noſtrum Heinricum Regem Sardiniæ & Galluri, cum aliis fidelibus noſtris Cremonenſibus (12), Mutinenſibus, & cæteris aliis quos cepiſtis, viſis præſentibus, de carceribus relaxetis. Quod ſi feceritis, nos inter alias civitates Lombardiæ, veſtram exaltabimus civitatem: ſi vero potentiæ noſtræ mandatis neglexeritis obedire, triumphalem & innumerabilem noſtrum exercitum expectabitis (13): procul dubio cognoſcentes, quod ad vos omni mora poſtpoſita veniemus, & civitatem ipſam (14) obſidebimus, nec de manibus noſtris vos liberare poterunt Liguriæ proditores, ſed eritis fabula & opprobrium nationum, ac vobis improperabitur in æternum.

Cap.

(10) *faciles* l. felices. (11) *ſui* l. ſuæ. (12) *Cremonenſibus* abeſt. (13) *expectabitis* l. expectetis. (14) *ipſam* abeſt.

Cap. XXXV.

Fridericus ſignificans domino Papæ & Cardinalibus victoriam habitam de Mediolanenſibus.

COmmunem (1) omnium Principum terræ lætitiam, ſed matris Eccleſiæ ſpecialem, veſtram ulterius latere notitiam non volentes, quanquam ut firmiter opinamur inſinuationis noſtræ curſum, celerior literis fama præripuit. Nihilominus ad vos Imperiali programmate victorioſi proceſſus noſtri tripudium, ſtylo deducimus certiore. Sane quantæ audaciæ quantæque temeritatis (2) ſint Ligurium (3) Excellentiæ noſtræ rebellium factiones, ad proximos experientia detulit, & loci vicinitas, ac intemeratæ (4) fama nequitiæ pertulit ad remotos; nec latere vos credimus, nec mundus ignorat, tam longæ diſſimulationis noſtræ conſtantiam circa eos. Ne igitur tolerantia noſtra rerum (5) patientiæ nomen amitteret, & vicioſæ puſillanimitatis notam incurreret, pro decore virtutis animadvertentes poſtmodum, quod ferro ſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam: nec expectare volentes, quod in fiſtulam totiens jam cicatrix obducta tranſiret, neceſſario nos ad arma convertimus, manus ad fortiora (6) miſimus, & noſtrum vibravimus gladium, dormientis Imperii ſomnum excitantes.

(1) *communem* l. ad communem. (2) *temeritatis* abeſt. (3) *Ligurium* l. ligarum. (4) *intemerata* l. inveteratæ. (5) *rerum* l. verum. (6) *fortiora* l. fortia.

tes. Et cum anno præterito veluti cujusdam profunditatis vadum ipſorum vires & animos tentaſſemus, experimento ſecuri tenuimus propoſitum, firmavimus animum, dum deſideratæ nobis conſumationis (7) effectum principia bona promitterent (8), & lætitiæ veſpertinæ fiduciam lucifer traderet matutinus, cum Germaniæ retibus expediti, quæ pro magna parte furioſus ille juvenis (9) quondam Dux Auſtriæ noſtris proceſſibus, veruntamen non impune, paraverat, circa finem hujus æſtatis Italiam duximus repetendam, & cum usque ad fines Brixiæ paulatim jam noſtra victoria pertingeret continuata, quæ noſtrorum fidelium ſepibus undique circumſepta : tamen in Mediolanenſi præſidio veluti quodam foramine reſpirabat. Expugnantibus nobis viriliter montem clarum & ibidem quampluribus Brixienſibus & plerisque majoribus captivatis, tacta (10) dolore cordis intrinſecus Brixia velut leæna (11) rugiens, dum dilacerari coram ſe filios reſpicit, quos tueri non poteſt, ad defenſionem ſui Mediolanenſes eorum amicos & complices, in ſpe firmi ſubſidii, ſed demum in pœnæ (12) conſortium evocavit. Poſt expugnationem deinde caſtri prædicti noſtrorum rebellium omnium viribus congregatis, dum nobiscum in campeſtris belli diſcrimen aliquanto (13) attrahi non valerent, ipſos (14) ulterius inutili mora conſumere, ad remotiora loca (15) divertimus exerci-

(7) *conſumationis* l. confirmationis. (8) *promitterent* l. promitteret. (9) *juvenis* l. juvenis H. (10) *tacta* l. tanto. (11) *leæna* l. leona. (12) *pœna* abeſt. (13) *aliquanto* l. aliquatenus. (14) *ipſos* l. volentes ipſos. (15) *loca* l. nos loca.

exercitualibus commodis & bellorum (16) aggreſſibus opportuna. Et cum ipſi fugæ digreſſum noſtrum aſcriberent, & timori cautelam: propter quod (17) audaciæ cornua aſſumentes nos ſemper à latere ſequebantur: interjecta (18) veruntamen difficultate locorum, tandem (19) ipſos ad flumen Lolii (20) caute deduximus, ubi parato noſtrorum tranſitu pontium ipſi ſe ad habilitatem ſubrum, per quos Lolium (21) tranſierant remotis longi itineris ſpatiis invenerunt. Prius tamen, quam nos opportunitate tranſitus Lolii (22) potiremur, in quadam planitie prope ripam fluminis ſupradicti caſtra noſtra defiximus: credentes eos in audacia jam concepta perſiſtere, ut ad commune certamen vadato quodam modico flumine, nobis ad tranſitum propter ripas infeſto, nobiſcum pugnaturi tranſirent. Et cum per dierum aliquot ſpatium [quibus Imperialis clementiæ memores, verba pacis, per (23) Magiſtrum domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & alios viros religioſos, interpoſita patienter audivimus] ipſorum verboſam audaciam præſtolaremur(24) ibidem, facta tamen eisdem per ſolennes nuncios noſtros belli copia, & facultate conceſſa, quod vadum ad nos ſecure [tranſirent, vel nos ſecure 25] tranſire permitterent ad eosdem (26): cum ad rem (27) ventum eſt neutrum

trum

(16) *bellorum* l. bellatorum. (17) *propter quod* l. quapropter. (18) *interjecta* l. intellecta. (19) *tandem* l. tamen. (20) *Lolii* l. olei. (21) *quos Lolium* l. quod oleum. (22) *Lolii* l. olei. (23) *per* l. per noſtrum. (24) *præſtolaremur* l. poſtularemus. (25) [ ] deſunt. (26) *ad eosdem* deſunt. (27) *rem* l. verum.

trum eligere voluerunt. Nihilominus etiam cum flumine Lolii (28) ſupradicti ſarcinarum noſtrarum & curruum impedimenta trajicerent, à mane usque ad veſperas agmine non digeſto per acies, per (29) buccinarum ſonitus, quos audire poterant de vicino ad bellum ipſos acuimus; ſed quos ſurdos ad verba reperimus, ad tubas invenimus ſurdiores. Flumine demum præfato, per nos & noſtros, ſine rebellium noſtrorum infeſtatione, trajecto, populis civitatum & maxima parte militum ad propria [redeuntibus, quos inſperatæ moræ tædium, & importunitas temporis 30] retinere diutius non ſinebat, cum expedita militia, juxta ripas ex iſta parte fluminis feſtivi direximus greſſus noſtros ad pontes, per quos ipſi redeuntes (31) ad propria redire (32) debebant, & ſic cum in Cavernis terræ morari diutius ultra flumen, rerum ipſos arcente (33) penuria, non valerent: Mediolanenſes, & ſocii populi (34) Brixienſium, qui domum redierant, contra legem ſocietatis (35), per pontes & vada fluminis dum tranſire non poſſent, per cujusdam (36) ſtricturam nemoris exiverunt, credentes ſe nobis per occultæ fugæ ſubſidium ſubripere, dum nos adeo (37) prope conſiſtere forſitan non putarent. Sed cum de adventu noſtro terror & fremitus, tanquam de cœlo tonitru (38), ipſis intonuit (39), ad præmiſſas noſtræ Celſitudinis

U tudinis

(28) *Lolii* l. olei. (29) *per* l. ac per. (30) [ ] deſunt. (31) *ipſi redeuntes* l. pedeuntes. (32) *redire* l. tranſire. (33) *ipſos arcente* l. ipſarum urgente. (34) *populi* l. per. (35) *ſocietatis* l. ſocietatis expoſiti. (36) *cujusdam* l. quandam. (37) *adeo* l. ab eo. (38) *tonitru* l. tonitruum. (39) *intonuit* l. innotuit.

tudinis acies, priusquam aquilarum Imperii victricia ſigna proſpicerent, in (40) fugam ſic ſubito ſe converterunt, ut usque ad ipſorum Carocium, quod apud Curtem novam in equorum celeritate præmiſerant, nullus fugientium, faciem noſtrorum inſequentium ſpectare valeret. Et dum poſt (41) auxiliares acies nos (42) cum noſtrorum agminum robore, greſſibus feſtinatis, noſtris qui in levi manu præceſſerant, neceſſario curſu ſuccurrere crederemus (43), quos ab (44) adverſariorum pugnantium viribus timebamus arceri, equorum absque ſeſſoribus curſitantium undique præcipitatorum militum & occiſorum ſtragibus ſtratas invenimus impeditas: erectis tandem & ligatis in terra jacentibus qui vivebant (45), per armigeros militum qui dominos (46) ſequebantur, ad Carocium [quod juxta muros (47) municipii Curtis novæ, foſſatorum vallis circumdatum (48), & immenſa militum præliantium copia impeditum, omni (49) mira defenſione pugnantium munitum invenimus] applicantes, ad expugnationem & capturam ipſius, multorum innumerabilium (50) militum ſtrenuitate, perſtitimus: adeo quod ſuperbi foſſati ſupercilio ſuperato, usque ad themonem fere (51) Carocii ex noſtris aliquos vidimus perveniſſe. [Superveniente tamen noctis umbroſa caligine, tentatum

(40) *in* l. & in. (41) *poſt* abeſt. (42) *nos* l. & poſt eos nos. (43) *crederemus* l. credebamus &. (44) *ab* deeſt. (45) *vivebant* l. jacebant. (46) *dominos* l. ſuos dominos. (47) *muros* abeſt. (48) *circumdatum* l. circumdantium. (49) *omni* l. hominum. (50) *innumerabilium* l. memorabilium. (51) *fere* abeſt.

tatum aggreſſum omiſimus & ad quietem, quam noſtrorum vota longiſſima ſuſpirabant, conceſſimus, disjectis tantummodo gladiis, ſed tunicis ferreis non exutis: mane ſequenti (52) ad indubitatam victoriam Caroci redituri: quod, adveniente luce, inter alias milium curruum turmas deſertum qualibet defenſione reperimus: ſummitate (53) perticæ, ubi crucis ſignum extiterat detruncata, quæ crux etiam dum videretur ad fugam fugientibus oneroſa, in medio extitit derelicta. Caſtrum etiam Curtis novæ, cujus munimine ipſos impetus noſtros evadere credebamus, cuſtodes & incolæ reliquere. Nec Poteſtas eorum, ducis Venetorum filius, quo duce lugubria ſigna tulerunt, manus noſtras evaſit. Et [ut multa ſub compendio concludamus] tum capti, tum mortui, inter quos multi Mediolanenſium primates (54) & principes corruerunt, decem millia fere numero computantur. Nec tamen ab antiqui Draconis contritione, propterea manus noſtra deſiſtet, quin tam diu caput ejus ad Imperii laudem (55) allidamus, quamdiu caudam ipſius palpitare videbimus, ex quo poſſit cauſa diffidii poſteris, vel etiam ſcandalum cæteris exoriri. Super quibus omnibus, ſanctiſſime Pater, gratias (56), vos & fratres veſtros pro vobis exolvere Domino Jeſu Chriſto, filiali devotione rogamus, qui ſuum proſequendo negotium, ſacrum Imperium victorioſe ſublimat.

(52) [ ] l. ſuperveniente tamen noctis umbroſa caligine, quas noſtrorum longiſſima ſuſpirabant, tentatum aggreſſum omiſimus mane ſequenti, diſtractis tantummodo gladiis ad quietem ſed tunicis ferreis non exutis. (53) *ſummitate* l. firmitate. (54) *primates* l. factionis primates. (55) *laudem* l. lapidem. (56) *gratias* l. dignas gratias.

Cap. XXXVI.

Magiſtris (1) * *portulanis de armatura facienda contra Januenſes & piratas.*

* Portulani, qui portubus maris vel fluminum præſunt.

CRebræ noſtrorum fidelium, quorum indemnitatem omni cautela poſſibili noſtra procurat humanitas, querelæ noſtrum auditorium circumſtrepunt, qualiter Januenſium aliorumque rebellium (2) noſtrorum piratarum ſæpe læduntur incurſibus & ab eis in rebus damna quam plurima, & in perſonis ſubire (3) coguntur injurias, quibus deberent, rebus ordinarie procedentibus, continuas irrogare jacturas. Fideles igitur noſtros ſic reddere volentes indemnes, ut offendant etiam & damnificent infideles, benigna quadam compaſſione providimus, ut in terris maritimæ, qua parte potius eorundem rebellium laborat infirmitas homines (4), videlicet quorum magis agitur intereſſe, ſi foret hoc poſſibile: vel eos, in quorum favorem, hoc tam utile redundare poteſt negotium, adjunctis auxiliis, ad quæ (5) ipſos verbis pertrahi volumus inductivis: & ſi ſuaſioni forte non crederent, prout expedire videbitur, ad ea (6) præcipimus compellendos, ſine (7) noſtris expenſis armari † vaſella competentia faciant, quæ ut ſervitia ipſi commodius exequi valeant, eis de vaſellis noſtris volumus exhiberi, ad prædictorum rebellium temerariis auſibus reſiſtendum: ut dum marinis vacan-

† Vaſellum idem fere eſt, quod navicula & barca: dictione Italica.

(1) *Magiſtris* abeſt. (2) *rebellium* l. infidelium. (3) *ſubire* abeſt. (4) *homines* l. per homines. (5) *ad quæ* l. quos. (6) *ea* l. id. (7) *ſine* l. ut ſine.

vacantes excurſibus (8), fideles noſtros offendere ſatagunt, unde forte ſibi compendium captaſſe crediderint, inde ſibi ſentiant damnum (9) imminere. Veſtræ igitur fidelitati præcipiendo mandamus, quatenus diligenti conſideratione præhabita, in terris veſtræ jurisdictionis, vicinis maritimæ, per mercatores videlicet, quorum magis videritis intereſſe (10), [ac alios, quibus ex hoc importabile pondus ingrueret, duas aut tres galeas, & tot barckettas, prout habito cum fidelibus noſtris diligenti conſilio videritis expedire 11] quas etiam de vaſellis noſtris decenter * recalcatis, & communitis (12) eis aſſignare vos volumus ſine noſtris expenſis, faciatis bene & decenter armari. Ad quod ipſos verbis competentibus inducere ſtudeatis, & ſi forte inductioni reſiſterent, cohertione (13) debita compulſuri (14), potius enim eos ad id ex quo eorum indemnitas ſequitur, volumus compelli, ſi id expedit, quam ut ſic (15) tepeſcentes, iidem (16) ſuis noſtriſque commoditatibus ſubtrahantur (17), non ſine noſtri nominis aliquo imaginario detrimento, depauperante fortuna. Ne igitur prædictum negotium, ad quod efficaciter procurandum, intendere diligenter & ſtudioſe vos volumus, ex (18) aliquorum neceſſariorum defectu, inopia forte hominum præſtante materiam, diſpendia dilationis incurrat, de rebus noſtræ Curiæ,

* Recalcatis i. e. de novo tectis.

U 3 quæ

(8) *excurſibus* l. incurſibus. (9) *damnum* l. diſpendium. (10) *intereſſe* l. expedire. (11) [ ] deſunt. (12) *communitis* l. comites. (13) *cohertione* l. coercitione. (14) *compulſuri* l. compulſari. (15) *ut ſic* l. ſi. (16) *iidem* l. eoſdem. (17) *ſubtrahantur* l. ſubtrahatur. (18) *ex* l. in.

quæ ſunt per manus veſtras, & quas (19) eorundem fidelium noſtrorum ſubſidio ad id videritis opportunas de munificentiæ noſtræ gratia per vos præcipimus aliquid largiendum. Cautelam tamen debitam ſuper iis adhibere vos volumus, ut vos ad eos, quos ſuper hoc (20) ſtatueritis [diligentem habeatis reſpectum, ne 21] odio, vel pretio, vel amore, aut extrinſecus aliis forte flectentibus in hoc magis collaterales (22), aut minus exhibeant, vel in aſcribendo (23) minori pondere ſeu majori, & importabili (24) debito, actiones minus (25) rationabiliter poſſunt quæri, ſcituri, quod ſi clamor juſtus aliquis ad audientiam noſtram propterea deferatur, id ſiquidem in caput veſtrum noſtra jubet (26) Serenitas retorquendum (27). Cum iis vero, quos ſuper hoc (28) vaſellis ipſis duxeritis ſtatuendos, ordinare curetis: ut, ſi aliquos de infidelibus ipſis capi cum vaſellis eisdem [fortuna favente] contigerit, ad opus Curiæ noſtræ debeant (29) conſervare, ordinaturi nihilominus, ut vaſella quæ propter hoc ſic (30) armata fuerint, ut mandamus (31), nullam moram aut reſidentiam in portubus faciant: ſed ad ſecuritatem noſtrorum fidelium, & rebellium piratarum offenſam, frequenter continueque diſcurrant.

Cap.

(19) *quas* abeſt. (20) *quos ſuper hoc* l. qui ſemper. (21) [ ] deſunt. (22) *collaterales* l. tolerabiles. (23) *in aſcribendo* l. aſcribendi. (24) *importabili* l. portabili. (25) *actiones minus* deſunt. (26) *jubet* l. juberet. (27) *retorquendum* l. torquendi. (28) *hoc* abeſt. (29) *debeant* abeſt. (30) *ſic* l. ſi. (31) *mandamus* l. vix.

Cap. XXXVII.

Capuanis, de captione Vercellarum, & celeri deditione Parmæ.

DUm Imperii noſtri (1) pelago navigando feliciter longævam regni noſtri fidelitatem advertimus (2): dum ſedula magnaque veſtra & aliorum ejuſdem regni ſervitia contemplamur, inter quietæ (3) pacis noſtræ delicias, quas in hæreditario regno noſtro Siciliæ (4), proprio labore quæſivimus, & adhuc in ipſius conſervatione perſiſtimus, debitum vobis quodammodo ſolvimus, dum felicitatem noſtri culminis [nunciamus. Poſt deſcriptam denique vobis obſidionem Parmenſem per alios noſtri culminis (5)] apices, debellationem, & captionem ipſorum, in non modica quantitate præter alia caſtra & loca quam plurima permunita, per dilectum filium noſtrum Henricum, illuſtrem Regem Sardiniæ, & ſacri Imperii in Italia generalem legatum, & Ezelinum de Romania dilectum fidelem noſtrum, qui prædicta in (6) nomine noſtro proſpere geſſerant, debellata viriliter & cremata Vercelli: qui locus eſt in ripa fluminis Padi, unde ad (7) Parmenſes eoſdem rebelles noſtros, per Mantuanos & Ferrarienſes, perſæpe (8) victualium, ſalis & aliorum neceſſa-

U 4

(1) *noſtri* abeſt. (2) *advertimus* abeſt. (3) *quietæ* l. quietem. (4) *noſtro Siciliæ* l. in. (5) [ ] deſunt. (6) *in* deeſt. (7) *ad* deeſt. (8) *Ferrarienſes perſæpe* l. Ferarienſes armatorum quin perſæpe fore.

ceſſariorum munitio ferebatur, viriliter extitit expugnatus, captis nonnullis Parmenſibus præfatis ibidem poſitis ad tutelam (9). Quem, velut (10) diſpendioſum hoſtibus, dum inde non minus, quam ubi nos ipſi (11) perſiſtimus, arcerentur (12), muniri foſſatis, & aliis neceſſariis mandaſſemus, prædictis, filio noſtro & Ezelino ibidem usque ad plenum mandatæ munitionis exitum moraturis: Cardinalis Octavianus [cui ad Mediolanenſium & aliorum noſtrorum rebellium auxilium, fuerat [per Apoſtolicum 13] dudum de transalpinis partibus commiſſa transductio, & ea (14) per A. comitem Sabaudiæ, dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum, in manu forti de mandato noſtræ Celſitudinis denegata 15] Mediolanum furtive quodammodo, ſub inermi & modica comitiva pervenerat, ad inſtantiam G. de monte Longo, legati Apoſtolici apud Parmam intruſi, eundem de ſuccurſu Parmenſi, per literas & nuncios ſæpius requirentis, Mediolanenſium, Brixienſium, Mantuanenſium, Ferrarienſium, & aliorum noſtrorum rebellium poſſibili coadunato præſidio, venit (16) [Marchione Aſten. & Alberico de Romano, proditoribus noſtris, ipſum illuc comitantibus] ad Tallatam, locum videlicet, unde pars prædicti fluminis derivatur. Unde prædictis Parmenſibus & legato tranſitum, & ſuccurſum impoſſibilem repromittens, præfatis filio noſtro

(9) *tutelam* l. cautelam. (10) *velut* l. velut ad. (11) *nos ipſi* deeſt. (12) *arcerentur* deeſt. (13) [ ] deſunt. (14) *ea* l. eis. (15) *denegata* l. denegato. (16) *venit* l. venientibus.

noſtro & Ezelino cum electa militia (17) & peditum multitudine oppoſitis ex adverſo, obſeſſorum nota (18) concepta verbotenus, de qua patiebantur neceſſitate ſuſpenſa, cum aliud nequiverit, per impoſſibiles promiſſiones eluſit. Et ſic Parmenſibus ſupradictis per duplicis obſidionis objectum omnis ſuccurſus & munitionis auxilio denegato: ſatis (19) etiam & victualium ipſos præmente defectu, à modo differre non poterunt, quin vocem deditionis emittant, prout per plures eorum ad Cardinalem & Mediolanenſes præfatos, literas interceptas accepimus, quibus prius (20) deſperationem ſuccurſus, quod ſe mandatis noſtris exponerent ſub excuſationis velamine deſcribebant. Ex præmiſſis igitur firmam ſpem fiduciamque concipite, ac tenete, quod de Parmenſibus prædictis infra ſpatium brevis temporis obtenta (21) indubitata victoria: quæ titulis noſtris ſummam victoriam, oneribus noſtris (22) finem, ac expectationibus communibus adventum noſtrum indubitabiliter pollicetur, mutuis affectibus delectantes vos in ſerenitate vultus noſtri continuate fovebimus, quos nunc (23) ſub interpellatione literis permulcemus.

U ſ NB. In

(17) *militia* l. militum. (18) *nota* l. verba. (19) *ſatis* l. ſalis. (20) *prius* l. poſt. (21) *obtenta* l. vel obtectis. (22) *noſtris* l. veſtris. (23) *nunc* deeſt.

NB. In Manuſcripto ſequuntur tria Capita ſine inſcriptione, quæ cum in Exemplo impreſſo non extent hic ordine inſeri curavimus.

I.

ETſi literarum veſtrarum quas benigne recepimus fidem veſtram ac ſpem bonam in fide firmatam tenor expreſſerit, ipſorum tamen ſucceſſuum noſtrorum ſperatus occurſus ac obtenta contra hoſtes nuper victoria, quod pugnetis ex fide, quam ardentibus deſideriis ad honorem noſtrum & Imperii conſervatis illæſam manifeſtiſſime profitentur; fides vos ad certamina provocat, & quaſi expertos pugiles ad errorem infidelitatis arcendum ſub firmo protectionis munimine ac lorica ſuæ defenſionis opponit. Certa eſt igitur partis veſtræ victoria, certum in curſu bravium & fallibilis hoſtium colliſio per conflictum, ſunt enim diſparia ſi diligenter advertitis infidelitatis & fidei, erroris & certitudinis armamenta. Hæc in recti fide proficiunt & ſuis adverſantibus proficiunt bellatores. Hæc ab erroris labe ac infidelitatis aſſumta quo plus onerant plus confundunt. Recte igitur nec adverſariorum .... turba vos terruit, nec terra marique Mars obvius metus cauſam aut ſpeciem dubietatis incuſſit, ſperabatur enim & firmiter de infidelium hoſtium multitudine, quos nulla recti tuebatur auctoritas, palma fertilior terræ mariſque præſidiis pro fide pugnantibus affuturis. Nec auderet belli fortuna contrarium, quæ vobis in genere ac ſacro Imperio, pro cujus exaltatione contenditis, victoriæ præmium ſtabilivit.

livit. Noſtris ergo muniti præſidiis, in omni prorſus ſecuritate contendite fidei noſtræ titulos, pro qua gladio diſceptatis, audacter & militariter, ampliate, ipſa enim, cujus loricam & clypeum aſſumſiſtis, vobis pro firmo victoriam: Nos autem victoribus vexilla veſtra ſequentibus dignum victoriæ præmium pollicemur.

II.

CUm ad deprimendam noſtrorum rebellium & infidelium pravitatem velimus eos omni commoditate & fidelium participatione carere, & deceat quod nulla fieri videatur participatio infidelium ad fideles. Celſitudo noſtra providit, ut nullus noſtrorum fidelium aliqua mercimonia apud Venetianos & Mantuanos deferre præſumant, ex quibus prædicti Veneti & Mantuani infideles noſtri utilitatem aliquam conſequantur, & ſic quodlibet paſſagium, per quod mercimonia ibidem portari poſſent, die noctuque cuſtodiatur attente, ut nec ſpes eis remaneat à noſtris fidelibus quidquam boni poſſe percipere, à quibus perſecutionem aſſiduam promerentur. Quare fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus omni vigilantia adhibita & ſollicitudine ſtudioſa ſic paſſagium ipſius terræ faciatis diligentius cuſtodiri, ut nulla inde mercimonia illuc quoque modo portari valeant. Mandatum noſtrum taliter impleturi, ut ſtudium & devotionem veſtram poſſimus exinde de bono in melius non immerito commendare.

III.

III.

SAtis gratanter accepit noſtra Serenitas devotionis veſtræ literas, quas miſiſtis, & immotæ fidei puritate penſata, quam efficit quæcunque fortunæ protervitas clariorem, proceſſus noſtros duximus in omnibus favorabiliter commendandos, id ſpecialius attendentes quod honorem noſtrum & Imperii fidei conſervationem illæſam augere proviſionis gratiam reliquis vitæ profectibus prætuliſtis; hoc eſt quod virtutis noſtræ probabile documentum, hæc certa fidelitatis indicia, quorum nomen & titulus viſceribus noſtris vos imprimit, & Imperialis retributionis beneficia promerentur. Sane pro vobis devotio noſtra in conſpectu Magnificentiæ noſtræ partes continui ſupplicantis aſſumit, nec de memoria chyrographus excidit, quod veſtræ calamus fidelitatis inſcripſit. Vos igitur in omni prorſus dubietate projecta ſola ſervitiorum noſtrorum cura ſollicitus ſolus fervor devotionis accendat, ut cœlum tam puræ fidei tam probatæ, quod juſte promeruit favorabiliter conſequatur. Cæterum cum ad partes ipſas è veſtigio noſter magnifice dirigatur acceſſus de ſtatu noſtro proviſione benigna ſic præſentialiter diſponemus, ſic incertitudines noſtras curabimus confovere, quod nobis fidelia contuliſſe ſervitia merito gaudeatis.

Cap.

Cap. XXXVIII.

Magiſtro juſticiario, ſuper exactione collecta, narrando qualiter ſcribit ſuper hoc fidelibus ſuis.

IN infraſcripta forma, fidelibus in (1) regno ſcripſimus, pro collecta. Ad compaſſionis noſtræ præcordia (2), velut quædam acuta venabula transeunt univerſitatis veſtræ gravamina, quæ pro nobis tanta fidei puritate ſuſcipitis, tanta devotionis integritate portatis, nec ſolummodo vobis ex illa cauſa compatimur, quod & nos (3) ipſi dolemus. Sed quia videmus regni noſtri filios extra regnum vexari, laboribus & diſpendiis affici, quin (4) oppreſſiones hujusmodi nobis & vobis ex inopinato proveniunt, ut dum portum noſtræ navigationis attingere credimus, exuberante malitia temporis, ad remotiora multotiens reducamur. Dudum etenim cum (5) ex defenſione multarum urbium & locorum, ad nos [confugientium ſeu ſpectantium 6], quæ Mediolanenſi nequitia confovebat, tum (7) ex campeſtri victoria, per quam tam ſtrage quam carcere plurimorum ipſorum ſuperbiam [exercituum Domino favente] Magnificentia noſtra calcavit: tum ex univerſalis vaſtationis gladio, qui nullum noſtrorum rebellium penitus dimiſit intactum, [in tantum 8] eosdem ad extrema deduximus, quod continue

(1) *fidelibus in* l. fidelibus noſtris de. (2) *præcordia* l. primordia. (3) *nos* abeſt. (4) *quin* l. quod ex ea. (5) *cum* l. tam. (6) [ ] deſunt. (7) *tum* l. tam. (8) [ ] deſunt.

nunc verbum deditionis ab eis noſtra Serenitas expectabat, & neceſſario hoc dixiſſent (9) utcunque, niſi quod nequitiæ (10) pontificialis elatio contra nos, veteris odii exagitata ſtimulis, [& innatæ ſuperbiæ ventis inflata, vitæ quodammodo ſpiritum mortuis in 11] ſufflavit, proceſſibus noſtris quantumcunque potuit [licet parum potuerit] ſe nequiter opponendo. Sed huic etiam morbo nuperrime reperiſſe credidimus medicinam: dum ad multorum ex fratribus ſuis multam inſtantiam, verbum pacis ab eo cum ſuavitate (12) recepimus propter (13) treugas à Majeſtate noſtra promiſſas eisdem, à vaſtatione Campaniæ divertentes verſus Italiam, non tam ad expugnandos quam ad recipiendos ad gratiam Excellentiæ noſtræ rebelles, recto diametro direximus greſſus noſtros. Sed adverſus ſui veneni nequitiam theriaca noſtra non valuit, nec medicina profecit: quin per digreſſum noſtrum ſecuritate recepta, tractatæ pacis oblitus, ad diſcordiam ſe convertens, contra nos pejora prioribus moliretur, & in rebellionem noſtram Faventinorum nequitiam, qui de captando favore noſtro nobiscum jam tractare cœperant, per angelos ſuos malos, fratres Minores & Prædicatores ſcilicet, quibuscunque præſidiis potuit, confovendo, Venetos (14) ad deſtructionem maritimæ regni noſtri, venenoſis armando conſiliis (15), ut nos ab in-

(9) *dixiſſent* l. dediſſent. (10) *nequitia* l. notitiæ. (11) [ ] deſunt. (12) *ſuavitate* l. inſinuatione. (13) *propter* l. & propter. (14) *Venetos* l. ventos. (15) *venenoſis armando conſiliis* l. ventoſis armando præſidiis.

inſtanti victoria revocaret (16). Nos autem ad expugnandam Faventiæ civitatem, tanquam ad diſſolvendum totius obligationis (17) nodum, & unicum obſtaculum removendum, per quod (18) totius victoriæ noſtræ rota convertitur (19), & velocitas præpeditur, inſtantiſſime vidimus, & (20) finaliter inſiſtendum: qua [favente Domino] cum ſe verni temporis opportunitas dederit, indubitabiliter expugnata,. cum de obtentu Bononiæ poſtmodum nullatenus dubitetur, ſic ad exterminium noſtrorum rebellium continuatis Excellentiæ noſtræ viribus, velut perpeti præſidio (21) ducatus & Marchiæ noſtris titulis accedente, via noſtris proceſſibus aperiatur: &(22) poſtmodum præſentis guerræ victoria, neceſſario præſentia perſonæ noſtræ non egeat, & effuſionem tantorum (23) operum, & labores (24) tot hominum non requirat. Ad obtinendum igitur de tam memorabili pugna triumphali triumphum, quæ jam ad veſperum declinavit, devotionis veſtræ ſubſidia ſecure requirimus, quæ ſic prompta nobis affutura credidimus, ut pro victoriæ deſideratæ lætitia, vos non attenuatos opibus, nec laboribus fatigatos, ſed recentes ad ſubventionis noſtræ ſuffragia reperire credamus. Nec tamen volumus in tantum ad indefeſſam promptitudinem fidei veſtræ reſpicere: quin velimus eandem providentiæ noſtræ modeſtia mode-

(16) *revocaret* l. revocarent. (17) *obligationis* l. colligationis. (18) *per quod* l. quod per. (19) *rota convertitur* l. connectitur. (20) & abeſt. (21) *perpeti præſidio* l. perpetua reſidua &. (22) *aperiatur &* l. aperitur ut. (23) *tantorum* l. literarum. (24) *labores* l. laborum.

moderari. Ac prius nobis ipſis in parte deficere, & neceſſitates inſolitas ſuſtinere, quam vos gravis & inconſueti gravaminis onere (25) prægravare: utpote qui ad iſtud etiam exigendum, teſte nobis altiſſimo, provocamur inviti, & à quo libentiſſime noſtra Serenitas abſtineret, ſi ſine confuſione perpetua noſtri nominis & honoris, quam fidei veſtræ perfectio (26) nullo modo pateret (27), abſtinere poſſemus. Tu (28) igitur inter eos providentiam & modeſtiam noſtram, quam reſpectu præteritarum exactionum habemus, in eis favorabiliter ſtudeas & (29) cum omni diligentia publicare, cum multo minorem quantitatem ſubventionis ab univerſis exigi mandemus, ac (30) præſens, eccleſiarum & clericorum nec non feudorum noſtrorum, & de Cameris feudatariorum in ipſa collecta ſubſidiis computatis, prout ſcedula continet interclusa: quam de maniis (31) noſtris tantum Serenitas noſtra exigere conſuevit. Expoſiturus ipſis, nihilominus votum noſtrum, quod ex hoc modico libenter ad nihilum veniremus, ſi poſt obtentam victoriam noſtrorum negotiorum expeditio pateretur. In taxatione præterea determinati ſubſidii, quod jurisdictioni tibi decretæ mandamus (32) hominibus imponendum, contra ſolitam impoſitorum & collectarum nequitiam, [ſic agas fideliter 33], ſic diſtincte: ſicut unquam gratiam noſtram diligis, & indignationem perpetuam deſideras evitare.

(25) *onere* l. pondere. (26) *veſtra perfectio* l. noſtræ profectio. (27) *pateret* l. pateretur. (28) *Tu* l. cum. (29) *&* abeſt. (30) *ac* l. ad. (31) *de maniis* l. à decimariis. (32) *mandamus* l. mandavimus. (33) [ ] deſunt.

tare. Nullius perſonam ex amore vel odio proſpecturus (34) ut negotium iſtud, quod providentiæ tuæ cum ſumma fiducia committi decrevimus, ad honorem culminis noſtri & alleviationem providam noſtrorum (35) tam celeriter, quam fideliter compleatur.

Cap. XXXIX.

Juſtitiariis (1) Terræ laboris, de exercitu ſuo, & de exigenda collecta.

CIrca vos noſtræ manſuetudinis zelum, & (2) circa vos veſtræ devotionis ardorem credimus (3) apertius loqui, quam ſcribere & videre libentius cupimus, quam audire. Exuberante veruntamen utilitate propoſitum, & conſilio voluntatem, violentiam in hac parte nobis ipſis indiximus, qui cogi per alios (4) merito dedignamur. Dudum etenim poſt obtentam de rebellibus noſtris & Imperii permiſerabilem & innumerabilem vere ſtragem ipſorum (5) Campeſtri diſceptatione victoriam, & potentiam noſtram per ſubjugationem inexpugnabilium civitatum, quæ ad nos belli diſcrimine deſperatæ (6) infra murorum ambitus, & munita locorum ſe (7) ſepta concluderent (8), quamprimum in exitu primi ve-

X ris

(34) *proſpecturus* l. proſecuturus. (35) *noſtrorum* l. noſtrorum fidelium. (1) *Juſtitiariis* l. Juſtitiario & omnibus fidelibus ſuis. (2) *&* l. ut. (3) *credimus* l. credidimus. (4) *per alios* l. per ipſos alios. (5) *ipſorum* l. ipſorumque. (6) *deſperatæ* l. deſperari. (7) *ſe* abeſt. (8) *concluderent* l. recluderent.

ris nobis temporis habilitas ſe ingeſſit, quo poterant montes, ex repercuſſione ſolis ad clypeos aureos refulgere victricium aquilarum ſignis explicitis, tecta domorum noſtrarum potenter (9) exivimus. Caſtra (10), quæ licet undique copioſæ militiæ muniverat copia noſtrorum (11), veruntamen Apulorum (12), velut aurum intextum ſericis, ſpecioſa juventus & florida deauravit, in noſtrorum rebellium reliquam depopulationem (13) defiximus; ac (14) duas de noſtris rebellibus fortes & fortiſſimas civitates, Brixiam videlicet, & Alexandriam, eodem tempore diviſis noſtrorum exercituum copiis, ſic inſtanter obſedimus, ſic in totum evaſtavimus è vicino, ut ab obſidentium caſtrum (15) ad muros quindenarius pubes, & octogenarius ſenex, frequenter inermes projicere lapidem periculoſum non crederent, & difficile non putarent. Ad exterminium quorum idcirco tam cito caſtra noſtrarum virium in campis eduximus, ut pubeſcentem ipſorum ſegetem, & lachrymoſas turgentium vitium palmites, vaſtationis gladius nullam temporis anguſtiam metuens, licentius devaſtaret, ut ex licenti (16) noſtrorum hoſtium vaſtitate, tantum nobis de reliquo tempore laxaretur, mutuatis ad reditum ex autumno diebus aliquibus, vel ſubtractione probabili defalcatis, quod ad delectabilem moram noſtram vobiſ-

(9) *noſtrarum potenter* l. pariter. (10) *caſtra* l. caſtra noſtra. (11) *muniverat copia noſtrorum* l. muniverant copia. (12) *Apulorum* l. veſtrorum Apulorum. (13) *reliquam depopulationem* l. reliqua depopulatione. (14) *ac* abeſt. (15) *caſtrum* l. caſtris. (16) *licenti* l. licentia.

vobiſcum, totam præſentem hyemem & integram haberemus. Oblectante (17) nos tamen noſtrorum continua depopulatione rebellium, ac negotiorum ſupervenientium ſollicitudine ſemper ſuccedente, negotiis, ſic (18) de die in diem viſcoſa Liguriæ nos terra (19) detinuit, ut non tantum (20) nobis eſſet de tempore reſiduum, ut (21) in regnum Imperiali dieta procedere, & ibidem deſiderata mora perſiſtere, & ad depopulandas rebellium noſtrorum reliquias tempore debito redire poſſemus. Longum etenim abſentiæ noſtræ tempus, quod nobis longiſſimum creditur, ſaltem præſentiam noſtri temporis longi (22) exigit, ut damna compendiis repenſentur. Sed nec utile nobis erat, tam grande negotium imperfectum dimittere, quod fere jam ad deſiderabilem exitum (23) indefeſſus noſtræ ſollicitudinis labor, & calcatis jam hoſtibus inſtantia quotidiana, glorioſe deduxerat in imperfecta (24) conſumatione differre: ſed perſonam noſtram ſalubrius vidimus præſentibus exponere tædiis, ut licentius (25) vobiſcum in poſterum & honorificentius quieſcamus. Indubitabiliter etenim credimus, immo ſcimus, quod etſi perſonæ noſtræ præſentiam ex fide diligitis, habentes tamen zelum ſecundum ſcientiam, coronæ noſtræ, potiſſime deſideratis honorem, pro quo nec perſonarum

 veſtra-

(17) *Oblectante* l. Oblectatione. (18) *ſic* abeſt. (19) *Liguriæ nos terra* l. Liguriæ terra. (20) *tantum* l. tamen. (21) *reſiduum ut* l. reſiduo. (22) *præſentiam noſtri temporis longi* l. longi temporis præſentiam. (23) *deſiderabilem exitum* l. deſiderata. (24) *imperfecta* l. perfecta. (25) *licentius* l. libentius.

veſtrarum periculis, nec rerum diſpendiis hactenus peperciſtis. Verum quantumcunque in oculis mentis noſtræ ſint ſemper omnia gravamina veſtra præſentia, & illa potiſſime, quæ pro præſenti expeditione noſtra Italiæ libentiſſime portaviſtis: illud tamen, quod per iſtam ultimam ſubventionem veſtram paſſos vos fore cognovimus, ad compaſſionem noſtram tanto pervenit acutius, quanto vos illud ſuſtinuiſſe libentius, & prorſus ordinatius (26) contemplamur: dum contra ſerenitatis noſtræ mandatum, quo facultates & merita ſingulorum æqua lance mandavimus trutinari, alleviatis divitibus, gravati ſunt pauperes, & omiſſis primatibus inſtanter, compulſi ad talia ſunt plebei, prout (27) in ipſis collectarum codicibus manifeſte perſpeximus: quos per officiales noſtros ipſarum partium mandavimus noſtro culmini præſentari. Compatimur vobis, & vere compatimur ô fideles, propter quæ nota (28) gravamina vos ſuſtinuiſſe non tædeat. Sed ad præſentem ſubventionem noſtram, ex qua [favente magnificentia Regis regum] conſumationem negotiorum noſtrorum merito præſtolamur, veſtra devotio læta conſurgat, in hoc perſeverantiæ veſtræ ſignum potiſſime prætendentes (29), quod ſic ad petitum ad (30) præſens ſubſidium hilares aſſurgatis, ut quaſi pro nobis præteritorum immemores, ipſorum nobis in totum memoriam relinquatis.

Cap.

(26) *ordinatius* l. inordinatius. (27) *prout* l. quod. (28) *quæ nota* l. quod. (29) *prætendentes* l. præcedentes. (30) *ad* l. &.

Cap. XL.

Fidelibus ſuis, de victoria per filios ſuos habita in Lombardia, & Thuſcia.

EX votiva noſtrorum nunciatione (1) ſucceſſuum, qua expectationibus veſtris noſtra benignitas ſatisfecit, liquido potuerunt veſtri ſenſus accipere, quantum vobiſcum ſemper miſericorditer egerit dextera Regis regum: & ut (2) videatis ad oculum, quod hoſtium noſtrorum verſuta calliditas, divinis potius, quam humanis exceptionibus collidatur: audite mirabilem divinæ ſolummodo proviſionis eventum. Nam cum Marchio montis Ferrati, quem grata & multiplex beneficiorum noſtrorum collatio etiam ceſſante affinitatis noſtræ linea, qua culmen Serenitatis noſtræ contingit, obſequioſum nobis deberet efficere, tractatibus intervenientibus Apoſtolicis, Lugdunenſibus potius quam Romanenſibus (3) proditoribus noſtris, reconciliatione conjunctus, ipſorum ac Vercellenſium proditorum noſtrorum munitus auxiliis, civitatem noſtram Thaurinenſem à noſtra fidelitate ſeductam, proditorie occupaſſet, reſiſtentibus tantum palatio ejusdem civitatis noſtris munito popularibus, & quibusdam de nobilibus civitatis ipſius: Fridericus dilectus nepos noſter, quem ad ſuperiores partes Lombardiæ, pro ſalubri ſtatu provinciæ Majeſtas noſtra præmiſerat, Papienſes, Cremonenſes, Aſtenſes, & Alexandrinos, quos ſibi

(1) *nunciatione* l. inſinuatione. (2) *ut* abeſt. (3) *Romanenſibus* l. Romanenſibus & Mediolanenſibus.

ſibi ſic inopinatus caſus exhibuit, comitatus, civitatem eandem tanquam repente de cœlo ſonus impulit, & in noſtro nomine fugatis protinus Marchione prædicto, & proditoribus univerſis, & fere ducentis ex ipſis noſtro carceri mancipatis, civitatem eandem noſtro dominio integravit. Et (4) vix decendium fluxerat de prædictis, quod (5) cum Ferrarienſes fideles noſtri, apud Ravennam de mandato noſtro hactenus commorantes, pro conſervando (6) ponte in flumine Padi, quo proditoribus noſtris Parmenſibus via omnis ſuccurſus, & ſpes munitionis obſtruitur, de mandato noſtro vocati ad Buccam (7) Tallate [quam Mantuani rebelles noſtri cum Parmenſibus (8) inſimul ad impediendum eorundem fidelium noſtrorum Ferrarienſium tranſitum palongatam (9) invenerunt] perveniſſent: H. illuſtri Rege Sardiniæ dilecto (10) filio noſtro exiſtente in ripa Padi ad eorum auxilium, cum multitudine armatorum immiſſis ſecuribus eadem palongata (11) ſuceiſa, flumen Padi cum eorum navigiis viriliter intraverunt, & proditoribus noſtris Mantuanis qui flumen Padi primitus occuparant tenui bello quaſſatis, quinquaginta de eorum navibus acceperunt, & præter necatos (12) in flumine ac gladio interemptos, trecentos ex hoſtibus prædicto filio noſtro aſſignarunt, quos in proditorum noſtrorum

Palonga ſeptum è palis, perticis, vel ſudibus in flumine factum: unde palongare verbum.

(4) *&* abeſt. (5) *quod* abeſt. (6) *conſervando* l. conſtituendo. (7) *Buccam* l. Rocham. (8) *Parmenſibus* l. Ferrarienſibus. (9) *palongatam* l. palancatam. (10) *dilecto* abeſt. (11) *palongata* l. palancata. (12) *&* *præter necatos* l. præter focatos.

ſtrorum exemplum, ab utraque parte fluminis Padi (13) mandavimus ſuſpendendos. Ad eundem filium noſtrum iterato Majeſtatis noſtræ directo mandato: ut (14) cum Ferrarienſibus fidelibus antedictis (15) Cumanis & Sacoienſibus (16) quos pro eodem negotio proviſio noſtra fecerat convenire, ac Cremonenſibus etiam expertis fidelibus noſtris, qui verecundum extimant ſi ſe cunctis noſtris ſervitiis non immiſcent, ad conſtruendum & optime muniendum pontem eundem, cum ſtrenuitate procedat, omni ſublato dubitationis obſtaculo, & plene paratis (17) ſingulis ad id facientibus opportunis. Poſt emiſſum vero noſtræ Majeſtatis edictum de præmiſſis (18) vobis ad gaudium deſcribendis, literas Friderici comitis Albæ dilecti filii noſtri recepimus, continentes qualiter in virtute Dei & noſtræ felicitate fortunæ, partem (19) Guelphorum Florentiæ, cui dudum noſtra Majeſtas pepercerat, cum juſte ad ipſius exterminium procedere potuiſſet, quæ (20) velut familiaris & peſtilens Cardinalis Octavianenſis tractatibus expoſita (21) Bononienſibus noſtris proditoribus advocatis, civitatem Florentiæ per inteſtinum bellum nobis ſubtrahere intendebat, fidelium noſtrorum aſſiſtentibus ſibi (22) ſuffragiis debellavit: & nonnullis captis, quosdam de civitate ipſa violenter ejecit. Ex quo totius provinciæ ſtatus in melius ſine dubitatione dirigitur, & fide-

(13) *Padi* abeſt. (14) *ut* l. aut. (15) *antedictis* l. noſtris. (16) *Cumanis & Sacoienſibus* l. Comanenſibus & Scanenſibus. (17) *paratis* l. peractis. (18) *præmiſſis* l. prædictis. (19) *partem* l. parte. (20) *quæ* l. quem. (21) *expoſita* abeſt. (22) *ſibi* abeſt.

lium animi ad fidelitatem noſtram fortius roborantur. Hæc igitur lætabundæ (23) noſtræ Serenitatis Xenia fidelitas veſtra gaudenter accipiat, indubitanter (24) expectans, quod, qui dedit nobis hactenus, feliciter currere per ſummum victoriæ ſpatium, in proximo bravium gratioſe (25) largietur.

Cap. XLI.

Officialibus ſuis, quomodo expugnatus fuit ante Parmam, & ut non credant rumoribus (1).

ETſi volatilis famæ proprietas, quæ ſolet in proſperis vera (2) loquacitatis argumenta minuere, & in adverſitatis turbine ſumptis viribus eundo fictilibus, præter veritatis judicia, ſuæ probationis fimbrias dilatare. Nuper de noſtris proceſſibus diverſis forſan diſcuſſa (3) relatibus, veſtris auditibus (4) aliquid præſentarit, ne (5) tamen aliter, quam rerum ordo ſe habeat, adverſariorum noſtrorum adulteris fulta mendaciis, ſiniſtri caſus quicquam (6) vel enorme de nobis præcurrens adduxerit: Ecce nudam veritatis indaginem eorum, quæ nobis (7) noviter contigerunt tenore præſentium vobis amicabiliter referamus (8). Pridem ſiquidem dum Parmenſium

(23) *latabunda* l. lætabunda. (24) *indubitanter* l. & indubitanter. (25) *gratioſe* abeſt. (1) *rumoribus* l. ſigillo prioris bullæ. (2) *vera* abeſt. (3) *diſcuſſa* l. diffuſa. (4) *veſtris auditibus* l. tuis. (5) *ne* l. nec. (6) *ſiniſtri caſus quicquam* l. ſiniſter caſus quicunque. (7) *nobis* abeſt. (8) *referamus* l. reſeramus.

menſium noſtrorum rebellium proterva temeritas, quam per (9) inſtantis obſidionis excidium noſtra Serenitas ad extrema deduxerat, tenuis (10) ſpiritus vegetata ſuffragio laboraret in ultimis, volens in fortunæ dubiæ (11) manibus externis (12) ponere cauſam ſuam quæ deſperare interius (13) neceſſario cogebatur, tractato cum aliquibus exulibus civitatis ipſius quodam fraudulentæ machinationis involucro. Cum reſiſtentiæ (14) ſibi fiducia, vel reſiſtendi materia non ſubeſſet, temporis etiam habilitate captata, quo partem (15) gentis noſtræ ad fabricationem (16) pontis [cujusdam in Pado, per quem 17] aquæ nobis (18) ſervabatur, dominium, miſeramus, die Martis 18. præſentis menſis Februarii Bernerios (19) quosdam, ut ad eorum perſecutionem gentem noſtram adverterent, callide præmiſerunt. Sed (20) dum fideles noſtros, quos virtutis interius animoſitas accenderat, & in ſimilibus expertos (21) jam pluries fortunæ placiditas animarat, ad reprimendam hujusmodi rebellium puſillanimitatis audaciam, inermes & unanimes extra caſtrorum noſtrorum limites, caſus tam ſubitus eduxiſſet. Accidit quod priusquam ad defenſionem commodam civitatis Victoriæ quam ibidem ſtatio noſtra firmaverat, fideles noſtri regredi (22) potuiſſent,

X 5 & re-

(9) *per* abeſt. (10) *tenuis* l. tenui. (11) *dubiæ* l. ipſius dubiæ. (12) *externis* l. exterius. (13) *interius* l. ulterius. (14) *reſiſtentiæ* l. reſiſtente. (15) *quo partem* l. qua parte. (16) *fabricationem* l. factionem. (17) [ ] deſunt. (18) *nobis* abeſt. (19) *Bernerios* l. Beroarios. (20) *ſed* l. ſicque. (21) *expertos* l. expertes. (22) *regredi* l. ingredi.

& rebellium eorundem incauta præſumptio (23), quam exulum, ut diximus, occulta proditio vitiabat (24); caſtra noſtra cum rebus (25) ibidem habitis, ignis incendio concremarunt. Nos (26) autem, quos eventus hujusmodi repentina propulſatione commovit, ut via nobis aliunde liberior ad offenſionem eorundem (27) rebellium præberetur, per illius gratiam, qui continuato ſuffragio tuetur Imperium, ſalubriter cum tota gente noſtra eodem die Martis Cremonam advenimus, ubi per triduum, tam Cremonenſium quam Papienſium aliorumque (28) noſtrorum fidelium robore concorditer adunato, ſtatim caſtra noſtra in obſidione Parmæ ex alia parte duximus repetenda. Ubi eorum proterviam multo arctius ſolito tenentes obſeſſam, in Dei virtute confidimus, & de fortunæ ſolitæ (29) quæ ſolet gratius arridere dum provocat, proprietate (30) ſperamus, quod cum noſtra per id noſtrorumque fidelium ardentius ſint accenſa præcordia, de rebellibus ipſis in proximo vota noſtra infallibiliter attingemus. Unum veruntamen notitiam veſtram non lateat, quod ſic nos dimittere fortuna non voluit ſuæ felicitatis expertes, quin poſt eundem diem Martis, quo ſe perverſitatis caſus immiſcuit proximo ſequenti die dominico, nos ex parte altera Marte gratifico (31) demulceret. Cum enim Henricus illuſtris Rex Sardiniæ, ſacri Imperii in

(23) *præſumptio* l. proviſio. (24) *vitiabat* l. juvabat. (25) *rebus* l. rebellibus. (26) *nos* l. illos. (27) *eorundem* l. noſtrorum. (28) *aliorumque* abeſt. (29) *fortunæ ſolitæ* l. fortuna ſolita. (30) *proprietate* l. pietate. (31) *marte gratifico* l. gratifica.

in Italia (32) generalis legatus, dilectus filius noſter, Padi dominium, quod victoria nobis de hoſtibus priſca tribuerat (33), poſſideret, naves omnes Mantuanorum rebellium, quas in frivolum Parmæ ſubſidium congregarat (34), potentiæ noſtræ virtute (35) ſuffultus potenter aggrediens eos viriliter expugnavit, ita quod centum de (36) navibus inter parvas & magnas incaſtellatas, & trecentos de dictis rebellibus, quos in navibus ſpes fallax incluſerat, præter peremptos gladio, & aqua ſubmerſos, quorum non eſt numerus in captionis parata retia, quæ (37) declinare fuga non potuit, miſerabiliter inciderunt. Et ſic eorum navali ſublato præſidio (38), integre Padi dominium obtinemus. Sane cum in caſtrorum noſtrorum combuſtione, quam diximus, camera noſtra cum aureæ bullæ (39) typario, & regni noſtri ſigillo perdita (40), & amiſſa fuerit (41), propter quod adverſariorum noſtrorum per caſum tam horridum effrenata (42) ſuperbia, quæ (43) cauſam noſtram hactenus rebus ſemper veritate (44) carentibus, obfuſcavit (45), per typarii copiam, & ſigilli, multa ſicut firmiter credimus, in (46) honoris noſtri diſpendium, falſa machinatione confinget (47):

(32) *in Italia* l. in Tuſcia. (33) *priſca tribuerat* l. præſtita tribuere. (34) *congregarat* l. congregarunt. (35) *virtute* l. victoriæ. (36) *centum de* l. de centum. (37) *quæ* l. quos. (38) *ſublato præſidio* l. de medio ſublato ſubſidio. (39) *bullæ* l. bullatæ. (40) *perdita* l. perdita extitit. (41) *fuerit* abeſt. (42) *effrenata* l. effrena. (43) *quæ* l. quem. (44) *veritate* l. varietate. (45) *obfuſcavit* l. veritas obfuſcavit. (46) *in* l. &.

(47): Devotionem veſtram requirimus, & monemus (48), quantus (49) ſi prædictorum bullæ aureæ, vel ſigilli munitæ ſignaculis ad vos aliquæ literæ ſub noſtri nominis titulo pervenirent (50), fidem eis ſtabilem veſtræ mentis conſtantia (51) cum fidei robore careant, adhibere cujùsquam (52) vos ſuggeſtio non ſeducat.

Cap. XLII.

Fidelibus ſuis de victoria habita contra Parmenſes poſt expugnationem ſuam.

CAſualis (1) vindictæ ſeu potius victoriæ noſtræ plene principium, quod poſt ſiniſtrum caſtrorum noſtrorum combuſtionis eventum nobis divina potentia, ſolita noſtris adeſſe ſuffragiis, de navali Mantuanorum rebellium depreſſione contulerat: præcedentis (2) ad vos literæ noſtræ ſtylo commiſimus: ut coram vobis (3) totius rei ſeriem veritas deſcripta differeret, quam fama diverſis diſcuſſa relatibus potuerat variaſſe. Nuper autem quod [pugnans pro nobis manus altiſſimi titulis noſtris undique victoriam gratæ proſecutionis 4] adjecerit, [fidelitati veſtræ 5] tenore præſentium referamus: pridem dum collectis undique viribus noſtrorum fidelium, quorum

(47) *confinget* l. conſurget. (48) & *monemus* l. vobis diſtricte mandantes. (49) *quantus* l. quatenus. (50) *pervenirent* abeſt. (51) *conſtantia* l. conſtantiam. (52) *cujusquam* l. cujuſpiam. (1) *Caſualis* l. Cauſalis. (2) *præcedentis* l. procedentis. (3) *vobis* deeſt. (4) [ ] deſunt. (5) [ ] deſunt.

rum celeri fulti præſidio, civitatis Parmenſis proterviam per aggreſſiones continuas multo arctius ſolito victorioſe perſtrinximus (6), die quodam ad expugnationem duorum caſtrorum Parmenſium, quæ rebellium incauta temeritas ad ſtratæ nobis aditum præcludendum, poſt receſſum noſtrum de caſtris (7) victoriæ occuparat, potenter ſerenitas noſtra proceſſiſſet, accidit, quod magnam partem Parmenſis militiæ, in frivolum caſtrorum ipſorum ſubſidium deſtinatam, acies una noſtrorum fidelium ab exercitu noſtro diviſa per bivium (8) potenter & viriliter aggrediens, eos in noſtri nominis virtute viriliter expugnavit. Ex quibus centum & ultra gladio victoriæ peremptis (9), ſexaginta de melioribus caſus ille ſic ſubitus noſtro carceri aggregavit. In cujus etiam cædis excidio, quod vobis nunciamus ad gaudium, illum famoſum & antiquum proditorem noſtrum Bernhardum Orlandi Ruſſi (10) hujus Papæ ſororium totius partis adverſæ caput, & caudam, imo totius factionis Italiæ patratorem, vindice (11) mucrone noveritis cecidiſſe. Ex quo nobis fiducia jam firma promittitur, quod (12) nequitiæ capite ſublato de medio, membris, quæ ipſo præſide palpitabant (13), ſpes quælibet reſiſtentiæ de cætero decidatur (14).

Cap.

(6) *perſtrinximus* l. perfungimur. (7) *caſtris* l. caſtro. (8) *per bivium* l. ipſam. (9) *peremptis* l. perierunt. (10) *Ruſſi* l. Ruffi. (11) *vindice* l. vindictæ. (12) *quod* l. in. (13) *ipſo præſide palpitabant* l. ipſius perfidiam palpitabat. (14) *decidatur* l. recidatur.

Cap. XLIII.

Fidelibus ſuis Siciliæ ſuper deditione ſancti Germani.

NUper dum terra ſancti Germani temere dudum montis Caſſini, & Rochæ Loaræ (1), munitionibus occupatis contra Majeſtatis noſtræ potentiam rebellionis calcaneum erigere præſumpſiſſet, ad ipſius expugnationem victricia ſigna noſtra direximus, & ante portam ipſius fiximus caſtra noſtra, quæ (2) dum ſic videret (3) felicibus exercitus noſtri viribus potenter obſeſſam ſe (4), quod de omnis (5) defenſionis ſuffragio deſperabat, volens miſericordiam petere potius, quam judicium expectare, ad pedes noſtræ Majeſtatis neceſſario ſe proſtravit, munitionibus ipſis perſonis & rebus eorum omnibus in noſtris manibus reſignatis. Nos autem, qui potius miſereri volumus quam ulciſci, ad multa eorum humilitatis & devotionis judicia clementer eis indulſimus, & ſupplices recepimus in gratiæ noſtræ ſinum, procedentes aliunde cum victorioſo exercitu noſtro, ad aliorum noſtrorum rebellium reliquias conterendas. Quod devotioni veſtræ ſignificamus ad gaudium, ut de præſentis ſucceſſus proſperitate nobiſcum collætemini, firmam ſpem certamque fiduciam aſſumentes, quod dante domino majoris lætitiæ vos in proximo participes faciemus.

Cap.

(1) *Rocha Loara* l. Roccæ Javulæ per ipſos. (2) *qua* abeſt. (3) *videret* l. videretur. (4) *ſe* abeſt. (5) *omnis* l. omni.

Cap. XLIV.

Fidelibus ſuis de victoria habita contra volentes juvare Parmenſes, de (1) *exactione pecuniæ.*

ETſi nobiſcum hactenus, poſtquam à regno diſceſſimus, eventu vario fortuna certaverit, eatenus veruntamen nos ſuperiores (2) in aera (3) felicitas noſtra conſtituit, ut jam non vinci poſſe ſed vincere procul dubio confidamus. Ter ſena projecimus, velut qui multitudine (4) pugnatorum, partem adverſam Parmenſium civitatem laborantem (5) in ultimis juvare volentem (6) in tantum exceſſimus (7), ut inter vires noſtras & ſuas, tanquam inter non participantia (8) comparatio nulla vel modica cenſeatur. Unum ſolummodo nobis ad feſtinam plenam (9) victoriam deficit, quod ad ſuſtentationem ſtipendiariorum noſtrorum aliorumque fidelium, quos à remotis Imperii finibus, ad participium victoriæ noſtræ fortiſſimus (10) fidei zelus imparatos (11) & ſubditos evocavit, ſufficientem pecuniam non habemus. Ad quam tamen (12) ex veſtro ſubſidio, quod nunquam nobis hactenus defuit, ô fideles, tum ex quibuscunque Curiæ noſtræ proventibus colligendam (13), & ad

(1) *de* l. & de. (2) *nos ſuperiores* deſunt. (3) *aera* l. alea. (4) *multitudine* l. in multitudinem. (5) *civitatem laborantem* l. civitatis laborante. (6) *volentem* l. volente. (7) *exceſſimus* l. exteſſimus. (8) *participantia* l. participantes. (9) *plenam* l. & plenam. (10) *fortiſſimus* l. feciſſemus. (11) *imparatos* l. ad imparatos. (12) *tamen* l. cum. (13) *colligendam* deeſt.

& ad nos etiam cum ſumma feſtinantia deſtinandam, nec minus ut (14) vos de noſtrorum ſucceſſuum proſperitate lætificet, Philippum Ven. Patten. (15) Epiſcopum dilectum fidelem noſtrum celeriter incurſim (16) duximus deſtinandum, ad cujus adventum prætermittentis Imperium, & affectum quem ad vos non dominicum ſed paternum habemus, miſſæ perſonæ vos qualitas moveat, quam velut obſequiis noſtris perutilem, à noſtris aſpectibus ſeparamus (17) inviti, niſi quod eo usque nos noſtra neceſſitas (18) perduxerat, ut corporis noſtri partem ſi fieri poſſet ſalubriter, & natura permitteret, neceſſario miſiſſemus. Ad offerendum itaque nobis in hac parte ſubſidium veſtra devotio non moretur, quod (19) totum & integrum è vicinio vobis hilariter cum palma deſideratæ victoriæ reddere pollicemur.

Cap. XLV.

Manfredus (1) *ſignificans quibusdam Baronibus victoriam contra legatum & exercitum Papalem.*

EXultet jam univerſa turba fidelium, exultet totum collegium dilectorum, exultet inter cæteros animus veſter, & pro tanta victoria principis præcipue gaudeatis. Novit enim mundus, nec eſt à veſtra notitia pere-

(14) *ut* deeſt. (15) *Philippum Ven. Patten.* l. Venerabilem Pictarienſem. (16) *incurſim* l. immo ſuccurſum. (17) *ſeparamus* l. ſperamus. (18) *noſtra neceſſitas* l. neceſſitas noſtri. (19) *quod* l. quia. (1) *Manfredus* abeſt.

peregrinum, quanta ſupplicationis inſtantia, quanta ſubjectionis reverentia, pridem rogavimus ſummum pontificem, dominum & ſanctiſſimum patrem noſtrum, qui contra nos alia occaſione potius, quam ex cauſa de morte Burelli de Angleno, in (2) qua inculpabiles ſumus (3) nec conſcii [novit Deus] ad indignationem indigne ſi dici liceat motus erat, ut erga nos benigne ſe gereret, & innocentiam noſtram ſua gratia non privaret, apud quem cum nullam poſſemus penitus (4) gratiam vel miſericordiam invenire, velut qui non ex prædicta cauſa ſolummodo movebatur, ſed dum liberum regni (5) dominium ſitiebat, ſuffocare credebat jus regni, & evellere totam progeniem patris noſtri, de ſua benevolentia merito dubitantes ab eo receſſimus, & collecto apud Luceriam exercitu potenti, ubi legatus & Papalis exercitus apud Fogiam & Trojam exiſtentes, conati ſunt nos (6) multotiens impugnare, dum die Mercurii ſecundo (7) præſentis menſis Decembris, cum quadam parte gentis noſtræ, & non [cum tota noſtra potentia nos contingeret equitare, & in ſuccurſu quorundam 8] ex noſtris, qui prope Trojam ad inſidias latitabant, & eorum mora fuerat ad prædictorum hoſtium notitiam devoluta. Ecce (9) ſicut domino placuit eventu fortuito, vel potius Dei nutu, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, qui deponit potentes de ſede, & ponit humiles in ſublimi,

 quas-

(2) *Angleno, in* l. Anglone, de. (3) *ſumus* l. fuimus. (4) *poſſemus penitus* l. poteramus. (5) *regni* l. regni noſtri. (6) *nos* abeſt. (7) *ſecundo* l. proxima. (8) [ ] deſunt. (9) *ecce* l. &.

quasdam inimicæ gentis acies milites noſtri viderunt, & ſtatim gradientes promptius ad certamen ſicut leones ad prædam, adverſarios terga dantes verſus Foggiam ſequebantur: nos vero trahentes noſtrum exercitum poſt eosdem, quos relinquere nolebamus, quanquam feſtinaverimus juxta poſſe, tamen nequivimus in primis ictibus applicare. Nihilominus tamen in campeſtri conflictu dure direque (10) arma noſtrorum cum armis hoſtium diſputarunt, & examinaverunt lanceæ lanceas, & gladii gladios ſunt experti. Applicantibus nobis veruntamen ſtatim definitiva ſententia fuit lata, ita quod fractis hoſtibus, gladio peremptis (11) innumeris, & pluribus captivatis ferro aperuimus civitatem Foggiam, & intravimus violenter: ibi fuit terribilis ſtrages hominum, & cædes rebellium aſpera ſubſecuta, quorum omnium fuerat Capitaneus Otho Marchio de Heynburg (12), ac totus noſter exercitus ſpoliis eſt ditatus. Sequenti vero mane, cum ad cunterendas reliquias hoſtium, qui apud Trojam (13) remanſerant, cum legato cum magna potentia procedere crederemus, ecce rumor nobis innotuit quod idem legatus & alii relictis omnibus bonis ſuis diſropati (14) turpiter à Trojanis ſe perfugæ ſubſidium (15) abſentarunt. Sicque Deo dantes honorem & gloriam & non nobis liberavimus patriam, & à jugo ſolvimus invaſorum. Vos igitur ex his in fide regia confortati, mentem & animum robo-

(10) *dure direque* l. diroque. (11) *peremptis* deeſt. (12) *Marchio de Heynburg* l. de Lantenburg. (13) *Trojam* l. Fogiam. (14) *diſropati* l. diſrobatis. (15) *ſubſidium* l. diffugium.

roborate firmiter, ſperaturi quod totum regnum in brevi (16), dante domino, reducemus ad fidem regiam, ac ſtatum proſperum (17) & tranquillum.

Cap. XLVI.

Manfredus (1) *eiſdem & ſuper eiſdem & ſignificans de morte Johannis Mori proditoris Regis* (2).

AD renovanda præteritæ feſtivitatis ſolennia, quam de expugnatione ac expulſione communium (3) hoſtium, præcedentes vobis noſtræ literæ portaverunt, præſens ad vos accedit epiſtola novum ſubſequens gaudium relatura, quod per illius gratiam, qui cauſam domini Regis, domini noſtri chariſſimi & nepotis naufragari non patitur, liberata provincia (4) de faucibus invaſorum, univerſæ civitates & caſtra, quæ ad ſe falſis ſuggeſtionibus traxerat, ad regiam fidem redeunt, & animi fraganti devotione (5) ſuum dominum recognoſcunt, veniam poſtulantes, & enervante divina potentia vires hominum, qui ad exhæreditationem Regis nequiter aſpirabant, ne quam ille malignus proditor Johannes Morus, qui filium illius nitebatur opprimere, qui eum de ſtercore ſuſcitavit, incidens in laqueum, quem tendebat, à ſuis juſto judicio eſt occiſus, & ca-

Y 2

(16) *brevi* l. brevi tempore. (17) *proſperum* l. priſtinum. (1) *Manfredus* abeſt. (2) *Regis* l. ſui. (3) *communium* l. omnium. (4) *provincia* abeſt. (5) *animi fraganti devotione* l. cum devotione fraganti.

& caſtra Acherentiæ, ſancti Felicis, & Monthecii (6) ac Camiſii (7) cum Cameris exiſtentibus in eisdem, ad regnum & (8) noſtrum dominium devenerunt. Acceſſit prætерea noſtris tripudiis nova materia gaudiorum, quod (9) nobis dictæ victoriæ feſtivitatem agentibus, feſtivi nuncii domini noſtri Regis diutius expectati ſacras nobis regias literas præſentarunt, in quibus læti cognovimus exaltationem & proſperum ſtatum ejus. Prout ergo (10) nos per eosdem nuncios, & literas ſpeciales, conſimiles aſſumpſimus lætitias, aſſumatis. In illius (11) igitur fide (12) ſolidam conſtantiam obſervantes, fideles omnes ipſarum partium ad ejus ſervitia confortetis, providentes noſtris laboribus in ſubſidiis opportunis, qui primos ictus ſuſtinentes ab hoſtibus (13) ſumptibus exhaurimur.

Cap. XLVII.

Fridericus cuidam nobili ſignificans, ſe iturum in Italiam, ad confuſionem rebellium, propter quod mandat eum equis & armis eſſe paratum.

ETſi potentiæ noſtræ præſentiam ad Italiæ rebellium aſpirantis exitium, per (1) adverſarii noſtri latentes inſidias, ad eradicandam de regno noſtro cujuslibet proditionis ſpeciem, prout dudum volatilis famæ loquacitas,

(6) *Monthecii* l. Montonii. (7) *Camiſii* l. Cavoſi. (8) & abeſt. (9) *quod* l. inde quod. (10) *ergo* deeſt. (11) *illius* l. illis. (12) *fide* abeſt. (13) *ab hoſtibus* l. ad hoſtium. (1) *per* l. & per.

citas, & literarum noſtrarum adjectio frequenter ad tuam deduxere notitiam, tam neceſſariæ cauſæ, quam utiles evocaſſent. Quia tamen quibusdam proditoribus noſtris in regno morantibus, ſicut lucidius pridem ſcripſimus, debito ſupplicio traditis, & regni negotiis pro voto jam ſalubriter ordinatis, liberiores ſumus ad gladium (2), & ad conterendas rebellium noſtrorum reliquias expediti: ne (3) detur eis ex abſentia noſtra gloriandi materia, vel videatur ex mora noſtra potentia tepuiſſe: quin potius propterea concepta ſpes frivola, velut in pulverem ſufflantium annulletur, confuſionis ipſorum tempus, bellicis aptum fortaſſe conflictibus anticipare diſponimus, ut (4) eo gravius commiſiſſe ſe doleant, quo noſtræ potentiæ malleo præmaturius ferientur. Cum igitur perſonæ noſtræ non parcendo laboribus, in introitu proximi futuri menſis Februarii, Magnificentia noſtra movere de regno conſtanter (5) propoſiti tenacitate firmaverit verſus partes Italiæ, ad contritionem (6) prædictorum noſtrorum rebellium, Aquilarum victricium ſignis explicitis, & noſtrorum fidelium viribus aggregatis, potenter & magnifice proceſſuri, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus quam pulchrum ſit pugnare pro fide, quamque (7) decorum dimicare pro domino diligenter attendens, robur & animum, quæ (8) in te ſine requiſitione parata invenire confidimus, ferventer aſſumas. Et ne

 (9)

(2) *gladium* l. gaudium. (3) *ne* l. & ne. (4) *ut* l. &. (5) *conſtanter* l. conſtantis. (6) *contritionem* l. contradictionem. (7) *quamque* l. quam. (8) *quæ* l. quos.

(9) abſentia noſtra eis efficaciora impedimenta parturiat, ſic in (10) armorum & equorum cum omnibus fidelibus noſtris Jurisdictionis tuæ, ſis in continuo apparatu, quod Magnificentia noſtra te, & fideles eosdem paratos inveniens, non parandos, & condignæ commendationis [titulum veſtræ devotionis 11] conſtantia conſequatur, nec proceſſum noſtrum contra rebelles eosdem, ob defectum apparatus ejusdem (12) contingat aliquatenus retardari.

Cap. XLVIII.

Significat cuidam fideli ſuo proſperos rumores de exercitu.

UT (1) victorioſi exercitus noſtri proceſſus fidelitatem tuam non lateat, veritas, quæ frequenter, ut aſſolet, loquacitate referentium variatur, præſens te veridica pagina doceat, quod dum in caſtris ante Faventiam (2), in depopulatione (3) noſtrorum rebellium tam potenter quam feliciter moraremur, de ipſius loci celeri occupatione ſecuri M. Marchionis Palatini (4) fidelis noſtri, qui conſtantiam noſtram aliquomodo non falleret, accepimus literas, continentes, quod [Mediolanenſes noſtri rebelles, cum Placentinis eorum ſequacibus pro ſuccurſu Parmenſium proditorum

(9) *aſſumus. Et ne* l. aſſumens, ut. (10) *in* l. &. (11) [ ] deſunt. (12) *apparatus ejusdem.* l. ejus. (1) *ut* abeſt. (2) *Faventiam* abeſt. (3) *in depopulatione* l. ad depopulationem. (4) *Palatini* l. *Pellanienſis.*

rum ſ] noſtrorum, quorum deſiderabilia noſter vaſtabat ignis, & gladius, potenter venerant Florenſolam (6): immani ſe voce jactantes, quod nobiscum ad congreſſum venire volebant, gladiorum noſtrorum potentiam, quam in necem eorum ſæpius experti fuerant per faſtuoſam quandam ſuperbiam prorſus obliti: cumque aſſiſtentibus nobis Imperii viribus, & Cæſareis animis (7), quod prædicti rebelles noſtri nos præſumerent aggredi, Serenitas noſtra duceret (8) indecorum, ut etiamſi belli caſus inciderit, per eorundem ingreſſum (9) attingeremus viriliter votum noſtrum. De quo, autore Domino, qui noſtrum tuetur Imperium, infallibiliter ſperabamus, altiori ducti conſilio, defixis caſtris noſtris, feliciter victricia ſigna noſtra direximus contra ipſos die Lunæ 15. præſentis menſis Junii ante Florenſolam (10): ubi ad perniciem ipſorum, eos conveniſſe didicimus, figentes felicia caſtra noſtra (11), quod cum ipſis innotuit, ſigna noſtra reſpicere non audentes, locum ipſum de nocte non ſine timore maximo dimiſerunt, ſic (12) in fugam converſi, ut evaneſcere quam fugere potius viderentur. Hæc interim ad gaudium tibi ſignificare curavimus. Tu vero illis (13) univerſis fidelibus ipſarum partium ſtudeas publicare.

(5) [ ] deſunt. (6) *Florenſolam* l. Flerengelam. (7) *Cæſareis animis* l. Cæſaris vix. (8) *duceret* l. ſibi duceret. (9) *ingreſſum* l. aggreſſum. (10) *Florenſolam* l. Florengolam. (11) *caſtra noſtra* l. caſtra noſtra quo minus ejus diſtrictius ignis noſter & gladius imperii mole conſumit. (12) *ſic* l. & ſic. (13) *illis* l. illud.

Cap. XLIX.

Capitaneo regni Siciliæ, quomodo intendebat ire Lugdunum, ad præſentiam domini Papæ.

REpetentibus nobis nuper Italiam, poſt ſtatum regni ſalubriter ordinatum, ad diſſenſionis tam longæ materiam, quæ inter nos & Eccleſiam vertitur, finaliter decidendam, ad noſtros & fidelium noſtrorum, quibus compunctiva charitate compatimur, labores & ſumptus totaliter finiendos, ad tollendam denique morbi naſcentis originem, ne præſens incurreret infirmitas recidiva, altiſſimi nobis plenitudo conſilii, ſicut infallibiliter (1) opinamur, occurrit: quod non ut hactenus per ambages & devia, non per inutiles circumſtantias, aut quælibet intervalla, ſed per ipſius naturam negotii, finem tanti diſcriminis attingentes, Lugdunum recta via procedere deberemus, cauſæ noſtræ juſtitiam præſentialiter & potenter in adverſarii noſtri facie, coram (2) Transalpinis gentibus poſituri: ac deinde confeſtim repetituri Germaniam, ad motus ejus, quos aliquorum infidelium provocavit iniquitas, ſalubriter componendos. Hoc autem tam ſalubre propoſitum, velut finem tanto diſcrimini poſiturum, Italicorum & Transalpinorum communis opinio omnium commendat, qui glorioſum noſtræ Majeſtatis acceſſum (3) continuis miſſionibus & precum confuſionibus evocantes, deſideratam mundo pacem

(1) *Infallibiliter* abeſt. (2) *facie, coram* l. faciem totam. (3) *acceſſum* abeſt.

pacem propterea proventuram, vel inſurrecturas (4) in petra ſcandali ſeditiones & jurgia nationum infallibiliter aſſerebant (5). Sed Papa propterea de Terræ ſanctæ, proh dolor! luctuoſa deſolatione non curans, quæ Chriſtiani ſanguinis effuſione diſperſa, dum filios deplorat extinctos, juſtam de hoſtibus exigit ultionem, de qua fidei noſtri (6) cultus divinitus & doctrina proceſſit: ad infidelium noſtrorum converſus auxilia, qui caput hæreſis nutriunt. Et jam profecto univerſam Liguriam, quanquam eam noſter enſis opprimeret, infecerat (7), copioſam ultramontanorum militum comitivam de pecunia, quæ ſibi nec ad tales uſus, de (8) fidelium manu porrigitur, pro ſuis ſtipendiis ſolidatam, ſubtili quidem, licet malitioſo conſilio, in (9) conſortia Mediolanenſium mittere conatus in caſſum: quorum præſentia vel poſt tergum nobis Italiam traheret, vel proceſſum noſtri culminis per Lugdunenſe concilium Germaniam impediret, ſpe fruſtratus omnino de conatibus ſuis irreparabiliter excidit, & turpiter perdidit quod expendit. Comes enim Sabaudiæ, dilectus affinis & fidelis noſter, ac fideles alii perennem Imperii noſtri victoriam magnanimiter procurantes, militibus ipſis per anguſtias & anguſta (10) montium tranſire parantibus (11) omnem prorſus aditum in perpetuum obſtruxerunt. Eramus itaque compoſitis omnibus & rebus

Y 5 ſuc-

(4) *vel inſurrecturas* l. vel inſuſcepturas vel. (5) *aſſerebant* l. aſſerebat. (6) *noſtri* l. noſtræ. (7) *infecerat* l. infecerunt. (8) *de* abeſt. (9) *conſilio, in* deſunt. (10) *& anguſta* deſunt. (11) *parantibus* l. paratis.

ſuccedentibus nobis ad votum, jam (12) ad iter accincti: quod (13) prædictus [comes Sabaudiæ, & Delphinus 14] comes Viennæ, dilectus conſanguineus & affinis (15) noſter, ac fideles alii, ad pedes noſtros humili (16) devotione proſtrati, per terras ſuas iter nobis peropportunum paraverant, & neceſſariis omnibus effecerant copioſum, qui cum repente fortunam Cæſaream conſtitit proceſſiſſe, quæ nunc demum nobiſcum glorioſius provenit (17), cum nobiſcum primo de qualibet conditione contenderit, ſe proceſſibus noſtris circa radices alpium, in ipſo Lugdunenſi itineris objecit ingreſſu (18), rumoris inopinati de Parmæ fiducia rebellionis nuncium proferens, quam ejectorum (19) dudum per nefariæ proditionis offenſam, infidelium repentinus incurſus mediantibus fraudis inteſtinæ ſuffragiis, occupavit. Præbentes igitur neceſſarium firmato viæ noſtræ proceſſui (20) modici temporis intervallum, in obſidionem Parmæ victricia ſigna noſtra convertimus, totius in ea bellum Liguriæ, quod latenter hactenus nutriebat, pro voto fidelium potentiſſime paraturi (21), nec (22) eſt etenim habilis reſiſtentiæ locus, quem murorum non munit ambitus, aut concavitas foſſatorum, & quem neceſſariorum habilitas copioſa non replet: cum propter ſubiti caſus (23)

(12) *jam* l. tam. (13) *accincti, quod* deſunt. (14) [ ] deſunt. (15) *affinis* l. fidelis. (16) *humili* l. humillima. (17) *provenit* l. provehit. (18) *ingreſſu* l. ingreſſum. (19) *ejectorum* l. objectorum. (20) *proceſſui* l. proceſſu. (21) *potentiſſime paraturi* l. potiſſime parituri. (22) *nec* l. non.

(23) perniciem nihil illuc ex propoſito (24) fuerit comportatum (25), quem demum fugitivorum manus timoroſa tuebitur (26), ſi vires publicæ tuitionis (27) aſſumere nequierunt, qui (28) propriæ vitæ ſpem hactenus in ſolo fugæ refugio (29) poſuerunt. Cum igitur ex deſcriptione præſentium laborum noſtrorum finem circa Ligurii belli [reliquias finaliter & ſpecialiter conterendas, imponere attendamus: præſertim 30] cum de Germania, chariſſimi filii noſtri Conradi in Romanorum Regem electi, & regni Hieroſolymitani hæredis ſe ſuppliciter (31) incurvante mandatis, nullius cauſa (32) dubitationis aſſurgat, ſpiritu confortationis aſſumpto, ſervitiis noſtris indeſinenter intende; ac fidelium noſtrorum provinciæ tibi decretæ animos, quos abſentiæ noſtræ conſumit (33) anxietas, præſentis lectionis nova lætificent, ſic quod (34) nos de te & ipſis obſequioſa fidelitas, & fructuoſa devotio reddant frequentius more ſolito, lætiores.

Cap. L.

Fidelibus ſuis, de bello habito inter ipſum & Mediolanenſes.

QUantæ audaciæ quantæque temeritatis ſint Ligurum, Excellentiæ noſtræ rebellium,

(23) *ſubiti caſus* l. ſubitæ cauſſæ. (24) *ex propoſito* l. expoſitum. (25) *comportatum* l. vel portatum. (26) *tuebitur* l. timebitur. (27) *tuitionis* l. munitionis. (28) *nequierunt, qui* l. poterunt quod. (29) *refugio* l. ſubſidio. (30) [ ] deſunt. (31) *ſuppliciter* l. ſimpliciter. (32) *cauſa* l. occaſio. (33) *conſumit* l. præſumit. (34) *quod* abeſt.
Cap. 50. deeſt in Manuſcripto.

bellium, factiones, ad proximos experientia detulit & loci vicinitas & inveterata fama malitiæ vel nequitiæ pertulit ad remotos: nec latere vos credimus, nec mundus ignorat cauſam longæ noſtræ diſſimulationis conſtantiam circa eos, ut tolerantia noſtra verum patientiæ nomen amitteret, & vitioſe notam puſillanimitatis incurreret pro decore virtutis. Advertentes poſtmodum, quod ferro ſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam, neceſſario nos ad arma convertimus, ſomnum dormientis Imperii excitantes. Cum nec anno præterito, nec præſenti poſſemus rebelles noſtros ad præſentis pugnæ diſcrimen trahere, ut de iis ſimul & ſemel optatam victoriam haberemus. Caſualiter tamen feliciter contigit, ut Mediolanenſibus & eorum ſequacibus, ad Brixienſe ſubſidium evocatis, ac interjecto inter nos & eos fluminis cujusdam obſtaculo, quo veluti quodam munimine cingebantur: ultra flumen Lolii caſtra noſtra reduximus addenda populis & militibus civitatum, fidelibus noſtris, ad propria redeuntibus, quos inſpiratæ moræ tædium importunitas temporis detinere diutius non ſinebant, & ad expedita militia tenus ripas ex alia parte fluminis feſtini direximus greſſus noſtros ad pontes, per quos ipſi redeuntes ad propria redire debebant. Et cum in cavernis morari diutius ultra flumen, rerum ipſos arcente penuria, non valerent: Mediolanenſes & ſocii per pontes & vada fluminis tranſeuntes, in apertam planitiem exiverunt, credentes ſe nobis per ſubſidium occultæ fugæ ſubripere. Et dum nos adeo prope conſiſtere non putarent, cum de adventu noſtro terror

terror & fremitus tanquam de cœlo tonitruum ipſis intonuit, ad præmiſſas noſtræ C. acies: prius etiam quam aquilarum Imperii victricia ſigna proſpicerent, in fugam ſic ſubito ſe converterunt, quousque ad eorum Carocium, quod apud Curtim novam in eorum celeritate præmiſerant fugientes, faciem noſtrorum inſequentium ſpectare nequirent. Et dum auxiliares acies, & poſt eas nos cum noſtrorum agminum robore, greſſibus feſtinatis, ne iis qui in levi manu præceſſerunt neceſſario curſu ſuccurrere deberemus, usque ad themonem fere Carocii ex noſtris aliquos vidimus perveniſſe. Supervenientis autem noctis umbroſa caligine, quam noſtrorum vota longiſſima ſuſpirabant, tentatum aggreſſum tantiſper obmiſimus usque mane ſequenti, diſtinctis tantummodo gladiis ad quietem, ſed tunicis ferreis non exutis, ad indubitatam victoriam Carocii redituri. Superveniente luce, inter alias militum & curruum turmas, qualibet defenſione reperimus deſertum, ſummitate perticæ, ubi crux extiterat, detruncata. Caſtrum etiam Curtis novæ, cujus munimine ipſos inſultus noſtros evadere credebamus, cuſtodes & incolæ reliquere: nec Poteſtas eorum, ducis Venetiarum filius, quo duce lugubria ſigna tulerunt, manus noſtras evaſit. Et, ut multa ſub compendio recludamus, cum capti tum mortui, inter quos multi Mediolanenſes, factionum primates & comites, decem millia fere numero computantur. Quæ omnia univerſitati veſtræ ſignificamus ad gaudium, ut provenire noverit, ad augmentum quod ex tenore præſentium legitur, conceſſiſſe titulum Imperialem ad gloriam & triumphum. Cap.

Cap. LI.

Regi Sardiniæ, narrans ei triumphum ſuum (1).

ETſi provenientium nobis in partibus iſtis ad vota ſucceſſuum jam frequens ad te Celſitudinis noſtræ (2) litera relativa pervenit, ut tuæ (3) tamen expectationis affectus nova proſpera ſtatus noſtri continuata lætificent, præſentium tibi (4) tenore deſcribimus, quod terris omnibus noſtrorum rebellium ingentiſſima (5) depopulatione vaſtatis, caſtra eorum, quæ potentiæ noſtræ proceſſibus (6) videbantur obſiſtere, ferro flammæque ſubjicimus, & cuncta nobis, ut te (7) breviter alloquamur (8), in partibus iſtis ad placitum deſiderabili ſucceſſione reſponderunt (9). Hæc ſiquidem ſcire te volumus, & (10) præſentis lectionis [ſapore percipere 11], ut non ſolum tibi materiam hujusmodi jucunditatis exhibeant, ſed velut vera præſagia futuræ letitiæ firmam fiduciam repræſentent, quod ea tuis auribus infra dies pauciſſimos offeremus, ex quibus manifeſte perpendere poteris (12), laboribus noſtris in proximo finem laudabilem imponendum.

Cap.

(1) l. Significat cuidam nobili de regno ſuos proceſſus proſperos & felices. (2) *Celſitudinis noſtræ* deſunt. (3) *tuæ* l. te. (4) *tibi* deeſt. (5) *ingentiſſima* l. urgentiſſima. (6) *proceſſibus* l. juribus. (7) *te* l. tibi. (8) *alloquamur* l. obloquamur. (9) *reſponderunt* l. reſpondent. (10) & l. ut. (11) [ ] deſunt. (12) *poteris* abeſt.

Cap. LII.

Significat cuidam nobili de regno ſuos ſucceſſus proſperos & felices (1).

SUper eo, quod de fortunatis auſpiciis & felicibus ſucceſſibus (2) noſtris, per noſtras recreari literas ſuppliciter poſtulaſti, volentes exinde votis tuis libenter annuere, fidelitati tuæ præſentium tenore intimamus, quod divina dextera (3), noſtris aſſiſtente proceſſibus, feliciter vivimus, & magnifice triumphamus, & nonnullis ex proditoribus noſtris, qui ſicut famæ præloquio & relatione veridica credimus, ad tuam notitiam jam deductum, propoſito infauſto in necem noſtram auſu temerario conſpirarant, promeritæ pœnæ ſupplicio traditis, & ignominioſa morte damnatis: reliqui, qui ſub defenſionis, quin potius offenſionis eorum imagine, metu terribili, velut de cœlo fulminis ictu percuſſi, ſe in caſtro noſtro (4) Capuacii receptarant, ſic fidelium noſtrorum regni clara devotione ſunt undique circumſepti, ſic continuis machinarum noſtrarum ictibus inceſſanter afflicti, ciſternis & domibus dirutis, propugnaculis omnibus murorum & turrium devaſtatis, ut tanquam (5) undique coartati (6), & manus noſtras effugere non valentes, ab ultionis inſtantis & indubitatæ judicio, ſola ſe valeant ſpontanea gladii morte ſubducere, vel

(1) l. Significat cuidam nobili fideli ſuo petenti certificari de proſperis ſucceſſibus ſuis. (2) *ſucceſſibus* abeſt. (3) *dextera* l. gratia. (4) *noſtro* abeſt. (5) *tanquam* l. camera. (6) *coartati* l. coartata.

vel excelſæ (7) rupis ex parte maritimæ præcipitio ſe (8) liberare. Et ſic regni noſtri negotiis jam pro voto diſpoſitis, ad rebellium noſtrorum & Imperii reliquias conterendas, Italiæ partes in proximo gladiis (9) victorioſe repetere, feliciter & inſtanter accingimur: cum ad id & voluntatis noſtræ nos invitet aviditas, & de Peruſinis & Aſſiſmatibus rebellibus noſtris, nuper obtenta victoria reddat libere expeditos. Tu igitur qui tanquam vas puritatis & aromatum cella præcipua, per (10) fidem & devotionem tuam univerſis redolens, per exempla quæ (11) nec ſeditioſa ſeductio variavit, nec laborum commovit immenſitas, nec demum larga promiſſio potuit à noſtri profeſſione (12) nominis [in qua te nativa ſolidavit antiquitas] immutare: ſingulorum mentes ſollicita, & hujusmodi (13) noſtræ feſtivitatis ferias ac adventus (14) noſtri vigilias, una cum cæteris noſtris fidelibus ipſarum partium hilariter ſolemniza.

Cap. LIII.

Comes Simon obſeſſus in caſtro Viterbii, conſiliariis comitis Caſertani, pro ſubſidio ſuo.

AD referandam nobis ſtrictæ obſidionis ſeriem, & naturam, ac impugnationis hoſtilis inſtantiam, famis & ſitis penurias, neceſſitatum multiplicium, quas patimur & paſſi

(7) *excelſa* l. excelſo. (8) *ſe* abeſt. (9) *gladiis* abeſt. (10) *per* abeſt. (11) *qua* l. quem. (12) *profeſſione* l. fide promiſſionem. (13) *hujusmodi* l. hujus. (14) *adventus* l. eventus.

paſſi ſumus miſerias, & preſſuras, ſcribere noſtri calami (1) diutius laborarunt, quod jam (2) pergamenum & (3) atramentum deficiunt (4), & utinam quod tanta inſtantia profuiſſet. Sed totiens, proh dolor! venerunt incaſſum, quotiens fuerunt literæ deſtinatæ: quia nec dominum Caſertanum, nec vos ad ſuccurrendum nobis cura ſollicitat, ut videmus, ſcilicet (5) comedentes panem in ſaturitate, & (6) ſuper ollas carnium reſidentes, ſolatiis intenditis & quieti: & utinam quod (7) pleno ſtomacho de noſtris jejuniis penſaretis. Excuſatis autem vos, quod vicini (8) adventum principis expectatis, ut nobis abundantius & tutius ſuccurratis, veſtris viribus junctis ſuis. Sed (9) timemus, ne illius vulgaris proverbii locus adveniat, & utinam non ſuperſit: dum herba creſcit equus moritur, & dum fugans (10) canis mingit, fugiens lepus evaſit (11). Dolemus autem de præfato Comite, ſed de vobis non minus, qui ad conſilium (12) ejus adeſtis, quod ea quæ ad Imperii ſpectant honorem, ſibi non ſuggeritis ut debetis. Ad quid ergo veniſtis ſi non ſuccurritis provinciæ, atque nobis [etiam qui perimus 13?] laudabilius fuiſſet vobis in Apulia, quam in Thuſcia ducere in Solatio dies veſtros. Sola enim ante adventum veſtrum civitas Viterbienſis fuerat ab Imperiali (14) fide ſub-

Z

(1) *noſtri calami* l. ei tam. (2) *jam* l. tam. (3) *&* l. quam. (4) *deficiunt* l. deficeret. (5) *ſcilicet* l. ſed. (6) *&* abeſt. (7) *quod* abeſt. (8) *vicini* l. vicinum. (9) *ſed* l. ſed ut. (10) *fugans* abeſt. (11) *lepus evaſit* l. lupus vadit. (12) *conſilium* l. conſilia. (13) [ ] deſunt. (14) *Imperiali* l. noſtra.

ſubverſa: ſed poſtquam veniſtis everſa (15) eſt pars maxima regionis, dudum enim homines de veſtro ſuccurſu ſpem & fiduciam habuerunt, & ſteterunt in fide: ſed poſtquam viderunt vos deſides & paventes (16), ac vires (17) ad eorum auxilium non extendere quas habetis, à fide protinus receſſerunt. O quam vobis & nobis pro vobis dolendum eſt, quod puſillanimitas ſacerdotum tantas vires veſtras ſine prælio ſic enervat. Sane honorem Imperialem, & gloriam veſtri vel (18) noſtri nominis minoratis, quia dum vix ducentos milites tales (19) quales habeat Cardinalis, vos cum mille (20) quingentorum militum comitiva, ei non reſiſtitis provinciam occupanti: nec nobis, ad quorum confuſionem intendit, ſuccurrere feſtinatis. Quod ſi de provincia non eſt cura vobis, de nobis tamen curare debetis, quia caro de carne veſtra & os de oſſibus veſtris ſumus. Numquid neſcitis, quod propter vias ſubterraneas, quas fecerunt rebelles, major pars caſtri Viterbii de hora in horam ruitura ſperatur, & nos inſpicimus ex hoc loci poſſe accidere captionem. Numquid enim noſtram penuriam ignoratis, cunctis enim commeſſibilibus jam conſumptis, muli & equi clavas ſentiunt propter eſcas? Numquid non ſcripſimus, quod aqua fontium ſuis meatibus extorta, nobis tantum tres putei remanſerunt in caſtro, præbentes aquam & hominibus & jumentis: & unus ex eis per foſſuras abſconditas à rebellibus eſt infectus?

(15) *everſa* l. verſa. (16) *deſides & paventes* l. deſcendentes & patientes. (17) *vires* l. vires veſtras. (18) *veſtri vel* deſunt. (19) *tales* abeſt. (20) *mille* abeſt.

ctus (21)? Numquid notum non fecimus vobis? quod non ſolum viri, ſed etiam dominæ (22) caſtri iis diebus & noctibus non quieſcunt inſultibus & impugnationibus hoſtium (23) laceſſitæ? Verum, quanquam ad invocandum veſtrum auxilium & ſuccurſum, multas vacuas preces effuderimus & fundamus (24): ad noſtram tamen excuſationem, vos adhuc vice iſta ex Imperiali parte inſtantiſſime requirimus, ſub fide & (25) ſacramento, quo Imperiali coronæ tenemini, quatenus viſis literis dictum dominum Comitem adeatis, omnimode inducentes eundem, ut nulla mora protracta, nec alio conſilio poſtulato, ad noſtrum ſuccurſum veſtris & aliis, ac ſuis viribus ſe accingat: & ne ad tantum opprobrium pereamus, ſtatim poſt intellectum tenorem præſentium, ſigna moveri, & gentem faciat conſequenter, ut hodie ante caſtrum Imperiales Alas (26) videamus: ſcituri, quod ſi ſecus Comes & vos duxeritis faciendum, nos Dei & hominum teſtimonium invocamus, quod in nobis culpa non eſt, ſed veſtra (27) deſidia & negligentia, Imperialis diadematis honor perit, quia nos ultra non poſſumus, novit Deus.

(21) *infectus* l. interfectus. (22) *dominæ* l. mulieres. (23) *hoſtium* abeſt. (24) *effuderimus & fundamus* l. fundaremus & fundimus. (25) *ſub fide &* l. & ſub fidei. (26) *Imperiales alas* l. ſigna Imperialia. (27) *veſtra* l. ex veſtra.

Cap. LIV.

Item Comiti Caſertano, ſuper eiſdem: videlicet ſuper obſidione caſtri Viterbii.

SI multæ, vel de multis aliquæ, quas miſimus ad vos (1) literæ pervenerunt, res admirationis eſt plena, quod pro conſervando coronæ Imperialis honore, ad nos celeriter cum ipſo quod habetis exfortio non veniſtis. Nam non ſolum literæ quas frequentius direximus, verum etiam rumor & fama publica potuerunt referre (2), qualiter rebelles in nos ſupra moram (3) hoſtium & nationis barbaræ ſævientes, inſtanter diebus & noctibus nos impugnant, baliſtis, arcubus, fundis, nec non & machinis, quas in ſummitatibus oppoſitarum nobis turrium erexerunt, cum (4) quibus non tantum lapides jaciunt, verum etiam fulgurant ſæpe ignem, quorum impugnationibus potenter reſiſtentes, de die potentius & de nocte reſiſtere nos oportet, propter quod vix per horam ſomnum capere poſſumus, vel quietem. Sane pro ſono (5) principis properantis, & ſtrepitum veſtri adventus attrita & attenuata ſunt corda rebellium, & fidelium animi fortius (6) roborati, licet divulgari faciant proditores, quod non venitis in contradam etſi veneritis, non ducitis tantam gentem quod poſſitis reſiſtere vel ſtare vicinius contra eos. Quocirca nobilitatem veſtram, & dilectionem inſtan-

(1) *ad vos* deſunt. (2) *referre* l. inferre. (3) *moram* l. morem. (4) *cum* abeſt. (5) *ſono* l. ſano. (6) *fortius* abeſt.

inſtantiſſime deprecamur, quatenus omnibus induciis & mora qualibet abdicatis (7) cum ipſo quod habetis exfortio, ſtatim ſi placet poſt literarum præſentium habitum intellectum, nobis & aliis fidelibus ſuccurrere feſtinetis; ſcituri pro firmo, quod ſi aliquam moram, aliquo prætextu duxeritis faciendam vel contrahendam, horrendum, quod abſit, periculum, & damnum inæſtimabile ſine ſpe remedii (8) Imperium patietur. Cæterum, nec collectio gentis contractæ, nec cura inveniendi aliquas gentes, nobis vel vobis forſitan opportunas, vos per diem detineat vel per horam: ſed curis poſtpoſitis (9) univerſis, nobis nihil (10) reſcribentes, vos cum ea quam habetis gente, tantum ad ſuccurſum celeriter accingatis. Talia enim ineſſe ſciatis,. quæ non ſcripturæ vel nuncio ſunt committenda, præterea, licet ſupra dixerimus, quod vi (11) rebelles acriter nos impugnant, illud tamen univerſaliter non notetis, quia nondum mota eſt civitas per commune, ſed hi ſunt præcipue proditores, qui cum ſuis fautoribus, conſanguineis & amicis, nec non cum quibusdam de cæteris (12) terris rebellium conductis pretio, ſic inhumaniter certant utpote de miſericordia deſperantes.

(7) *abdicatis* l. obducatis. (8) *ſpe remedii* l. remedio. (9) *poſtpoſitis* l. expoſitis. (10) *nihil* l. tunc exinde. (11) *vi* abeſt. (12) *cæteris* abeſt.

Cap. LV.

Tineoſus miles Viterbienſis Imperatori, ſuper eisdem, & quod celeriter veniat (1). —

IMperialis Majeſtas ſervo ſuo dignata ſacras literas deſtinare, & laudibus extollere famam ejus, deſervente ferventiorem efficit, accendens (2) interius, exterius jam accenſum, & firmans in propoſito jam firmatum. Sed quia laus in ore proprio non eſt pulchra, quanta operata ſit & operatur (3) jugiter fides mea, & (4) quanta paſſus ſim & paratus ſum in noſtro (5) pati, effectus operum demonſtrabunt: & prius fama quam perſona me veſtro culmini præſentabit. Nec indigne corpus & animam, & univerſa quæ habeo, pro honore diadematis veſtri expoſui liberaliter, & expono: cum omnia quæ in terris poſſideo à veſtra Magnificentia mihi donata profitear, ac (6) ſalutem & vitam [poſt Deum præcipue] recognoſcam. Hæc utique (7) deberent recognoſcere proditores, quorum oculos diabolus excæcavit in tantum, ut magis in tenebris quam in luce & potius in (8) timore mortis, quam in ſecuritate vitæ, deſiderent & eligant (9) ambulare. Qui poſt Deum per nos (10) de carceribus educti, de exilio revocati, imo de faucibus mortis erepti,

(1) *veniat* l. veniant. (2) *accendens* l. attendens. (3) *operatur* l. operetur. (4) *fides mea &* l. ſedes noſtra. (5) *in noſtro* l. pro nomine veſtro. (6) *ac* abeſt. (7) *utique* abeſt. (8) *in* l. ex. (9) *eligant* l. elegerunt. (10) *nos* l. vos.

pti, civitati & familiis reſtituti fuerunt, & dum (11) bonis omnibus abundarent, omnium beneficiorum veſtrorum obliti, ſine juſta cauſa recalcitrarunt dilecti, & in vos patrem & dominum ac redemptorem eorum, nequiter conjurantes, civitatem veſtram laudabilem ſubverterunt Nonis Septembr. Poteſtate & cæteris officialibus noſtris cum armis acriter fugatis (12). Vocantesque (13) de longinquo Cardinalem Raynerium (14), & comitem Guilhelmum (15) noſtros proditores (16), & Imperialis nominis inimicos (17), in odium & dedecus veſtrum in Viterbienſ. (18) prædictam (19) veſtram Cameram immiſerunt (20): & à præfata die comitem Simonem & me ipſum in caſtello veſtro Viterbii, diebus ac noctibus impugnarunt hoſtiliter & inſtanter, lapidibus, arcubus, baliſtis & machinis, quas in ſummitate turrium erexerunt. Et collectis latronibus forbannitis (21), & perſonis damnatis à (22) remotis partibus, & vicinis, nos circumdederunt ut canes, ad majus etiam vituperium quibusdam papilionibus antefixis (23). Proinde Majeſtati veſtræ flexis genibus, vinctis manibus & madidis fletu genis, ſupplicio (24), & inſtantiſſima prece rogo, quatenus ad liberandum complexos, & ad confortandum eos qui

 adhuc

(11) *& dum* l. ut de. (12) *acriter fugatis* l. nequiter infugatis. (13) *vocantesque* l. vocatisque. (14) *Cardinalem Raynerium* l. Cardinale Reynerio. (15) *comitem Guilhelmum* l. comite Guilhelmo. (16) *noſtros proditores* l. veſtris proditoribus. (17) *inimicos* l. inimicis. (18) *in Viterbienſ.* deſunt. (19) *prædictam* l. dilectam. (20) *immiſerunt* l. invaſerunt. (21) *forbannitis* l. forbanditis. (22) *à* l. de. (23) *antefixis* l. interfixis. (24) *ſupplicio* l. ſupplico.

adhuc in fide ac veſtri nominis ſervitio perſeverant, ad conculcandum rebelles, perſonaliter (25) venire dignemini ad has partes, non minus celeriter quam potenter, & non conterriti (26) exfortio noſtro promiſſo, ſed faciem veſtram provinciæ pereunti & noſtris aſpectibus (27) oſtendatis. Firmam enim vobis ſpem tribuo, quod in adventu veſtro felici erunt prava in directa, & in vias planas aſpera convertentur, [& aſpectus veſter 28] omnem utique (29) nubilum ſerenebit.

Cap. LVI.

Univerſi de caſtro Viterbii, domino Imperatori ſuper eisdem.

ANtiqui patres Chriſti adventum non expectaverunt ardentius, quam nos veſtrum, ut deſiderata facies Majeſtatis veſtræ præterita mala noſtra leniret, dolores tolleret, & oppreſſos multarum tribulationum aculeis relevaret. Cum deſiderantibus igitur prioribus patribus (1), deſiderio ardenti (2) precamur: Veni ad liberandum & lætificandum nos princeps virtutum: Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. Hoc eſt enim quod ingemiſcimus, hoc eſt quod ſuſpiria noſtra quærunt, ſub (3) umbra alarum tuarum ad tempus quieſcere, & coram veſtris deſideratis aſpectibus comparere.

Cap.

(25) *perſonaliter* l. præſentialiter. (26) *conterriti* l. contenti. (27) *& noſtris aſpectibus* l. in noſtris affectibus. (28) [ ] deſunt. (29) *utique* l. ubique. (1) *patribus* l. partibus. (2) *ardenti* l. ardentiori. (3) *ſub* l. & ſub.

Cap. LVII.

Capitaneus mandat exercitum congregari, juxta mandatum Imperatoris ſibi factum.

CUm ad expugnandum de ſyncero corpore Imperii (1) rebellionis inveteratæ fermentum, & infidelium reliquias conterendas, nos bellum indicere & exercitum congregare de jurisdictione noſtra juſſerit Imperatoria Celſitudo: ut ad (2) ſecundum ejus mandatum nobis in brevi non præfinito tempore faciendum, contra rebelles ſuos cum victorioſo exercitu in adjutorium Imperialibus viribus exeamus viriliter & potenter, oportet nos diem mandati ſubito prævenire: ut nos, & vos paratos hora inveniat juſſionis. Et quanquam ad tam opus laudabile, fidelium ſolatium & quietem, vos ſine mandato, veſtra devotio animet & incitet noſtra fides (3): nos autem circa ea, quæ commiſſum nobis expoſcit officium (4), & Imperialis programmatis mandat autoritas, inveniri (5) nolentes in aliquo deſides vel remiſſi: univerſitatem veſtram affectuoſe (6) requirimus, Imperiali, qua fungimur in hac parte, vobis autoritate firmiter & diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus in equis, armis, tentoriis, tribochis & aliis (7) neceſſariis, ſic vos paretis celeriter & decenter, ut quandocunque nuncio ſeu literis [fueritis requiſiti, ad nos

 pro

(1) *Imperii* abeſt. (2) *ad* abeſt. (3) *noſtra fides* l. veſtram fideles. (4) *officium* l. auxilium. (5) *inveniri* l. invenit. (6) *affectuoſe* l. attente. (7) *tribochis & aliis* l. & trabucis aliiſque.

pro Imperialibus ſervitiis accedatis 8] in (9) depopulationem infidelium animati: quorum terras ſecundum Imperiale mandatum, usque ad exterminium diſponimus impugnare (10).

Cap. LVIII.

Vicarius reſpondet Imperatori, de prædicta congregatione exercitus, & petit pecuniam pro ſtipendiariis, qui equos & arma obligarunt [pro defectu ſtipendiorum. 1]

CUram & ſollicitudinem circa ea quæ veſtra Excellentia mihi iniunxit (2), & ſpecialiter ad exercitum congregandum ex iſtis partibus quibus poſſum Studiis, prout melius potero, habere curabo. Sed veſtram non lateat Majeſtatem quod Theutonici & Latini, ſtipendiarii veſtri, quod (3) ad fronteriam urbis poſueram in vetralla [quorum cuſtodia & timore, imo divina & veſtra faciente gratia, ab inimicis tuta erat (4) regio, & ſpecialiter ex parte illa, ita (5) quod deprædationis niſi furtivæ (6) nullatenus diſpendium formidabant] per magnum tempus (7) ſicut dominus H. Tamburgenſis (8) commeſtabilis novit, ſtipendia ſua non habentes, detenti pluribus menſibus verbis noſtris: quibus pro redimendis eorum equis, & armis obligatis, pro tranſacto tempore ſub uſuris à nobis mittenda

(8) ( ) deſunt. (9) *in* l. ad. (10) *impugnare* l. expugnare. (1) [ ] deſunt. (2) *injunxit* l. juſſit. (3) *quod* l. quos. (4) *erat* l erit. (5) *ita* abeſt. (6) *furtivæ* l. fortunæ. (7) *tempus* l. temporis ſpatium. (8) *Tamburg.* l. Barbarigenſis eorum.

tenda, pro pluribus pagis ſtipendia pollicebar, dum non reperirent in meis promiſſionibus veritatem, quidam ex eis ad partis adverſæ transfugium, quibus eadem pars duplicata perſolvit ſtipendia, confugerunt. Super quo Serenitatis veſtræ procedat proviſio, prout viderit expedire.

Cap. LIX.

[*Item ſuper eodem vel quaſi.* (1)]

CОrda veſtra, velut Imperii fidelium devotorum de proſperis novis contingentibus recreari volentes, de ſiniſtro caſu civitatis Parmenſis, qui nuper accidit eorum malitia inſurgente, ut una nobiſcum proinde recreari ad exaltationem ſereniſſimi patris noſtri (2), & ad Parmenſium ipſorum malitiam refrenandam, qui viam rectam veræ fidelitatis obliti, in ſiniſtram partem eorum pravos animos converterunt, aſſumptis viribus noſtris ex (3) aliorum Imperii fidelium jurisdictionis noſtræ, in manu forti viriliter procedere intendamus: veſtra noſcat (4) ſyncera devotio, & commendanda fidelitas, nos à magnifico viro domino H. illuſtri rege Sardiniæ recepiſſe literas in hac forma: Nobili viro Friderico de Antiochia, &c. Henricus Dei & Imperialis gratia rex Turrium & Galluri; &c. volen-

(1) [ ] leg. Fridericus de Antiochia mandat congregare exercitum contra Parmenſes ad Mandatum Henrici Regis Sardiniæ. (2) *noſtri* abeſt. (3) *viribus noſtris ex* l. eorum viribus noſtri &. (4) *noſcat* abeſt.

volentes igitur prædicta omnia cum celeritate, qua convenit, exequi, prout decet vos, pro parte ſereniſſimi patris noſtri inſtanter requirimus, & ex noſtra rogamus attentius, & hortamur, quatenus ſtatim receptis præſentibus more ſolito, fideliter & devota (5) circa Imperialia obſequia, animorum (6) veſtrorum curam vigilem, adhibentes, armis & equis apparatum laudabilem faciatis: quemadmodum magnum (7) & tam grande negocium expoſcit ad præſens. Ita quod ad aliam requiſitionem noſtram, tam fideliter quam laudabiliter una nobiſcum, ſi opus fuerit, pro prædictis, ut convenit, veniatis.

FINIS LIBRI SECUNDI.

(5) *devota* l. devote. (6) *animorum* abeſt. (7) *magnum* l. tam magnum.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITA LIBRI TERTII
Epiſtolarum Petri de Vineis.

PRincipibus Alamanniæ, quod veniant ad Parmam, celebraturi ibidem ſolennem magnam Curiam. Cap. I.

Magiſter Petrus de Vineis excuſat ſe Imperatori, ſuper eo quod accuſatus fuerat à quibusdam æmulis ſuis. Cap. II.

Panormitanis felicem ſtatum ſuum ſignificat, & quod de Lombardia rediit in regnum. Cap. III.

Omnibus civitatibus & fidelibus ſuis, de regno Siciliæ, quod faciant ei ſubſidium, quando primo cum exercitu ſuo Lombardiam voluerit intrare. Cap. IV.

Regi Bohemiæ, principi ſuo, ſuper diverſis exceſſibus ducis Auſtriæ. Cap. V.

Capitaneo, ut permittat judicem ſuum ad propria redire. Cap. VI.

Magiſter Petrus de Vineis cuidam de reditu ſuo ad Curiam. Cap. VII.

Ezelino, reſpondens ſuper iis quæ ſibi ſcripſerat, ut ad eum mature veniret. Cap. VIII.

Florentinis, ut obediant filio ſuo, quem mittit eis in Poteſtatem. Cap. IX.

Magiſtro Petro de Ybernia, de ſtudio Neapolitano. Cap. X.

Invitat ſcholares ad ſtudium Neapolitanum. Cap. XI.

Capita-

Capitaneo Siciliæ, ſuper reformatione ſtudii Neapolitani. Cap. XII.

Juſtitiario Terræ laboris, ut non impediat magiſtros legentes particulariter in Grammatica, occaſione ſtudii generalis. Cap. XIII.

Baronibus ſuis, ſuper ſcholis ratiocinii in diverſis mundi partibus. Cap. XIV.

Regi Cypriæ recommendatio fratris Heliæ. Cap. XV.

Cuidam nobili de urbe, animans eum in fide. Cap. XVI.

Capitaneo regni Siciliæ, ut firmus exiſtat in fide, abjiciendo omnem rancorem, ſi aliqua frivola fuerunt ei relata. Cap. XVII.

Invective ſcribit Romanis, qui receperant ſuos proditores, ut ipſos expellant. Cap. XVIII.

Domino Thomæ Cardinali, refert gratias de miſſo ſibi equo. Cap. XIX.

Rex Conradus Panormitanis, de receptione cinguli militaris. Cap. XX.

Regi Anglorum, ſignificat quod vult ire in Italiam, dimittendo filium ſuum in regno vicarium generalem. Cap. XXI.

Regi Francorum exiſtenti in partibus ultra marinis, ut reſcribat ei ſui ſtatus continentiam & proceſſus. Cap. XXII.

Eidem, ſignificat quod mittit dextrarios & victualia fratri ſuo in ſubſidium Terræ ſanctæ. Cap. XXIII.

Regi Franciæ, ſuper eiſdem. Cap. XXIV.

Piſanis,

Piſanis, commendans eos quod proceſſerunt contra occiſores. Cap. XXV.

Regi Caſtellæ cognato ſuo, conqueritur ei de filio ſuo quod furtive receſſit ab eo, exiſtendo in Curia ſua. Cap. XXVI.

Senatori & populo Romano, confortans eos in fide ſua. Cap. XXVII.

Cuidam Capitaneo, ut de partibus illis nunciat ſibi aliqua nova. Cap. XXVIII.

Calojoanni Imperatori Græcorum illuſtri, recommendans ei quendam. Cap. XXIX.

Cuidam fideli ſuo, ut in continenti veniat ad Curiam. Cap. XXX.

Manuello & aliis fidelibus ſuis, ut non acquieſcant inanibus verbis cujusdam infidelis ſui. Cap. XXXI.

Comiti Tholoſano affini ſuo, confortans eum ut aſſiſtat ei fidelis. Cap. XXXII.

Duci Venetiarum, animans eum, ut perſeveret devotus in fide, numerando multa ſervitia impenſa ſibi per eum & Venetos. Cap. XXXIII.

Item duci Venetiarum. Cap. XXXIV.

Comiti ſuper eodem, vel quaſi. Cap. XXXV.

Fidelibus ſuis Terræ laboris, ſuper conſtitutione civitatis novæ. Cap. XXXVI.

Elegantiſſimum dictamen inter magiſtrum Petrum de Vineis, & dominum Joannem Archiepiſcopum Capuanenſem. Et primo conqueritur idem dominus Archiepiſcopus, quod magiſter Petrus non viſitavit ipſum per literas ſuas. Cap. XXXVII.

Idem

Idem eidem, & ſuper eodem. Cap. XXXVIII.

Excuſat ſe magiſter Petrus de Vineis, ſi non ſcripſerit, eo quod idem Archiepiſcopus ſibi non ſcripſerat, cum ſcripſiſſet aliis, ut patebat. Cap. XXXIX.

Item ſcribit ei dominus Capuanenſis, & in iſta epiſtola laudat eum, & poſtea mordaciter reprehendit. Cap. XL.

Magiſter Petrus de Vineis confitetur ſe culpabilem, unde petit veniam. Cap. XLI.

Concludit dominus Capuanenſis, & conſolatur eum, laudando eum de dictamine. Cap. XLII.

Capitulum Capuanenſium, regratiatur magiſtro Petro de Vineis, quod aliquid petit ab eis, & recommendat ſe ſibi. Cap. XLIII.

Magiſter Petrus de Vineis, cum magnis preconiis extollit nomen Imperatoris. Cap. XLIV.

Magna laudum preconia, de bonitate magiſtri Petri de Vineis. Cap. XLV.

Reprehendit amicum, qui promiſſum non dederat. Cap. XLVI.

Regratiatur communium Mantuanenſium dolentibus de caſu regis Sardiniæ. Cap. XLVII.

Quod regnicolæ, qui regnum exiverant, & in Imperio commorantur, ſecurius revertantur. Cap. XLVIII.

Cuidam communitati commendatio de ſervitiis exhibitis, & ut credant nunciis. Cap. XLIX.

Reſpondit cuidam nobili, fideli ſuo, ſuper petitis. Cap. L.

Capi-

Capitaneo, ut concedat licentiam abbati vendendi de bonis ſuis pro debitis exolvendis. Cap. LI.

Reſcribit quibusdam fidelibus ſuis, commendans eos de præteritis, & animans ad futura. Cap. LII.

Reſcribit ad votum cuidam nobili, petenti filium ſuum captum inter Parmenſes protinus liberari. Cap. LIII.

Reſcribit cuidam nobili, & petit certificari de quibusdam. Cap. LIV.

Reſcribit Capitaneo, & redarguit eum de ſimplicitate, quia detinuit quendam vocatum ad Curiam. Cap. LV.

Mandat expreſſe cuidam nobili quod veniat ad eum, ſicut alias multoties ſibi ſcripſit. Cap. LVI.

Communi Papinienſium, ut non gravent concives ſuos exiſtentes in officiis Curiæ extra terram. Cap. LVII.

Cuidam communitati, ut credant nunciis quos mittit pro arduis negotiis. Cap. LVIII.

Item ſuper eodem, vel quaſi. Cap. LIX.

Item cuidam ſuper eodem, reprehendit eum quia negligenter ſe habuit. Cap. LX.

Regratiatur cuidam communitati de oblata pecunia & vult quod cedat in collecta eis poſita. Cap. LXI.

Cuidam communitati commendatio de devotione, cum inſinuatione proſperi ſtatus. Cap. LXII.

Capitaneo ut mittat nomina poteſtatum, vicario-

rum & caſtellanorum ſuæ jurisdictionis, & ſalaria eis debita annuatim. Cap. LXIII.

Magiſtris rationalibus ſuis, de executione mandatorum, & aliis rationibus ſui officii ab officialibus exigendis. Cap. LXIV.

Eisdem, ſuper ratiociniis ab officialibus exigendis, vel audiendis. Cap. LXV.

Magiſtro Maſſariorum ſuorum in Apulia, de ipſorum reformatione. Cap. LXVI.

Mittit magiſtris & ſcholaribus Bononienſibus libros Ariſtotelis, de Græco & Arabico in Latinum per eum noviter translatos. Cap. LXVII.

Reprehendit juſtitiarium, & acerbe minatur eidem, quia nimis tepide ſe gerit in officio ſibi commiſſo. Cap. LXVIII.

Reſponſiva juſtitiarii, ad Imperatorem, & excuſat ſe de objectis. Cap. LXIX.

Panormitanis fidelibus ſuis ſignificat lætitiam de nato filio. Cap. LXX.

Eisdem, de nata filia. Cap. LXXI.

Senatori & populo Romano, ut mittant proconſules ſuos ad eum, quibus honores & officia vult conferre. Cap. LXXII.

Significat quibusdam magnatibus ſe citò iturum ad partes eorum, & roborans eos in fide ſolita. Cap. LXXIII.

Significat Cremonenſibus fidelibus ſuis, proceſſum ſuum de regno in Romaniolam, & ſe liberatum ab infirmitate. Cap. LXXIV.

Regratiatur civitati, quod eligentes familiarem ejus

ejus in poteſtatem, ſuum vicarium multipliciter honorarunt. Cap. LXXV.

Civitati, quod parent nuncios remittendos Cremonam, ubi intendit Curiam celebrare. Cap. LXXVI.

Rex Conradus ſignificat adventum ſuum de Alamannia in regnum. Cap. LXXVII.

Item, ſignificat ſe iturum contra rebelles, & animat in fide fideles narrando magnitudinem ſui exercitus. Cap. LXXVIII.

Idem ſignificat Cremonenſibus, ſe regnum pacifice poſſidere, & ſe iturum in Lombardiam, & ut pareant vicario. Cap. LXXIX.

Civitati, ut faciant guerram Mediolanenſibus donec iverit ad eos, cum paratus ſit ad iter. Cap. LXXX.

Magiſter Petrus de Vineis, magiſtro R. ut vadat ad Curiam. Cap. LXXXI.

Aretinis fidelibus ſuis, ut parent ſe armis & equis, cum expeditis jam negotiis Lombardiæ, intendat ire in regnum. Cap. LXXXII.

Eisdem, ut mittant quatuor de ſapientibus viris ſuis ad eum, ſuper petitis conſilium impenſuris. Cap. LXXXIII.

Capitaneo reſpondet, & commendat eum de proceſſu habito per eum, & inſtruit qualiter ſit proceſſurus. Cap. LXXXIV.

Vicario, ut diffidat Januenſes rebelles Imperii, qui mentiti ſunt fidem quam promiſerant. Cap. LXXXV.

Narrat communitati rumores, & petit ut mittat ad exercitum communes bellatores. Cap. LXXXVI.

Super eodem ſcribit Mutinenſibus fidelibus ſuis. Cap. LXXXVII.

EPI-

EPISTOLARUM PETRI DE VINEIS,

Liber III.

PRINCIPIBUS ALAMANNIÆ, QUOD veniant apud Parmam, celebraturi ibidem ſolennem Curiam.

Cap. I.

DUm debitorum noſtrorum Chirographa legimus, dum Calendarii noſtri nomina diligentiſſime perſcrutamur, & nos debitores aliis (1) evidenter agnoſcimus, & aliorum nos eſſe proſpicimus creditores: hinc igitur pulſantis (2) ad oſtium juſta (3) nos urget inſtantia, ne fœnore prægravemur: hinc ad exactionem (4) debitorum noſtrorum pericula, & immiſcens ſeſe (5) negotiis mora nos provocat ne ipſæ pereant exactiones (6). Ab illo namque bono patrefamilias, protinus & inſtanter à nobis exigitur debitum, qui peregre proficiſcens, peculium ſuum ſollicitudini noſtræ ſuppoſuit, cui talenta quæ tradidit reddere cogimur duplicata. Sed & verſa (7) vice nos excitat Cæſareæ fortunæ faſtigium,

(1) *debitores aliis* l. alium debitorem. (2) *pulſantis* l. pulſatis. (3) *juſta* l. juxta. (4) *exactionem* l. examinationem. (5) *& immiſcens ſeſe* l. repromittens. (6) *exactiones* l. actiones. (7) *& verſa* l. everſa.

gium, ut ab eis, quos (8) Romanæ ditionis habet Imperium, ſubjectionis & obedientiæ debitum exquiramus (9). Mirabile tamen utrumlibet conditionis eſt debitum, ſi ſubtiliter intuemur, cujus ſolutio debitoris emolumenta non minuit, auget fidem: imo ſolventi (10) magis creſcit incommodo, quam ſuſcipienti proficiat in augmento. Cæterum ſi in eo, prout tenemur, ſatisfaciamus proponenti, & propoſiti diligenter officium impendamus, & temporalis honoris ſtipendia quærimus, dum clarificamur in fama (11), & retributionis æternæ fiduciam capimus, dum proficimus in ſalute, in juſſu dominico, quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari perſolvendo. Emolumentum enim ſolutionis in tantum fere ſolventi relinquitur, dum recipienti etiam magis commodi & honoris acquiritur, quam vexationis & oneris aggregetur. Ea namque ſunt omnia, ſi verum reſpicimus, ſubjectorum grata levamina, quæ ſunt etiam principatus: in hoc enim (12) gratia regis extollitur, ſi in quiete (13) pacis populum dirigat, & in juſtitiæ vigore conſervet. A quorum (14) prima non ſine regnantium ſalutis & vitæ diſcrimine liberatur. Legimus namque plures pro quiete publica, populorum labores eximios aſſumpſiſſe: nec ex toto ſecura juſtitia: per reges & principes miniſtratur, qui dum inferiores indicant (15), ipſi ſuperiori judicio reſervantur. Et quanquam tanti

(8) *quos* l. in quos. (9) *exquiramus* l. requiramus. (10) *ſolventi* l. ſolvendi. (11) *clarificamur in fama* l. carificamus infamia. (12) *enim* l. etiam. (13) *ſi in quiete* l. & ſervatur ſi in æquitate. (14) *a quorum* l. quarum. (15) *indicant* l. judicant.

tanti ſolicitudo myſterii, quibuslibet terræ principibus debeatur, Romani tamen Imperii veneranda ſublimitas, quæ in omnibus præſentium oculis, velut in ſpeculo, collocatur, tanto perfectius zelari pacem compellitur, quanto tenet (16) inſtantius vacare juſtitiæ ſubditorum. Ut quam totius orbis ambitus quodammodo (17) debita devotione (18) depoſcit, quaſi à nobis præſentibus obtineret, cujus naturæ (19) tam ſpiritus quam effectus velut fidelis & prudens ſpiritu vivit Imperii, ut eo languente langueat (20); & ipſo proſperante lætetur. Nec ſolum in temporalibus ſolatiis Chriſtiani populi, tenebras Romani ſceptri fulgor illuminat: ſed & catholicæ fidei fulcimenta non levia ſubminiſtrat. Cùm etiam matrem (21) eccleſiarum omnium Apoſtolorum ſedem (22), infra (23) totius Imperii viſcera collocatam, à qua eccleſiæ urbium ſingularum, & locorum quorumlibet autoritatis inſignia trahunt: exemplis hæreticorum perfidis, vel aliquorum injuriis concuti non permittat. Propter (24) quod gratiſſimum offerre (25) vivo Deo putamus obſequium, ſi zelo laudabili & conſtanti propoſito, ad totius Imperii ſtatum pacificum, tanto libentius aſpiremus quanto clariori (26) præſagio hoc de cœleſti colligimus (27) voluntate. Nec enim ob aliud credimus quod providentia ſalvatoris ſic magnifice, imo mirifice dirigat

(16) *tenet* l. tenetur. (17) *quodammodo* abeſt. (18) *devotione* abeſt. (19) *naturæ* l. vere. (20) *langueat* l. langueſcat. (21) *matrem* l. mater. (22) *ſedem.* l. fidem. (23) *infra* abeſt. (24) *propter* l. per. (25) *offerre* deeſt. (26) *clariori* l. præclariori. (27) *colligimus* l. collegimus.

gat greſſus noſtros, niſi quod voluntati Dominicæ diſpoſiti, in votis ea perficere gerimus, per quæ Chriſti ſponſa, eradicatis zizaniis, ſalubriter gubernetur (28). Sic, quod dum (29) ab Orientali zona regnum Hieroſolymitanum Conradi chariſſimi nati noſtri materna ſucceſſio, ac demum regnum Siciliæ, præclara (30) maternæ noſtræ ſucceſſionis hæreditas, & præpotens Germaniæ principatus, ſic manu cœleſtis arbitrii nobis aſſiſtente, pacatis undique populis, ſub devotione noſtri nominis perſeverant; ſic illud Italiæ medium noſtri (31) undique viribus conculcatum, ad noſtræ Serenitatis obſequia, & Imperii redeat unitatem: quod nihil vobis reſtat vel modicum peragendum. Nec in hoc providere tantummodo commodis noſtris intendimus, ſed in hoc crucis negotium directiſſime procuratur, dum rebellibus noſtris circa partes Italiæ in gremium noſtræ gratiæ revocatis, diſcordias multorum nobilium deſiderato fine præcidimus: qui vota ſua in adventu hujusmodi ſuſpenderunt, ne crucis ſignaculo præſignitos (32), Chriſtiani cruoris effuſio, licet juſta (33), ob debitum & honorem Imperii & regni Siciliæ, macularet. Nos etiam (34), de cujus manu potiſſimum circa prædicta præſtolatur (35) præſidium, ſine tacita (36) ſaltem redargutione multorum relicta, in tam nobili regione Imperii

rii

(28) *gubernetur* l. gubernamus. (29) *ſic quod dum* l. ſicque. (30) *Siciliæ præclara* deſunt. (31) *noſtri* abeſt. (32) *præſignitos* l. perſignitos. (33) *juſta* l. infra. (34) *etiam* l. autem. (35) *præſtolatur.* l. præſtolamur. (36) *præſidium ſine tacita* l. ſubſidium ſine tanta.

rii noſtri corporis lacerati, diſſimulata (37) veteri rebellione rebellium, aſſumere tantum negotium non poſſemus. Deſinente (38) etiam ipſius Italiæ ſupradicta diſcordia, ad honorem Dei & Imperii laudabili fine ſedanda, grande producere ſperamus (39) auxilium Terræ ſanctæ, quæ velut incolis populoſa, vicina maritimæ, glebæque cultu fructifera, & in opportunitatibus omnibus ſe utilem nimium exhibebit. Ad hæc igitur omnia ſalubriter (40) procuranda, noſtris non indulgere laboribus, nec parcere ſumptibus diſponentes, æſtate præſenti perſonaliter cum noſtris principibus intrare condiximus (41) Lombardiam. Ad hæc conſiderationum noſtrarum aſſiduos cogitatus potiſſime dirigentes, ut eradicata in Italia hæretica pravitate, jura Imperii reformemus ibidem: & ut pacem, diſcordiarum ſchiſmatibus fatigatam, & quibuslibet paſſis injuriam ſine acceptatione (42) qualibet perſonarum, juſtitiæ copiam miniſtremus. Scimus etenim, veritate teſtante, quod nihil malignum adverſari poterit, dum juſtitiæ ſolio præſidemus, ut ad expiandum inimicorum fidei peculiare flagitium in partibus transmarinis, de communi Tranſmontanorum (43) & Italicorum conſilio, votis communibus unanimiter aſpiremus. Ad quod veſtrum præcipue, & totius Chriſtianæ univerſitatis præſidium, noſtra

(37) *corporis lacerati diſſimulata* l. corpore lacerato diſſimulatione. (38) *deſinente* l. de ſinu. (39) *ſperamus* l. ſperabamus. (40) *ſalubriter* l. ſolenniter. (41) *condiximus* l. conduximus. (42) *acceptatione* l. receptione. (43) *Tranſmontanorum* l. transmarinorum.

ſtra non tantum utilitas ſed ipſa neceſſitas inſtanter invitat: cum treugarum finis, quas nos in ipſis partibus exiſtentes inivimus cum Soldano, fere in gremiis habeatur. Quare de noſtrorum conſilio principum, apud Parmam ſolennem Curiam duximus indicendam, ad quam ab urbe citra omnes urbium Italiæ nuncios invitamus. Ibique quam plures nobiſcum principes noſtros habebimus in honorabili comitiva: legatos etiam omnium regum Occidentalium partium, quos fere omnes affinitatis nobis vinculum unanimes jam effecit, ibidem proculdubio nos credimus habituros; ut intentionis veſtræ (44) ſalubre propoſitum, quod de ſubſidio Terræ Dei, reformatione jurium Imperii, & Eccleſiæ & Italiæ, & ſtatu pacifico regionis, pia mente concepimus, in ſolennem & publicam prodeat notionem. Etſi tanta rebellium fuerit inventa protervitas, quod nec ad Deum nec ad decus Imperii & Eccleſiæ (45) velint habere reſpectum, tam celebris tribunalis in eos (46) materialis gladius exeratur: qui nullius appellationis remedio ſuſpendetur, ſed in rem tranſiens judicatam, effectum [dante Domino] debitum e veſtigio conſequetur: ut in omnibus antiquus & debitus mos, & honor Imperii conſervetur. Ecce quod ante faciem noſtram de principibus noſtris aliquem præmittemus, cui plenariam dabimus poteſtatem, univerſitates quaslibet ac etiam perſonas ſeculares extra culminis noſtri gratiam, in partibus Imperii exiſtentes, in

(44) *veſtræ* l. noſtræ. (45) *& Eccleſiæ* deſunt. (46) *tribunalis in eos.* l. tribunale in eo.

in plenitudinem noſtræ gratiæ recipere, prout honori noſtro, & Imperii viderit expedire. Illo (47) præſentibus expreſſim (48) inſerto, quod nos promittimus inviolabiliter obſervare, & obſervari ab univerſis & ſingulis Imperii fidelibus & principibus faciemus, quicquid de reſtauratione gratiæ noſtræ cum quibuslibet univerſitatibus & perſonis per ipſum exstiterit ordinatum: nec minus honori & voluntati noſtræ ſatisfactum habebimus, quicunque, dicto principe mediante, gratiam noſtram debita (49) devotione depoſcit, quam immediate (50) ſi à nobis ipſam præſentibus obtineret. Tu vero velut fidelis & prudens, te ipſum veniendi (51) ad Curiam ſupradictam honorifice præpares, poteſtatibus, conſulibus, conſiliis (52) atque communibus Cumanis (53), Mediolanenſibus, Pergamenſibus, & Vercellenſibus & Alexandrienſibus, Brixienſibus & Laudenſibus civitatum ex parte noſtra præcipiens, ut Ambaſiatores ſuos, civitatum ipſarum autoritate munitos, in dicta Curia ad noſtram ſtudeant præſentiam deſtinare: qui ex parte univerſitatum ſuarum, tam ſuper Terræ ſanctæ negotio, quam ſuper reformatione Imperii, & juſto ac pacifico ſtatu Terræ, noſtris & Imperii ſe mandatis exponant. Scripſiſſemus (54) itaque prædictarum univerſitatibus civitatum, niſi quod commune (55) in poſterum conſilium principum crederet, ut devo-

(47) *illo* l. illo de. (48) *expreſſim* deeſt. (49) *debita* l. debitam. (50) *immediate* abeſt. (51) *veniendi* abeſt. (52) *conſiliis* abeſt. (53) *Cumanis* l. Cremonenſibus. (54) *Scripſiſſemus* l. Scripſimus. (55) *commune* l. omne.

devotionem ipſarum (56) Imperialium apicum ſcriptura prævenerit, nec noſtra præſcriptio literarum merito poterat illis gratiam noſtram (57) exponere, qui eam aſſequi non nituntur. Nos enim gratis auſpiciis, in feſto beati Joannis Baptiſtæ proximo nunc futuro, Aquilarum victricia ſigna movebimus apud Auguſtam: ſubſequenter in feſto beati Jacobi (58) dictam regere Curiam diſponentes, illo nobis viam feliciter oſtendente, qui novit proſperum iter dirigere, ac facere quidquid volet (59).

Cap. II.

Magiſter Petrus de Vineis excuſat ſe Imperatori, ſuper eo quod accuſatus fuerat à quibusdam æmulis ſuis.

Vobis, non alii [pie Cæſar] cedit ad gloriam & honorem, quod me totiens redditis per veſtras literas glorioſum (1): quaſi dignus ſim, quod de gloria veſtra glorificer, & de proſperis ſucceſſibus veſtris exultem. Equidem nihil mihi ſic optabile poſſet afferri (2), ſicut incolumis ſtatus, felix proceſſus, & inſignis triumphus ejus, à quo ſum, & ſine cujus judicio nihil ſum, ſub cujus umbra vivo, magnificor & honoror. Hæc inquam dum me contingunt, nihil ex me mihi rema-

(56) *ut devotionem ipſarum* l. in devotione ipſarum. (57) *noſtram* abeſt. (58) *Jacobi* l. Johannis. (59) *facere quidquid volet* l. faciente qui poteſt. (1) *glorioſum* l. gratioſum. (2) *afferri* l. offerri.

remanet, quod me beneplacitis veſtris non obliget, & mandatis exponat. Et novit Altiſſimus, quod in his vivere, ſub iis ſeneſcere cupio, & dum modo mori placeat concupiſco.] [Ad hæc [clementiſſime principum] ne celem (3) in me quod vel (4) data venia timens loquar, quod in literis veſtris, quidam me favor terruit: videlicet, ubi dicit, hortando mandamus, quatenus circa ſervitia noſtra, & maxime rationum noſtrarum te geras more ſolito ſollicitum, & attentum, quia licet tibi ſuper iis ſocios adjunxerimus, Serenitas noſtra tamen tibi tantummodo (5) noſcitur inhærere. Fateor domine, quod ex verbis iſtis favor grandis reſultat, niſi contrarium innuant, quod pigrum ſcilicet arguant, vel fereant negligentem. Ad quod ſi eſt delator (6), aggreditur vox libera innocentem (7), & ſi homo vel angelus eſt, qui ſibi ſuper his placuit, etiamſi nomen habuit, tamen anhelitum perdidit inter filios veritatis. Et certus ſum, quod quantumcunque ſit de latere, qui contra me laſciviat (8), ſi votis meis Altiſſimus faveat, ut pedibus veſtris aſſiſtam, iniquitas adverſus me oppilabit os ſuum. Det autem dominus & cito, vaniloquiis (9) iſtis finem, ut viſus eorum (10) vos doceat, & relatus moram abbreviet, patrem ad filium benefactorem, & (11) dominum ad fideles reducat.

Cap.

(3) *celem* l. celere. (4) *quod vel* l. quidnam ſimile. (5) *tantummodo* abeſt. (6) *eſt delator* l. debitorem. (7) *innocentem* l. innocentis. (8) *laſciviat.* l. virus falſitatis evómuit. (9) *vaniloquiis* l. maliloquiis. (10) *eorum* deeſt. (11) & l. ad.

Cap. III.

Panormitanis, felicem ſtatum ſuum (1), & *quod de Lombardia rediit in regnum.*

INnatum vobis placidæ devotionis affectum, quem veſtrarum literarum ſeries perlecta deſcripſit ac providi viri veſtræ voluntatis interpretes coram nobis ſecretius expreſſerunt, favorabiliter proſequi, fidelitatis autoritas illa vos allicit, quam (2) generalitas antiquitus radicavit (3) in Siculis: & ſpecialiter gratifica (4) propagavit in vobis. Et licet non expediret veſtræ (5) Serenitatis judicia literis (6) aut nuncio vel voce depromere, quam ſervitiorum & operum rectitudo dilucidat, & gratiam noſtris affectibus actualiter repræſentat: eo tamen libentius (7) ad univerſitatis veſtræ commoditatem inducimur, quo zelo piæ devotionis accenſi, mandatis noſtris ſemper annuitis, & ſemper (8) de perſonæ noſtræ ſucceſſibus exquiritis recreari. Ad hoc igitur (9), ne dum vos noſtrum timere dominium, ſed quod eſt in ſubditis virtus eximia, noſtram vos affectuoſius honorare perſonam probabiliter experimur: ſicque ad noſtra vos redditis vota perſpicuos, quod per vos alios tanquam per debitum ac commoda noſtra benevolos invocatis. Ecce itaque petitionibus veſtris, conſona votis noſtris,

(1) *ſuum* l. ſuum ſignificat. (2) *quam* l. quanquam. (3) *radicavit* l. indicavit. (4) *gratifica* l. gratificata. (5) *veſtræ* l. noſtræ. (6) *literis* l. velle litteris. (7) *libentius* l. liberius. (8) *ſemper* l. ſæpe. (9) *igitur* abeſt.

ſtris, de ſtatu noſtro nova deſcribimus, quod faciente dextera Regis regum, corporali gaudemus beneficio ſoſpitatis, & corporis noſtri membra, dudum in Italicis partibus laboribus bellicis fatigata, regni noſtri quiete deliciofe (10) reficimus: & ad noſtrorum detrimenta rebellium, ſtatumque fidelium pacificum procurandum, continua, quin potius ſtudioſa deliberatione, penſamus.

Cap. IV.

Omnibus civitatibus & fidelibus ſuis, de regno Siciliæ, quod faciant ei ſubſidium, quando primo cum exercitu ſuo intrare voluit Lombardiam.

IN invidiam omnium nationum, quæ quibuslibet orbis regibus & (1) terræ principibus ſunt ſubjectæ, non ſolum debitæ fidei, ſed innatæ cujusdam affectionis zelum fideles regni Siciliæ ſemper ad dominos habuerunt. Sed poſtquam ad regni nomen terræ tam nobilis ambitus, quam inter ſe per vicarias occupantium (2) injurias Romanorum & Græcorum Imperia placidis finibus dividebant, virtuoſa (3) majorum noſtrorum & prima conſolidatione pervenit in tantum regiæ dignitatis nomen, & ſolium dilexere regnicolæ, ut eisdem anteceſſoribus noſtris, ab eis in reges & dominos adoptatis, & fideliter acquiſita defenderent, & virtuoſe ſubjicere populos barbaros conarentur.

(10) *delicioſe* l. delicioſa. (1) *regibus* & deſunt. (2) *vicarias occupantium* l. vicarios occuparant. (3) *virtuoſa* l. victorioſa.

tur. Et, licet ex memoratæ virtutis initiis progenitorum fœcundata noſtrorum ſatis extiterit generoſa plantatio: hanc tamen ſub creationis novæ propagine, quæ naſcentibus in regno coaluit, nec inferiorem induſtria (4) credimus, nec ſtrenuitate minorem. Sane cum ætatem noſtram divina potentia tanta felicitate dotaverit (5), ut ad regem noſtrum (6) veſtræ dilectionis (7) lacte nutritum, & veſtris uberibus ablactatum, Romani culmen Imperii cœleſti conſilio perveniſſet (8), vos ſtrenue bellantes cum ipſo ad ſubjugandum ſibi perfidiæ rebellionis audaciam, vires & animos aſſumpſiſtis. Cumque colliſis multorum potentium viribus, qui non nobis, imo divino judicio noſtram juſtitiam dirigenti, temerarie reſiſtebant, ad obtinendam Romani Imperii Monarchiam, Italiæ quædam factioſa collectio, quæ velut in granario lolium, & putredo remanſerit in ſentina. Nos (9), ad cujus expugnationem animoſa Germania plene noſtris expoſita manibus, ſe ſatis viriliter & potenter accingit (10), expertes vos tantæ victoriæ fore non ſinimus, nec judicamus indignos: maxime cum credimus, quod inter totius Imperii noſtri præſidia hæreditarii regni noſtri nobis effectus lucidius debeat apparere, nec ſucceſſionem noſtram generoſitatis à jure (11) ſic volumus habere degenerem, ut ad conterendam perfidiam Lombardorum vos parentum veſtrorum (12) veſti-

(4) *induſtria* l. induſtriam. (5) *dotaverit* l. ditaverit. (6) *noſtrum* l. veſtrum. (7) *dilectionis* l. dulcedinis. (8) *perveniſſet* l. perveniſſet & animos aſſumſiſſet. (9) *nos* abeſt. (10) *accingit* l. accingant. (11) *à jure* l. ac vitæ. (12) *vos parentum veſtrorum* l. nos parentum noſtrorum.

veſtigia ſubſequi non (13) velimus, ut Aphricam aut alias exteras nationes prædeceſſorum noſtrorum more, ditioni noſtræ ſubjicere, qui nedum fortunæ terrenæ diſcrimina (14), ſed & marinæ navigationis ambigua tentaverunt. In illo veruntamen priorum noſtrorum vias & ſemitas ſubſequi devitamus, quando (15) innumeroſa multitudine ſæpiſſime regnum in (16) hominibus vacuabant: rerum non contentis ſubſidiis, ſed fidelium corpora remotis plerumque fortunæ diſpendiis exponendo. Verum ut ipſorum intentio apud nos excuſatione non careat, vobis hoc eſt non neceſſarium, ſicut neceſſarium erat eis. Multas enim nobis perſonas Germania germinat, per quas vobis parcere poſſumus, ex quibus uti debemus ſecure (17) in talibus non ignotis. Tacere veruntamen hoc ſine conſcientiæ pondere non poſſemus, quod inter alios, quos nobis undique divinæ potentiæ dextera ſubjugavit, perſonas veſtras nobiſcum libentius haberemus: utpote qui de veſtræ circumſpectionis induſtria & fide probata fiduciam gerimus pleniorem. Deeſſe tamen propter vos nobis in hac parte libenter (18) eligimus, indubitanter æſtimantes, quod qui (19) gratioſe vobiſcum veſtris parcendo corporibus (20) agimus, in liberali ſuſtentatione (21) rerum veſtrarum, gratiæ noſtræ præmium hilariter repenſetis. Denique cum hac vice congregatis undique viribus, cum tan-

(13) *non* l. tunc. (14) *terrenæ diſcrimina* deſunt. (15) *quando* l. qui. (16) *in* abeſt. (17) *ſecure* l. ſecurius. (18) *libenter* abeſt. (19) *qui* abeſt. (20) *corporibus* l. laboribus. (21) *ſuſtentatione* l. ſucceſſione.

to exercitu Italiam ingredi diſponamus, ut (22) humiliata ſimul & ſemel protervia noſtrorum rebellium, quietem nobis, & vobis ac poſteris etiam præparemus: cumque (23) tam magnum negotium ſine magnis expenſis nequeat expediri, univerſitatem veſtram tenore præſentium exhortamur, firmiter injungentes, quatenus ad manſuetudinis noſtræ gratiam, quam in ſubminiſtratione rerum pro perſonarum diſpendiis permittamus, nec non ad magnitudinem tantæ rei, in qua fere totus amoris noſtri cumulus aggregatur, habendo reſpectum ad requiſitionem, & ordinationem dilectorum fidelium (24) noſtrorum: hæc in ſubventione pecuniæ ſicque honorifice atque magnifice providere curetis, ut veſtrorum prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, qui nos & prædeceſſores noſtros tenerrime (25) dilexerunt, laudabilis operis experimento probemini: nosque perſpicaciter videamus vos bonorum noſtrorum ſollicitos & attentos eſſe amatores (26): & ut nobis præſentibus affectionis noſtræ zelo valeamus (27) aſcribere, quicquid nobis abſentibus noſtræ perſonæ reverentiæ conferetur.

Cap. V.

Regi Bohemiæ, principi ſuo, ſuper diverſis exceſſibus ducis Auſtriæ.

INviti trahimur ad tuam & aliorum notitiam principum, adverſus Henricum ducem

(22) *ut* l. &. (23) *cumque* l. cum. (24) *fidelium* l. filiorum. (25) *tenerrime* l. temerarie. (26) *eſſe amatores* deſunt. (27) *valeamus* l. videamus.

cem Auſtriæ materiam publicæ quæſtionis afferre: cujus levitas (1) ducta motibus (2) inconſultis, adeo proceſſit in publicum, & ejus temeritas contra honorem noſtrum & Imperii dignitatem, verbo & opere attentata, nos tam graviter provocavit, quod tranſire non poſſumus ulterius incorrectos ſuæ levitatis exceſſus. Revera quia diliximus patrem ſuum merito paterni (3) ſervitii, cordi nobis eſt & curæ in eundem Ducem & filium ejus, favorem paternæ dilectionis effundere, & affectionem noſtram juxta (4) ſuum commodum, & honorem oſtendere cum effectu. Itaque cum apud Ravennam Curiam indixerimus (5) celebrandam, vocavimus ipſum, ſicut cæteros principes, ut veniret, proponentes eum (6) amore paterno recipere ac fovere. Sed majori parte principum (7), in multis laboribus & expenſis venientibus à remotis, ipſe, qui opportunus venire poterat, ſuum denegavit acceſſum. Deinde nobis tranſeuntibus Aquilegiam, cum eum ibidem videre vellemus, vocatus venire pueriliter recuſavit. Quod & nos habentes reſpectum ad paterna ſervitia diſſimulare voluimus, ætatis ſuæ motibus aſcribentes, quin potius, ut eo non recederemus inviſo, contulimus nos perſonaliter (8) ad terram ſuam portæ Novæ, quam habebat in foro Julii. Et ibi moram trahentes, miſimus pro eodem, ut ſi moleſtum ſibi fuerat, in civitatibus noſtri Imperii nos vidiſſe,

(1) *levitas* l. verbo levitatis. (2) *motibus* l. moribus. (3) *paterni* abeſt. (4) *juxta* l. erga. (5) *indixerimus* l. induxerimus. (6) *eum* abeſt. (7) *principum* abeſt. (8) *perſonaliter* abeſt.

diſſe, ad terram ſuam pro nobis accedere non vitaret; quem venientem venerabili affectione recepimus, ſatagentes ei verbo & opere complacere. Tantam inſuper ſibi gratiam facientes, quod pro ſopienda lite, quam in exactione dotis ſuæ, filius noſter Conradus contra eum jure & (9) viribus attentabat, octo milia marcharum promiſimus exhibenda: non omittentes ei ſatisfacere de pulchris equis, & aliis donativis, ac libentiſſime procurare parati (10), quæ ſuis grata (11) eſſent affectibus & accepta, ut eum redderemus noſtris aſpectibus gratiorem. Nuper autem in Alamanniam venientes, quia de ipſo fiduciam habebamus, non dubitavimus perſonam noſtram in terram ſuam (12) Stiriæ committere, ut ei daretur major de noſtra gratia præſumptio, ac ipſe ad noſtra beneplacita ſe magis obſequioſum & benevolum exhiberet. Idem vero cum eſſemus in eadem terra ſua, non erubuit duo milia marcharum à nobis exigere pro guerra tibi & illuſtri regi Ungariæ facienda, quas, quia ſibi non dedimus, dixit ſe nobis nunquam ut antea ſerviturum, ut quadam violentia non agnoſceret dominum coram quo tam improbe loqueretur. Non tamen propter hoc moti nos fuimus, ſed patienter juvenilem ejus diſſimulavimus levitatem, habentes nihilominus in propoſito ſua commoda promovere. Indicta etiam Moguntina curia generali, convocavimus (13) eum ad eandem Curiam (14) termino conſtituto, prout generaliter & ſpecialiter ſingu-

(9) *&* l. a. (10) *parati* abeſt. (11) *grata* abeſt. (12) *ſuam* deeſt. (13) *convocavimus* l. vocavimus. (14) *curiam.* l. per procuratorem.

ſinguli principum fuerant evocati. Qui cum præfixo termino conveniſſent, idem dux nec dum venire contumaciter recuſavit: quin potius cum campeſtri exercitu, abſque noſtra licentia vel aſſenſu terram regis Ungariæ hoſtiliter, & violenter ingreſſus, adeo tantum principem provocavit, quod expeditione facta, Imperii fines intravit, non ſine injuria noſtra & Imperii læſione, humilians eum ad ſua beneplacita & mandata. Interim etiam non contentus, quod conterminum ſibi regem turbaverat, principes Imperii, videlicet Te regem Bohemiæ, venerabiles Madeburgenſem Pataavienſem, Ratisponenſem, Brandenburgenſem & Frigienſem (15) Epiſcopos, Bavariæ ducem, & Moraviæ (16) marchionem non dubitavit offendere, auferens eis jura & redditus, quæ in Auſtriæ & Stiriæ ducatibus poſſidebant. Ad cujus debitam ultionem tanta moles principum irruiſſet, niſi quod pacem Imperii turbare vitantes, nobis & Imperio detulerunt, ſæpe coram nobis ſpecialiter (17) per literas & nuncios non (18) leves quærimonias deponentes. Delatæ ſunt etiam quærelæ multiplices coram nobis, pro parte hominum terræ ſuæ, quod juſtitiam & judicium de terra ſua proſcripſerit: & cum iniquitate fœdus iniens, prorſus abiecerit (19) æquitatem viduis & orphanis, quos jure fovere debuerat, moleſtus exiſtens, divites opprimens, pauperes conculcans, humilians nobiles, & deſtruens

Bb 3

(15) *Frigienſem* l. Friſingenſem. (16) *Moraviæ* l. Montaniæ. (17) *ſpecialiter* deeſt. (18) *non* abeſt. (19) *abiecerit* l. ejecerat.

ſtruens populares, diverſis flagitiis afficiens ſubditos: nullam adverſus eos aliam cauſam habens, niſi quod pium (20) eſſe ſibi credit & licitum quicquid libet. Miniſteriales & alios infeudatos, quos ab Imperio tenet tanto graviori perſequitur voluntate, quanto in odium noſtrum & Imperii afflictos inaniter (21) ab ipſo percepimus, & quanto de ipſis cogitur (22) dubitare. Data igitur per eum effreni licentia, luxui (23), & mente ipſius in omnem viam malitiæ turpiter inquinata (24), deflorat virgines, & facit à ſuis complicibus deflorari, matronas venerabiles (25) dehoneſtat, auferens filias patribus, & viris mulieres (26) per violentiam (27). Et utinam his contentus, non excogitaret in patrum animas, & virorum: in quorum necem diverſas ſpecies mortis exaggerat, quibus trucidet miſerabilius (28) innocentes. Pro quorum ineffabili malorum cumulo, mota fuit ſæpe noſtra præeminentia dignitatis. Sed (29) nos paterni ſervitii memores, voluimus cum levitate procedere, intendentes à via mala virum impium (30) revocare. Quapropter monuimus eum (31), benigne rogavimus, ut ad colloquium præteritæ Curiæ, præterita hyeme (32) indicta Auguſtæ, veniret, ibi (33) de

(20) *pium* l. proprium. (21) *inaniter* l. immaniter. (22) *cogitur* l. cogimur. (23) *luxui* l. lapſui. (24) *inquinata* l. inclinata. (25) *venerabiles* abeſt. (26) *mulieres* abeſt. (27) *violentiam* l. violentiam conjugatas. (28) *miſerabilius* l. ineffabilius. (29) *Sed* l. Hæc. (30) *impium* l. peſſimum. (31) *eum* l. eum & eum. (32) *præterita hyeme* deſunt. (33) *ibi* l. ubi.

de reſtitutione ſtatus ſui, & ipſo comparandi (34) cum prædictis principibus, atque tecum: & abolenda infamia ſupradicta eum alloqui, & cum eo diſponere volebamus, pro viſa ei, juxta requiſitionem (35) & velle ſuum, ſecuritate conductus, de perſonis quas & quot voluit exegiſſe, illam eidem (36) gratiam exhibentes, quod quia dubitabat pro hujusmodi querimoniis, diu morari, promiſimus ei per nuncios ſuos, quod moram & reditum ad ſuam permitteremus fieri (37) voluntatem, & quod eum ſuper objectis ad juſtitiam nullatenus cogeremus, etiamſi deberemus offenſis (38) principum ſatisfacere per nos ipſos. Deinde quia apud Auguſtam Curiam venire voluit (39), ſupplicantibus nobis pro iterata citatione ſua, dilecto principe noſtro venerabili Saltzburgenſi Archiepiſcopo (40), & aliis nunciis ſuis & acceptantibus, ut apud Agamienſem (41) noſtram provinciam citaretur, indiximus ſibi eundem locum & terminum competentem, in quo apud Agamiam (42) ad noſtram præſentiam ſe conferret, ibidem de bono ſtatu & integritate famæ ſuæ diſponere cupientes. Ipſe vero cum (43) non poſſet vulneratæ (44) conſcientiæ ſuæ nefanda contegere, etſi ſæpius expoſuit ſe venturum, ſem-

(34) *& ipſo comparandi* l. compacandi. (35) *requiſitionem* l. inquiſitionem. (36) *eidem* l. eandem. (37) *fieri* l. facere. (38) *offenſis* l. expenſis. (39) *voluit* l. poluit. (40) *Archiepiſcopo* l. Epiſcopo. (41) *Agamienſem* l. Anganenſem. (42) *Agamiam* l. Angonam. (43) *cum* abeſt. (44) *vulnerata* l. vulnera.

ſemper illuſit (45), & potentiam noſtram in ſuperbia & abuſione contemnens, datus in ſenſum reprobum, & penitus effectus ingratus, cœpit contra perſonam noſtram verbo & opere machinari: ut præter inſidias quas in captione dum (46) filii noſtri H. in itinere manifeſte propoſuit (47), cum Mediolanenſibus, & aliis inimicis noſtris contra honorem noſtrum & Imperii, moliretur. Sed nequiter (48) contra animam noſtram excogitans, miſit nuncios ſuos ad ſeniorem Montanæ (49), qui dicitur Aſſiſinus (50), promittens ei pecuniam infinitam, ut noſtram læderet Majeſtatem. Alio etiam ſpiritu ſuæ fatuitatis inductus, quod nobis eſt valde moleſtum, non eſt veritus attentare ſanctiſſimum in Chriſto patrem noſtrum ſummum Pontificem, ut ſibi eſſet favorabilis inducere ſatagendo. Præterea nuncios noſtros in ſecuritate ſua & conductu receptos ſpoliari mandavit. Xenia quoque per ducem Boſſiæ (51) nobis transmiſſa, nunciis ejus in contumeliam & injuriam noſtram, fecit aufferri. Caſtra autem quæ Ratisponenſis quondam advocatus Imperii, nobis & Imperio in ſua morte legavit, non eſt veritus occupare, nec omiſit cuncta præſumere quæ nobis eſſent & Imperio nocumento. Qui, cum nec Deum timeat, ſicut dicitur (52), nec terrenum velit dominum revereri, naturæ reverentiam non obſervans, nobilem dominam matrem

(45) *ſemper illuſit* l. ſe illæſit. (46) *dum* l. dudum. (47) *propoſuit* l. paraverat. (48) *nequiter* abeſt. (49) *Montana* l. Montanum. (50) *Aſſiſinus* l. Aſſaſinus. (51) *Boſſia* l. Roſſiæ. (52) *dicitur* l. dicit.

matrem ſuam ſuis bonis omnibus ſpoliatam, de terra ſua turpiter efugavit: & ſi manum in eam mittere potuiſſet, uber ejus (53) infelix homo præcidere minabatur. Et niſi ad Te dilectum principem noſtrum & affinem habuiſſet confugium, cum conſilio tuo (54) poſtmodum ad præſentiam meam (55) accedens, non haberet ubi caput tantæ nobilitatis domina inclinaret (56), quæ lachrymis apud Deum & nos clamore continuo querula, non ceſſat juſtitiam ſibi, adverſus tam improbum filium implorare. Nec poſſumus ſilentio præterire, qualiter marchionem Miſnenſem, ſibi ſorore ſua nuptui tradita, & in terra ſua nuptiis celebratis, cum prima thori gaudia coluiſſet, aggreſſus eſt eos in lecto nudos, & ſurgere non permiſit, donec eos in manibus ejus omnem dotem & jus de (57) quibus tenebatur eis pro maritagio, reſpondere oportuit neceſſario remiſiſſe: contra ſecuritatem ſibi promiſſam, quod nullam deberet eis petitionem facere, vel remiſſionem aliquam poſtulare. Metu inſuper incuſſo miniſterialibus ſuis, quod nullus evaderet niſi quicquid petierat compleretur, ut ſibi & aliis ſuis intimis perſecutor & tyrannus (58) omnibus in communi operum judicio cenſeretur. Quibus omnibus laceſſiti (59), cum tanta ſit ipſius iniquitas, quod non poſſit veniam promereri, ad tot queremonias principum in noſtra præſentia replicatas, ad

 que-

(53) *uber ejus* deſunt. (54) *conſilio tuo* l. conſocio ſuo. (55) *meam* l. noſtram. (56) *inclinaret* l. reclinaret. (57) *de* l. in. (58) *tyrannus* l. tyrannicus. (59) *laceſſiti* l. laceſſitis.

querelas & lachrymas matris ſuæ petentis, de noſtra ſede judicium, ad lachrymoſas voces nobilium, & popularium orphanorum & viduarum, & omnium inhabitantium terram ſuam, coram Deo & (60) nobis clamantium (61), contra eum: attendentes inſuper offenſas noſtras & Imperii, per eum nequiter attentatas, ad condignam correctionem, ejusdem exigente juſtitia, duximus inſurgendum, reſponſuri ſtudio (62) ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſapiens ſibi videatur: ſed diſcat per ſe ipſum, qualiter Deum timere debeat, ac nos & Imperium teneatur omnibus modis revereri. Quæ omnia tibi & aliis principibus noſtris duximus exponenda, ut rei (63) certitudo ad ejus exterminium pateat univerſis.

Cap. VI.

Capitaneo, ut permittat judicem ſuum redire ad propria.

Nihil hic var. lect. occurrit.

INtellecto nuper quod magiſter G. de N. qui tecum moratus eſt hactenus, valida nunc infirmitate deprimitur, volentes nihilominus ætati ſuæ, quæ jam declinavit in ſenium, nec non longæ moræ quam in partibus Alamanniæ dudum traxit, benignius providere: ſibi ad lares proprios redeundi licentiam providimus concedendam: ut ſaltem natalis ſoli dulcedine recreatus, in ſuæ ſalutis commodis intendat habilius, & culmini noſtro devo-

(60) *Deo &* deſunt. (61) *clamantium* l. lacrimantium. (62) *ſtudio* l. ſtulto. (63) *rei* l. ejus.

devotius obſequatur. Quocirca tibi præcipiendo mandamus, quatenus eidem magiſtro G. licentiam tribuas ad propria libere redeundi.

Cap. VII.

Magiſter Petrus de Vineis, cuidam de reditu ſuo ad Curiam.

PRæteriti laboris anguſtias (1), quas patientibus nobis (2) hactenus invida Roma ſuaſerat, cum variæ (3) voluntates Imperio ſemper varientur, & actus Viterbienſis nequitia (4) ſuggerente periculum, & laborem de alpibus Lombardiæ de novo guſtavimus: quibus divina Clementia, quæ feſſis dat requiem, licet ipſos per regni refrigerium crederemus reprimere, ſuperatis (5), ad Curiam proſper reditus nos reduxit incolumes. Ubi de noſtris renovari ſucceſſibus expectamus.

Cap. VIII.

Ezelino, reſpondens ſuper his quæ ſibi ſcripſerat, ut ad eum mature veniret (1).

SI caſum & cauſam tuæ quæſtionis diſcutimus, ſatis abbreviari poſſet invectio, quam in nos de non ſcripta tibi dudum (2), ut aſſeris, novæ victoriæ jucunditate (3) componis.

(1) *anguſtias* l. anguſtiæ. (2) *nobis* abeſt. (3) *variæ* abeſt. (4) *nequitia* l. malitia. (5) *ſuperatis* l. ſuperatos. (1) *mature veniret* l. venire maturet. (2) *de non ſcripta tibi dudum* l. deſcripta tibi. (3) *jucunditate* abeſt.

Digitized by Google

ponis. Quid enim materiæ querulæ tibi debere conſpicimus, ſi in menſa congaudii, de cujus quaſi loco noviſſimo reclamator excuteris, in (4) prima tibi ſedulus invitator (5) ad nuptias diſcumbendo (6) ſedilia collocavit. Sed dum cauſarum merita partium aſſertione panduntur, ludicris votis tuis (7) alludimus, & corda quodammodo redolentia (8) alacria, jocoſi ſtyli ſerie lucidamus. Statim ſiquidem, îmo priusquam de proſpera nobis deditione Faventiæ, rei lætus eventus pectora noſtra reficeret, lætitiæ novæ primitias deſideriis tuis providimus deferendas (9): ut quem habuerat noſtra Serenitas in hujusmodi feſti tam celebris expectatione præcipuum, participem faceret felicis auſpicii ſuſceptione jucundam (10). Xenia quoque tibi per literas tempeſtive transmiſimus, terra marique direximus nuncios: ut (11) alterius elementi ſuccedens habilitas (12), defectum alterius compenſaret. Et utinam ſi potuiſſes effici lateri noſtro vicinus ut nobiſcum corporaliter, ſicut paranymphus, commertiis exultaſſes, vel literarum ipſarum bajulis permiſiſſet (13) natura (14) pennas adjungi volatiles, & (15) ſuæ relationis officium, cujuspiam relatibus prætuliſſent. Sed ſi caſualiter & (16) forſitan morbificatus itinerans, vel aura non ſuccedente propitia navigans præpeditus, deberes.

(4) *in* abeſt. (5) *invitator* l. imitator. (6) *diſcumbendo* l. diſcumbenda. (7) *tuis* abeſt. (8) *redolentia* l. redolentis. (9) *deferendas* l. referendas. (10) *jucundam* l. jucundum. (11) *ut* l. aut. (12) *habilitas* l. humilitas. (13) *permiſiſſet* l. permanſiſſet. (14) *natura* l. nam. (15) *&* l. ut. (16) *caſualiter &* l. cauſaliter eſt.

beres ſaltem in famam violentus (17) argutor inſurgere, & ipſam de motus curſilis, quam naturaliter (18) induit, velocitate damnare. Nec in te modificare volumus intemperantiam gratulandi (19), cum tuæ virtutis conſtantiam, ad hæc & majora, ſufficere confidamus. Propter quod magiſterium in hac parte non approbes, ubi nullam, quam aſſeris, manus artificis cauſam dedit: nec propter hoc idem ad verecundiam notari te expedit, quam ſumpſiſſe te etiam ſupervacuum arbitramur. Cum enim non niſi (20) ex inferentis intentione procedat injuria, illatam tibi contumeliam fruſtra conquereris, quæ ex noſtra intentione non prodiit & in conjecturam audientium non pervenit. Sed ſi ſumpta de proſperitatis hujusmodi novæ trepudiis (21) occaſione jocandi, plauſus tuos, quos juſto te credimus exinde titulo poſſidere, vel quorum in te titulum redegit bona fides, caute ut (22) ſcribis, admiſcuiſſe te juvenibus potuiſti: & profecto, de tam (23) feſtiva jocoſitate relator exiſtere, quem in ſenibus prudenter conſiliis, & (24) morum novimus gravitate completum. De felici vero adventu noſtro ad partes ipſas, quem multis rationibus avidus & votivus exquiris, nihil tibi ad præſens certum reſcribimus, cum N. & fideles noſtros, quos è veſtigio ad præſentiam noſtram pro pecunia miſſuros (25) te aſſeris, expectantes: per ipſos tibi ſuper hoc beneplacitum

(17) *in famam violentus* l. infamiam violenter. (18) *quam naturaliter* l. qui non aliter. (19) *gratulandi* abeſt. (20) *non niſi* l. niſi. (21) *novæ trepudiis* l. nova tripudiis. (22) *ut* abeſt. (23) *tam* abeſt. (24) *&* abeſt. (25) *miſſuros* l. miſſurum.

citum noſtrum exprimere diſponamus. Tu vero de adventu tuo (26) ad præſentiam noſtram facias, quod per alias Majeſtatis noſtræ literas tibi meminimus direxiſſe.

Cap. IX.

Florentinis, ut obediant filio ſuo, quem mittit eis in Poteſtatem.

SPeciali quodam, inter tot & tanta negotiorum genera, quibus pectori noſtro continue materia cogitationis infunditur, ſollicita meditatione penſamus, qualiter ſopitis quibuslibet (1) inter vos præteritæ diſſenſionis erroribus, pax & juſtitia in vobis nova (2) quodammodo plantatione ſuccreſcat: qualiter etiam voluntatis veſtræ tam prompta devotio, quæ quicquid ſibi litigii ſiniſtræ dudum cauſam (3) ſuperſtitionis adduxerat, judicio noſtræ proviſionis expoſuit, & in libra Cæſareæ definitionis appendit, in gratiæ noſtræ gremio pocula favoris inveniat, & familiaris aſpectus noſtri ſingulari privilegio potiatur. Ecce igitur, dilectum filium noſtrum Fridericum de Antiochia, ad civitatis veſtræ regimen, cujus inter omnes civitates Italiæ attenta [nos cura ſollicitat 4] & gratiæ noſtræ ſibi plenitudinem ſpecialius (5) acquiſivit, diligenti conſideratione præhabita, providimus deſtinandum. Ex quo manifeſtis profecto patet judiciis (6), & pro-

(26) *tuo* abeſt. (1) *quibuslibet* l. cujuslibet. (2) *nova* abeſt. (3) *cauſam* l. cauſa. (4) [ ] deſunt. (5) *ſpecialius* abeſt. (6) *judiciis* l. indiciis.

probabilibus oſtenditur argumentis, quantæ (7) vos Imperialis autoritas dilectionis ſingularitate proſpiciat (8), & quam ſinceriori (9) ſpecialitate favoris ſtatum veſtrum pacificum amplectatur. Igitur dum humanitatis noſtræ clementiam, per evidentiora ſigna videntibus (10) oſtendi non poſſe videamus (11) lucidius, quam ſi (12) filium noſtrum ad vos tanquam imaginarium noſtræ præſentiæ deſtinemus: fuit hæc ſiquidem ſalubris & tanta (13) proviſio, ut dum os de oſſibus, & caro de carne noſtra transmittitur, perſona noſtra per eum inter vos familiariter præſentata, ſic civitatis veſtræ regimini præſit, ut proſit (14): vos in bono ſtatu protegat, & tranquillo conſervet, & juſtitiæ copiam, quam ſingulis propinari præcepimus, petentibus ſubminiſtret: & fideles noſtri devotæ Florentiæ, tam grati rectoris oculis (15) refloreat (16) novitate. Quem non ſolum poteſtate, quam cæteris officialibus Imperialis (17) impartitur autoritas, volumus eſſe contentum: ſed ut in (18) facinoroſos & inſigniter (19) ſeu contumaciter ſe gerentes, liberius animadvertere valeat, ſibi concedimus vices noſtras. Vos igitur puræ fidei & ſincera devotionis (20) alumni, præſentibus noſtræ Serenitatis apicibus animati, quos irrequiſitos liben-

(7) *quantæ* l. quanto. (8) *proſpiciat* l. proficiat. (9) *quam ſinceriori* l. quanto. (10) *evidentiora ſigna videntibus* l. evidentia ſigna videntes. (11) *videamus* l. videbamus. (12) *quam ſi* deſunt. (13) *tanta* l. cauta. (14) *proſit* abeſt. (15) *oculis* l. tam utilis. (16) *refloreat* l. refloreant. (17) *Imperialis* abeſt. (18) *ut in* l. &. (19) *& inſigniter* l. ſegniter. (20) *ſincera devotionis* l. ſinceræ dilectionis.

libenter id facere pro certo confidimus, patris in filio præſentiam figurantes, ipſum quaſi familiaris dilectionis eximium pignus, libenter & devote ſuſcipite: & ſibi, velut in quem transfundimus noſtræ plenitudinem poteſtatis, in omnibus tanquam perſonæ noſtræ promptis affectibus, & hilariter obedite (21), ut devotionis veſtræ conſtantiam, liberalitatis Auguſtæ proviſio, quæ ſervitia novit remunerare fidelium, dignis proinde commendationis (22) laudibus proſequatur: pro firmo ſcituri, quod obedientiæ ſigna, quæ ſibi devotio veſtra monſtraverit, æquo favore gratiæ proſequemur, ac ſi perſonæ noſtræ perſonaliter monſtraretis. Et ſi forte, quod omnino non credimus, contra eum quiſquam indevotionis calcaneum elevaret, transgreſſores hujusmodi (23) acerbiori judicio proſequemur, quam ſi etiam in perſonam noſtram hæc, alicujus vel aliquorum temeritas, attentaret.

Cap. X.

Magiſtro Petro de Hybernia, de ſtudio Neapolitano.

NOſter inſtanter, quem in ſubditorum (1) ſemper emolumenta dirigimus, ſollicitatur affectus, qualiter regni noſtri Siciliæ præclara poſſeſſio, ſicut rerum ubertate victualium ad diſpenſationem (2) divini nominis

(21) *& hilariter obedite* l. debeatis hilariter obedire. (22) *commendationis* abeſt. (23) *hujusmodi* abeſt. (1) *ſubditorum* l. ſubditorum noſtrorum. (2) *diſpenſationem* l. laudem.

minis natura profluente tripudiat, ſic ad noſtræ proviſionis edictum, virorum perfectione (3) ſcientium, fortuna favente, valeat fœcundari (4). Ad quod, etſi progenitorum noſtrorum nos (5) memoranda prioritas invitet exemplo (6) dum diverſarum ſcientiarum doctores, dudum in regno comperimus, & multos artium liberalium beneficio munimentis provectos (7) ad ardua, quos innata ruditas honoris & gloriæ (8) reddidiſſet indignos, ſic nos ſuper his & priorum tempora reviviſcere (9) volumus: ut quæ per intervalla quantalibet quaſſata videntur, jam paſſa diſſidia ſub juventutis noſtræ primordiis ſeniliter juveneſcant: ac dum fideles noſtri regnicolæ paratam ſibi menſam propoſitionis inſpexerint, non ſolum ſupervacuum [ſibi reputent aliena proinde flagitare ſuffragia, ſed glorioſum exiſtiment extraneos alios ad gratitudinis hujusmodi participium 10] evocare. Cumque civitatem Neapolitanam, antiquam utique matrem & domum ſtudii, tam marinæ vicinitatis habilitas (11), quam terrenæ fertilitatis fœcunditas reddant utiliter tanto negocio congruentem, generale ſtudium in civitate ipſa mandavimus reformari: ut quam localis amœnitas, plenitudine rerum gratificat docentibus, & addiſcentibus, undique collecta commoditas efficiat gratioſam (12). Te

Cc igitur

(3) *perfectione* l. proſecutione. (4) *fœcundari* l. formidari. (5) *nos* abeſt. (6) *exemplo* abeſt. (7) *provectos* l. & provectos. (8) *honoris & gloriæ* deſunt. (9) *reviviſcere* l. reminiſcere. (10) [ ] deſunt. (11) *marinæ vicinitatis habilitas* l. maximæ civitatis humilitas. (12) *efficiat gratioſam* l. efficit gratioſa.

igitur quem antiquæ fidei præſcripta ſinceritas, & præſtita dudum felicis recordationis (13) domino patri noſtro grata ſervitia nobis efficaciter recommendant: de cujus etiam experta ſcientia, probitate cognita, [& doctrina probata 14,] in conſpectu noſtro jam pluries multorum teſtimonia (15) claruerunt: ad celebranda communis ſtudii (16) ejusdem feſtiva ſolennia hilariter providimus invitandum: fidelitati tuæ (17) præcipiendo mandantes (18), quatenus de favore & gratia noſtra ſecurus, ad civitatem ipſam, ob reverentiam Majeſtatis noſtræ, perſonaliter recturus (19) accedas. Et ut certam concipias de noſtræ gratiæ liberalitate fiduciam, firmiter te tenere volumus, quod in adventu tuo, in ſignum ſecundioris (20) auſpicii, de valore annuo 12. unciarum auri tibi faciat (21) noſtra munificentia (22) provideri.

Cap. XI.

Invitat ſcholares ad ſtudium Neapolitanum.

DEo propitio, per quem vivimus & regnamus, cui omnes actus noſtros offerimus, cui omne quod agimus imputamus (1), in regnum noſtrum deſideramus (2) multos prudenter & providos fieri per ſcientia-

(13) *felicis recordationis* l. Romæ. (14) [ ] deſunt. (15) *teſtimonia* l. teſtimonio. (16) *ſtudii* abeſt. (17) *tua* abeſt. (18) *mandantes* l. mandamus. (19) *recturus* abeſt. (20) *ſecundioris* l. fœcundioris. (21) *faciat* l. faciet. (22) *munificentia* l. providentia. (1) *imputamus* l. reputamus. (2) *deſideramus* deeſt.

entiarum hauſtum, & ſeminarium doctrinarum: qui facti diſcreti per ſtudium & per obſervationem juſti (3) Deo ſerviant, cui ſerviunt omnia, & nobis placeant per cultum juſtitiæ, cujus præceptis omnes præcipimus obedire. Diſponimus autem apud Neapolim, amœniſſimam civitatem, doceri artes cujuscunque profeſſionis, vigere ſtudia: ut jejuni & famelici doctrinarum in ipſo regno inveniant unde ipſorum aviditati (4) ſatisfiat: neque compellantur ad inveſtigandas ſcientias peregrinas nationes expetere, nec in alienis regionibus mendicare. Bonum autem hoc rei noſtræ publicæ profuturum intendimus, cum ſubjectorum commoda ſpeciali quadam affectionis gratia providemus, quos ſicut convenit eruditos pulcherrima poterit ſpes fovere, & bona plurima promptis animis expectare: cum ſterilis eſſe non poſſit acceſſio, quam nobilitas ſequitur. Cum (5) tribunalia præparantur (6), ſequuntur lucra divitiarum, favor & gratia comparantur. Inſuper ſtudioſos viros ad ſervitia noſtra, non ſine meritis (7) & laudibus, convocamus, ſecure illis qui diſcreti fuerunt (8), per inſtantiam ſtudii juris & juſtitiæ regimina committentes. Hilares igitur & prompti ſatis ad profeſſiones, quas (9) ſcholares deſiderant, animentur, quibus ad inhabitandum eum locum concedimus, ubi rerum copia, ubi amplæ domus (10) & ſpa-

(3) *juſti* l. juris juſti. (4) *aviditati* l. auditibus. (5) *cum* l. cui. (6) *præparantur* deeſt. (7) *meritis* l. magnis meritis. (8) *fuerunt* l. ſunt. (9) *profeſſiones quas* l. profeſſores quos. (10) *amplæ domus* l. amplas domos.

ſpacioſæ (11) ſatis, & ubi mores civium ſunt benigni: ubi etiam neceſſaria vitæ hominum per terras & maritimas facile tranſvehuntur, quibus per nos ipſos utilitates quærimus (12), conditiones diſponimus, magiſtros inveſtigamus, bona promittimus, & eis, quos dignos viderimus, donaria conferemus. Illos ſiquidem in conſpectu parentum ſuorum ponimus à (13) multis laboribus liberamus, à longis itineribus & quaſi peregrinis abſolvimus: illos tutos facimus ab inſidiis prædatorum & qui ſpoliabantur fortunis ſuis & rebus, longa terrarum ſpacia peragrantes, ſcholas ſuas levioribus ſumptibus, & brevioribus curſibus à liberalitate noſtra ſe gaudeant aſſecutos. De numero (14) autem prælatorum, quos ibi duximus deſtinandos, mittimus magiſtrum (15) [R. de Varano judicem & magiſtrum F. de Hybernia (16)] fideles noſtros, civilis ſcientiæ profeſſores, viros magnæ ſcientiæ, notæ virtutis, & fidelis experientiæ, quam noſtræ ſemper exhibuerunt & exhibent Majeſtati: de quibus, ſicut de aliquibus regni noſtri fidelibus, fiduciam gerimus pleniorem. [Mittimus quoque in ſcientia &c. Volumus igitur & mandamus vobis omnibus, qui provincias regitis, quique 17] adminiſtrationibus (18) præſidetis, ut hæc omnia paſſim & publice proponatis, & injungatis ſub pœna perſona-rum

(11) *ſpacioſæ* l. ſpatioſas. (12) *quærimus* l. quærimus, donaria conferimus. (13) *a* l. &. (14) *de numero* l. numeros. (15) *mittimus magiſtrum* l. mittimus, & Magiſtrum P. de Vineis. (16) [ ] deſunt. (17) [ ] deſunt. (18) *adminiſtrationibus* l. cumque adminiſtrationibus aliquibus.

rum & rerum, ut (19) nullus ſcholaris legendi cauſſa exire audeat [extra regnum, nec infra regnum aliquis 20] addiſcere audeat (21) alibi vel docere: & qui de regno ſunt, extra regnum in ſcholis (22) ſub pœna prædicta eorum parentibus injungatis, ut usque ad feſtum S. Michaelis num proximo revertantur. Conditiones autem, quas ſcholaribus concedimus, erunt iſtæ: In primis, quod in civitate prædicta doctores & magiſtri erunt in qualibet facultate. Scholares autem, undecunque venerint, ſecure (23) veniant morando, ſtando, & redeundo, tam in perſonis quam in rebus nullam ſentientes in aliquo læſionem. Hoſpitium quod melius in civitate fuerit ſcholaribus locabitur, pro duarum unciarum auri annua penſione; nec ultra extimatio ejus aſcendet. Infra prædictam autem ſummam, & usque ad illam, omnia hoſpitia (24) extimatione duorum civium & duorum ſcholarium locabuntur. Mutuum fiet ſcholaribus ab illis, qui ad hæc fuerint ordinati ſecundum quod eis neceſſe (25) fuerit, datis libris in pignore & præcario reſtitutis, receptis à ſcholaribus fidejuſſoribus pro eisdem. Scholaris vero qui mutuum recipiet, jurabit quod de terra aliquatenus non recedet, donec præcaria (26) reſtituet, vel mutuum ab eo (27) fuerit exolutum, vel alias ſatisfactum fuerit creditori.

 Præ-

(19) *ut* l. ante. (20) [ ] deſunt. (21) *audeat* abeſt. (22) *in ſcholis* deſunt. (23) *venerint ſecure* deſunt. (24) *omnia hoſpitia* l. ſub. (25) *neceſſe* l. neceſſarium. (26) *præcaria* l. pecuniam. (27) *ab eo* deſunt.

Prædicta autem præcaria (28) à creditoribus non revocabuntur (29), quamdiu ſcholares voluerint in ſtudio permanere. Item omnes ſcholares in civilibus, ſub eisdem doctoribus & magiſtris debeant conveniri. Omnes igitur a modo, qui ſtudere voluerint in aliqua facultate, vadant Neapolim ad ſtudendum, & nullus auſus ſit pro ſcholis extra regnum [exire, vel infra regnum 30] in aliis ſcholis (31) addiſcere vel docere: & qui ſunt de regno extra regnum in ſcholis, usque ad feſtum ſancti Michaelis proximum venturum, ſine moræ diſpendio revertantur. De frumento autem, vino, carnibus, piſcibus, & aliis quæ ad victum pertinent, modum nullum ſtatuimus, cum in his omnibus abundet provincia, quæ venduntur ſcholaribus ſecundum (32) quod venduntur civibus & etiam per contradam.

Cap. XII.

Capitaneo Siciliæ, ſuper reformatione ſtudii Neapolitani.

SOllicitudo continua curas noſtras exagitat, qualiter regnum noſtrum Siciliæ, naturaliter rerum victualium ubertate ſecundum (1), prudentum virorum copia noſtris temporibus artificialiter decoremus (2): ut fideles noſtri regnicolæ ſcientiarum fructus, quos

(28) *præcaria* l. pecunia. (29) *revocabuntur* l. revocetur. (30) [ ] deſunt. (31) *ſcholis* l. ſcholis exiſtere. (32) *ſecundum* l. ſed. (1) *ſecundum* l. fœcundum. (2) *decoremus* l. doceremus.

quos indeſinenter eſuriunt, per aliena mendicare ſuffragia non coacti paratam in regno ſibi menſam propinationis inveniant: & quos ingeniorum nativa fertilitas ad conſilia (3) reddit alta perſpicuos literarum ſcientia faciat eruditos. Ad quod licet progenitorum noſtrorum nos clara prioritas invitet exemplis, dum eorum temporibus ſic diverſarum ſcientiarum in regno ſtudia floruiſſe comperimus, ut non ſolum ad incolas filios (4) ſed ad extraneos etiam extendiſſe probetur ſuavitatem odoris: nos tamen ſuper hoc tanto libentius ſine cujusquam (5) inductione concurrimus, quanto per hoc utilius (6) honori noſtro conſulere credimus, & exaltationem omnimodam regni noſtri omni qua poſſumus diligentia procuramus. Volentes itaque ſuper hoc (7) antiquorum gratam renovare (8) temperiem, & in regni noſtri faſtigia tripudialibus novitatis noſtræ principiis (9) augmentare, univerſale ſtudium in civitate noſtra Neapolis, conſulta utique deliberatione, providimus reformandum: ut (10) civitas ipſa antiqua mater & domus ſtudii, ſicut puritate fidei & ſitus (11) amœnitate præfulget, ſic renovata quaſi paranymphà ſcientiæ, & ſingularium hoſpitalaria facultatum, docentibus & addiſcentibus ſe præbeat gratioſam. Ad hoc igitur tam ſalubre convivium magiſtros quoslibet, & ſcholares hilariter invitamus: fidelitati tuæ mandantes,

(3) *ad conſilia* deſunt. (4) *filios* l. filios noſtros. (5) *cujusquam* l. cujuslibet. (6) *utilius* l. utiliter. (7) *hoc* deeſt. (8) *renovare* l. revocare. (9) *principiis* l. primitiis. (10) *ut* l. ut cum. (11) *ſitus* l. ſicut.

dantes, quatenus præſens beneplacitum noſtrum per jurisdictionem tuam ſolenniter ſtudeas publicare, firmam ſingulis fiduciam oblaturus, quod immunitates & libertates omnes, quibus olim, tam in Neapolitani quam in Salernitani ſtudiis (12), uti & gaudere ſunt ſoliti, faciemus univerſis & ſingulis illuc ire volentibus inviolabiliter obſervari.

Cap. XIII.

Juſtitiario Terræ laboris, ut non impediat magiſtros legentes particulariter in Grammatica, occaſione ſtudii generalis.

ETſi ad perfectionem (1) ſtudii generalis, quod nuper in civitate Neapoli providimus reformandum (2), particularia ſtudia ubique per regnum mandaverimus interdici (3) noſtræ tamen intentionis non fuit, ſic loca quælibet depauperare doctoribus, ut artis Grammaticæ, rudimenta (4) noviciis velut lactantis veſtris (5) ubera famelicis infantibus præcidantur: ſed ad illos tantum (6) extendi volumus veſtræ (7) Serenitatis edictum, qui auditoribus ſuis ruditate depoſita, in facultatibus aliis ingenia potiora petentibus, cibos jam poſſint (8) ſcientiæ ſolidos miniſtrare. Propter quod fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quate-

(12) *ſtudiis* l. civitatibus ſtudii. (1) *perfectionem* l. perſecutionem. (2) *providimus reformandum* l. reformandi. (3) *interdici* l. interdicti. (4) *artis grammaticæ rudimenta* l. ortus grammaticæ & condimenta. (5) *veſtris* l. matris. (6) *tantum* l. tamen. (7) *veſtræ* l. noſtræ. (8) *poſſint* l. paſcit.

quatenus magiſtris quibuslibet, qui per terras jurisdictionis tuæ pueros in artis Grammaticæ primitiis edocent, nullam occaſione prædicta moleſtiam inferas: ſed particularia eorum ſtudia regere (9), ſine impedimento quolibet patiaris.

Cap. XIV.

Baronibus ſuis, ſuper ſcholis ratiocinii, in diverſis mundi partibus dividendis.

QUantumcunque ſibi litigioſa Liguria (1), noſtri pars utique laborioſa dominii, noſtram præſentiam vendicet, & exhauriat curas noſtras, ineſt tamen nobis cura præcipua de regni, ſeu verius domus noſtræ (2) quantalibet utilitate tractanda, ne, dum procellas Imperii laborioſe componimus, aliquid negligenter omittere circa domeſtica videamur. Nuper itaque non minus utili, quam neceſſaria deliberatione providimus (3), quod reſidentia noſtra, licet ſit Baroli diſcreta (4) per ſcholas, noſtris tamen eſt diſpendioſa profectibus, & venientibus interdum à remotis ratiocinia poſituris officialibus ſumptuoſa, ſicque propterea ne (5) fiſcalibus obviet (6) utilitatibus, & (7) privatis, ſcholas ipſas pro concurrentium utilitate localiter recte providimus dividendas, utque (8) cujuslibet veſtrum officium infra decreto-

(9) *regere* abeſt. (1) *Liguria* abeſt. (2) *noſtra* abeſt. (3) *providimus* l. proviſio. (4) *licet ſit Baroli diſcreta* l. ſit Baiule deſerta. (5) *ne* abeſt. (6) *obviet* l. obviare. (7) & l. à. (8) *dividendas utque* l. dirimendas utique.

cretorum fines ſibi juſtitiaria termini (9) limitetur. Quocirca fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus receptis præſentibus noſtræ Serenitatis apicibus, vos notarie Mirabilis, & magiſter Martine (10), ſcholam ratiocinii veſtri Neapoli ſtatuatis, moraturi ibidem, & officialium Juſtitiariatus Terræ laboris & Hydrunti ratiocinia recepturi. Tu judex Jacobe Symbaldi (11), ſcholam Melfiæ decretis tibi (12) ſimiliter captivatæ & baſilicatæ, Juſtitiariatibus ſtudeas ordinare. Tu quoque judex [Petre, ſcholam tuam Caracciæ deputes, & officium tuum in Juſtitiariatibus 13] Aprucii, Terræ laboris & Principatus, tam ſollicite quam fideliter exequaris, ſigillum veſtrum ſingulis(14) decretum, cujuscunque roboratum ſigno, notanter habiturus (15). Cumque multa ſit laus & ſalus, ubi multa ſunt conſilia, volumus & mandamus, quod vobiſcum (16) ad invicem ſuper dubiis conferatis, quod de quacunque re magis expediens & ſalubre videritis, communi conſilio diſcuſſuri. Mandata quoque generalia, quæ communiter hactenus recepiſtis, ut particularis ex eis & integra nobis habilitas (17) offeratur, authenticari per manum publicam faciatis, authenticatis (18) taliter authenticorum (19) robur penes quoscunque remanſerint habituris (20), quod ſi notariorum ſingularitatem

(9) *juſtitiaria termini* l. juſtitiarium. (10) *Martine* l. Bartholinus. (11) *Symbaldi* l. Firabaldi. (12) *decretis tibi* l. de terris. (13) [ ] deſunt. (14) *ſingulis* abeſt. (15) *notanter habiturus* l. habituris. (16) *quòd vobiſcum* l. quatenus vobis. (17). *habilitas* l. humilitas. (18) *authenticatis* l. authenticas. (19) *authenticorum* abeſt. (20) *habituris* l. habituri.

tatem inſufficientem forte videritis, adjectione novorum, eorum inſufficientiam utiliter ſuppleatis. Vos præterea notarie Mirabilis & judex Bartholomæe (21), oculos apertos ſpecialiter habere præcipimus, ſuper pelago ratiocinii Thomæ de Brunduſio & Siclariorum Apuliæ, ut per incuriam (22) veſtram in eos, noſtra Curia non fraudetur.

Cap. XV.

Regi Cypri, recommendatio (1) *fratris Heliæ.*

TAnta eſt bonæ fidei & devotionis probatæ conſtantia, tantaque laudabilium efficacia meritorum, quam in provido viro fratre Helia, dilecto familiari & fideli noſtro, ſemper & (2) utiliter inveniſſe meminimus, quod ipſum jam à fructibus agnoſcentes (3), perſonam ſuam domeſticam, noſtris ſervitiis libenter admittimus, & ſuæ circumſpectionis conſiliis fiducialiter inhæremus. Cum igitur eundem fratrem nuper ad partes transmarinas transfretare (4) paratum, pro quibusdam arduis Excellentiæ noſtræ ſervitiis, in quorum executione perſonam ejus utilem & neceſſariam fore cenſuimus, à tranſitu ipſo (5), præter ſuæ voluntatis propoſitum, providerimus retrahendum: & ipſum, licet invitum, quodammodo in Curia noſtra propterea mandave-

(21) *Bartholomae* l. Bartholinus. (22) *incuriam* l. moram. (1) *recommendatio* l. ſuper commendatione. (2) *&* abeſt. (3) *agnoſcentes* l. cognoſcentes. (4) *transfretare* l. ad patriam noſtram transfretare. (5) *ipſo* abeſt.

daverimus aliquandiu moraturum: affinitatem (6) requirimus, & rogamus attente, mandantes, quatenus negotia prædicti fratris in partibus ipſis habere velitis, ſic efficaciter & utiliter commendata, ut dum idem ſub protectione noſtra conſiſtit, ejusdem negotia votiva & continua ſuſcipiant incrementa. Nosque vobis (7) propterea, qui gratiam dicto fratri faciendam ſuper hoc (8) nobis aſcribimus, diligentius obligetis ad grates: & fratrem eundem, qui famæ veſtræ vulgaris relator exiſtit, devotiorem faciatis ad noſtra ſervitia de devoto.

Cap. XVI.

Cuidam nobili de urbe, animans eum in fide.

PLene ſcimus, nec extraneas probationes teſtium exquirimus, quanta ſit erga noſtri nominis vel honoris (1) augmenta tuæ procurationis intentio, quantusque ſucceſſive (2) refloreat erga noſtri nominis vel honoris (3) faſtigia, tuæ devotionis affectus: dum, ſicut ipſa rerum experientia docente colligimus, quæ noſtri honoris ſunt, ſollicite expetis (4): & factus (5) quaſi jam nobis, de noſtræ felicitatis promotione, domeſticus, negotia noſtra magnifice & prudenter ubilibet, placida cordis & fructuoſa operis attentione procuras. Ex hoc igitur nos facti tibi & tuis, quaſi per debi-

(6) *affinitatem* l. affinitatem veſtram. (7) *vobis* abeſt. (8) *ſuper hoc* deſunt. (1) *vel honoris* deſunt. (2) *ſucceſſive* deeſt. (3) *nominis vel honoris* l. culminis. (4) *ſollicite expetis* l. ſolliciti & experti. (5) *factus* l. facti jam tibi.

debitum, ad (6) commoda quælibet applicanda (7) benevoli, &c. (8) nuncios tuos viros providos & ſolennes, ex parte tui & Senatus populique Romani, nuper ad noſtram præſentiam deſtinatos, gratanter recepimus (9). Qui dum ſuæ legationis officium ſollicite (10), diligenter & provide coram noſtræ Serenitatis aſpectibus impleviſſent (11), ecce ſuper capitulis omnibus, quæ ipſorum relatio patefacta continuit, expediti (12), gratioſe per vos (13) ad propria remittuntur. Cumque (14) tam nuncii quam cætera, quæ ex parte tua & Romanorum omnium, nobis ſucceſſu temporis offerentur, tanquam eorum negotia, quæ propria gerimus (15), gratiſſima ſenſibus noſtris accidant: circumſpectionem tuam, de qua toto corde confidimus, requirimus & hortamur (16) attente, quatenus firmam fabricans in noſtræ Magnificentiæ liberalitate fiduciam, ſic ſtrenuos actus (17) erga honorem noſtrum prudenter accommodes, ſic induſtriæ laudabile principium, laudabilioribus continuationis (18) ſemper in antea proceſſibus proſequaris, ut ſollicitudinis opera, tanti actoris fulta (19) ſuffragio, erga te & tuos, ampliſſimæ (20) dexteram noſtræ liberalitatis invitet.

Cap.

(6) *ad* l. ad tua. (7) *applicanda* l. amplianda. (8) *&c.* l. etiam. (9) *gratanter recepimus* l. affectuoſe ſerenitas noſtra ſuſcepit. (10) *ſollicite* l. ſolenniter. (11) *impleviſſent* l. explicaſſent. (12) *expediti* l. & expedita. (13) *vos* l. nos. (14) *cumque* l. cuntque per nos. (15) *gerimus* l. reputamus. (16) *hortamur* l. rogamus. (17) *ſtrenuos actus* l. ſtrenue actus tuos. (18) *continuationis* l. continuationibus. (19) *fulta* l. ſuffulta. (20) *ampliſſima* deeſt.

Cap. XVII.

Capitaneo regni Siciliæ, ut firmus exiſtat in fide, abjiciendo omnem rancorem, ſi aliqua frivola fuerunt ei relata.

IRati (1) ſatis & moti quodammodo fuimus, unde potuerunt verba illa deformia, conſcientiam tuam læſura, procedere, & tuæ mentis ſtabilis ſic ſubito turbare quietem. Sed gaviſi multo magis fuimus, quod fidei tuæ probata ſinceritas, ad verba tam frivola flecti non potuit: ſed quo magis hujusmodi verba ſenſit (2) inania, eo plus in noſtris ſervitiis, tua firma ſtat & fixa conſtantia, quam fidelitas incorrupta coadjuvat, & pro qua laudabilium operum experimenta perorant, & conſtantiæ (3) noſtræ puritas, teſtis videlicet (4) extraneo quolibet delatore ſolennior, interpellat. Namque poſſet aut deberet dici de nobis, aut ineſſe tibi (5) dubietas, cum (6) præter affectionis occultæ præſagia, quæ videri non poſſunt ad oculum, ſentias (7) ſaltem ab experto fiduciam, dum negotia noſtra tibi ſecure committimus, & tanquam alteri parti noſtri corporis, fiducialiter inhæremus. Omnes igitur, ſi quæ tibi rancoris propterea (8) remanſerunt, expelle reliquias (9), & dubietatis cujuslibet abſterſa caligine vel rubigine (10), de immutabilis

(1) *Irati* l. mirati. (2) *ſenſit* l. ſentit. (3) *conſtantiæ* l. conſcientiæ. (4) *videlicet* abeſt. (5) *tibi* abeſt. (6) *cum* l. à quibus. (7) *ad oculum, ſentias* l. ſentis. (8) *propterea* l. forte. (9) *reliquias* l. nequitias. (10) *vel rubigine* deſunt.

bilis mentis noſtræ ſtabilitate, confidas: ut (11) ſicut ergà nos tuæ fidei mutare conſtantiam, te non poſſe confidimus, ſic erga te gratiæ noſtræ favorem poſſe (12) non dubites, variari.

Cap. XVIII.

Invective ſcribit Romanis, qui receperant proditores ſuos, & ut ipſos expellant.

IGnominioſa (1) vulgaris veſtri (2) nominis fama, quæ non abſque verecundiæ (3) maculæ nota, urbem urbium jam infecit, & ſi non pontificum, ſuorum ſenatorum tamen (4) maxime magnatum & virorum illuſtrium modernorum, debuiſſet corda ferire: dum tantorum nobilium ſucceſſiva progenies omiſerit (5) aure ſurda, ipſius prædeceſſorum urbis nobilem nutrituram. Equidem mater ipſa priſcis temporibus fideles lactabat filios, nutriebat providos, receptabat honeſtos, exulabat infidos, ejiciebat improbos, & impios perimebat: & ſic tantis (6) tunc illuſtrata luminibus, totius mundi regna tributaria erant ſibi. Mirabilis non (7) ſatis, imo ultra quam dici poſſit, miranda, tam excellentiſſimæ urbis cæcitas, & tantorum civium obſcuritas oculorum, ut qui tam felicium deberetis anteceſſorum, hujusmodi antiquitatis (8) digniſſimæ (9) vitæ, morumque

(11) *ut* l. &. (12) *poſſe* abeſt. (1) *Ignominioſa* l. ignominioſi. (2) *veſtri* deeſt. (3) *verecundiæ* l. verecundæ. (4) *tamen* abeſt. (5) *omiſerit* l. remiſerit. (6) *ſic tantis* l. ſanctitatis. (7) *non* l. igitur non. (8) *hujusmodi antiquitatis* l. hujus antiquitas. (9) *digniſſimæ* l. diligentiſſime.

rumque ſequi veſtigia: à ſemitis veſtrorum laudabilium patrum improvide deviantes, non minus in veſtrum quam culminis noſtri præjudicium, proditores noſtros favorabiliter receptando, honorabiliter confovetis: qui ad ipſorum interitum deberetis totis viribus, ſummo ſtudio anhelare: velut hi, qui ab eorum infantia (10) de limo terræ aſſumpti, paterna dilectione nutriti, [inſigniti famoſis honoribus ac libertatis noſtræ dextera, multis in Imperio & 11] regno (12) ditati muneribus, præfulgebant, percuſſi zelo principis tenebrarum, quod oculorum ſtupefecit (13) viſum, & auris auditum, quod multos multipliciter ſcandalizat, paratis latenter (14) ipſorum in ſanguine gladiis, dum nobiſcum ſimul refecti cibo unanimiter converſarentur in aula, facinoroſo (15) nequitiæ præconcepto abſynthio, doloſe ſimul & doloroſe procuraverant mortem noſtram. Animadvertite igitur Romani populi, & videte, utrum pro (16) collatis beneficiis per nos vobis, quibus ſemper noſtræ liberalitatis magnificentia vos dotavit, à vobis (17) tanquam à ſacri Imperii noſtri capite, tam ingratum (18) Imperiali excellentiæ debeatur meritum (19)? ut (20) hujusmodi gubernetis nequiſſimos proditores, qui non ſine multiplici Chriſtianitatis clade, noſtrum ſanguinem, utpote Romani Cæſaris, Catholicæ fidei defenſoris, ſic unanimiter

(10) *infantia* l. inſtantia. (11) [ ] deſunt. (12) *regno* l. in regno. (13) *ſtupefecit* l. ſtare fecit. (14) *latenter* l. libenter. (15) *facinoroſo* l. facinoroſæ. (16) *pro* l. ex. (17) *vobis* l. nobis. (18) *ingratum* l. ingratum quod merito. (19) *meritum* abeſt. (20) *ut* l. &.

miter ſitiebant (21). Cumque (22) nefandiſſimi ſceleris patratores, inter vos de jure conſortium habere nequeant vel favorem, ad ipſorum exterminium & confuſionem taliter veſtra providentia procedat, quod honoris veſtri (23) perpetuam cedit ad gloriam, & noſtræ Magnificentiæ ad vindictam.

Cap. XIX.

Domino Thomæ Cardinali, refert grates de miſſo equo.

EQuum Hiſpanum gratanter accepimus, ab experto probatum. Quem tanto chariorem habemus, quanto gratiora ſunt munera ſacerdotum.

Cap. XX.

Rex Conradus Panormitanis, de receptione cinguli militaris.

GEminari (1) videntur in nobis augmenta congaudii, ſi feſtinos felicitatis noſtræ ſucceſſus ad fidelium noſtrorum corda transferimus: [& in aures veſtras, præcipue quas attentas lætitiæ noſtræ confidimus 2,] & ex fidei (3) puritate devotas, novis tripudiis

(21) *unanimiter ſitiebant* l. immaniter faciebant. (22) *Cumque* l. cumque tam. (23) *veſtri* l. veſtri nominis.

Cap. XIX. abeſt in MS.

(1) *Geminari* l. geminata. (2) [ ] deſunt. (3) *ex fidei* l. in.

diis derivamus. Illo nihilominus affectibus (4) noſtris inhærente propoſito, quod hæc & alia quæ ſcribimus quælibet (5) delectaret: nos potius vobiſcum præſentes Serenitatis noſtræ feſta peragere, quam interpretis ſcripturæ myſterio nunciare: ut & nos veſtra vicinitas, diutius affectata, reficeret, & vos noſtræ viſionis indubitata placiditas refoveret. Sed pro firmo tenentes, quod in nobis velut in populo honorificato ſit tanta devotio, quod apud vos celebres noſtræ Serenitatis eventus, localis diſtantia nullo intercompede minuat, nec labentis protractio temporis interdicat: ad notitiam veſtram perducimus, quod, licet ex generoſitate ſanguinis, qua nos à primis componentibus natura dotavit, & ex dignitatis officio, quæ (6) duorum regnorum nos in (7) ſolio gratia divina præfecit, nobis militaris honoris auſpicia non deeſſent: quia tamen militiæ cingulum, quod reverenda ſancivit (8) antiquitas, nondum Serenitas noſtra ſuſceperat, die præſentis menſis Auguſti (9), cum ſolennitate tyrocinii, latus noſtrum eligimus (10) decorandum, ut ex hoc ætatis noſtræ victorioſa floriditas, ſigna majoris ſtrenuitatis (11) induceret, & originalis nobilitatis gratiam renovaret (12) novæ militiæ claritudo. Qua etiam die, ut honoris noſtri ſolennia dignis militantium ſtudiorum titulis ornaremus, præter celebrata magnificæ feſtivitatis inſignia, quæ

(4) *affectibus* l. proceſſibus. (5) *qualibet* l. quemlibet. (6) *quæ* l. qua. (7) *in* abeſt. (8) *ſancivit* l. ſervavit. (9) *auguſti* abeſt. (10) *eligimus* l. duximus. (11) *ſtrenuitatis* l. ſerenitatis. (12) *renovaret* l. revocaret.

quæ tanti boni jucunditas, & perſonæ noſtræ Magnificentia requirebat, ad locum victorioſi exercitus noſtri caſtra perduximus: ut abinde ſub felicitatis futuræ præſagio, pace data, plene fidelibus contra hoſtes noſtros continuatis greſſibus procedamus (13).

Cap. XXI.

Regi Anglorum, ſignificat quod vult ire in Italiam, dimittendo filium ſuum in regno vicarium generalem.

DUm perfectæ dilectionis zelum, cujus indiſſolubili nodo quodam Iſabellam conſortem noſtram chariſſimam, veſtræ (1) affinitatis identitas lateri noſtro conjunxerat (2), in tenacis (3) memoriæ libro perlegimus: dum amicitiæ puræ conſtantiam, quam ad vos & veſtros amicabiliter gerimus, ſollicita meditatione penſamus: ad H. dilectum filium noſtrum, nepotem veſtrum [cujus nomine regem Heinricum avum veſtrum, meditatione (4) glorioſæ memoriæ (5) laudabiliter excitamus] quem tanquam durabile inter nos pignus amoris, fœcunda (6) nobis naturæ proviſio contulit, favoris noſtri gratiam libenter extendimus, & gratiæ noſtræ favorem libentius propagamus. Ecce itaque pro arduis Excellentiæ noſtræ negotiis, ad repetendas partes

(13) *procedamus* l. intendamus. (1) *veſtræ* l. &. (2) *conjunxerat* l. commiſerat. (3) *tenacis* abeſt. (4) *meditatione* abeſt. (5) *memoriæ* l. memoriæ libro perlegimus. (6) *fœcunda* l. fœcundæ.

partes Italicas, tam magnifice quam potenter accincti: præfatum Heinricum, ſacro fonte baptiſmatis tripudiali ſolennitate renatum, in regno Siciliæ loco noſtri ac velut vultus & potentiæ noſtræ ſpeculum relictis ſibi conſiliariis, de quorum conſilio toti regno diſponat, provida nuper deliberatione præhabita, providimus dimittendum: facto in ſolenni Curia generali mandato univerſis regni fidelibus, ut eidem, quem inter eos velut imaginarium perſonæ noſtræ relinquimus, tamque (7) perſonæ noſtræ reverenter obediant, & intendant. De cujus tam longa dilatione baptiſmatis, latere vos nolumus, quod (8) ad preces quorundam amicorum noſtrorum de papali Curia, quas obaudire neſcimus, & ipſorum conſilio fuerat hucusque dilatum, ut in (9) reformatione pacis inter nos & Romanam eccleſiam, in cujus expectatione diutina noſtra ſunt & multorum jam vota fruſtrata, eo (10) manifeſtius ſigna perpetui & conſtantis amoris oſtenderet, quo traderetur ſolennius ſummo pontifici baptizandus. Hæc nos profecto veſtræ Serenitati deſcribimus, ut quantum vobis Magnificentia noſtra placere deſideret (11), veſtra ſerenitas à parte conjiciat & qualiter inter alios affines noſtros, perſonam veſtram tenerius diligimus, argumentis evidentibus apprehendat.

Cap.

(7) *tamque* l. tanquam. (8) *quod* l. cum. (9) *in* abeſt. (10) *eo* l. & eo. (11) *deſideret* l. deſiderat. (12) *conjiciat* l. cognoſcat.

Cap. XXII.

Regi Francorum, exiſtenti in partibus ultra marinis, ut reſcribat ei ſui ſtatus & continentiam & proceſſus.

GEnerali qua cunctos amplectimur fidei participatione Chriſticolas, ſed ſpeciali qua veſtram pura diligimus affectione perſonam, inter diverſa (1) tot & tanta curarum genera, quæ cogitationibus noſtris indeſinenter occurrunt, præcipua reddimur cordis anxietate ſolliciti, & affectamus inſtanter de vobis audire veridica nova, quæ placeant, & ſcire plenarie in Terræ ſanctæ ſubſidium, veſtræ peregrinationis eventum, velut qui [teſte Summo judice] ſemper ipſam amore negocii deſideravimus (2) proſperam, & affectione perſonæ ſemper votorum conformitate felicem. De cujus etiam aggreſſione negocii, velut in tam valida rerum & temporum tempeſtate tentata [res quippe ſolliciti plena timoris amor, quem ad progenitores veſtros, & vos habuiſſe ſuaviter memoramur illæſum] timidos nos crebro reddit, & multotiens etiam dubitare coegit, ne votis communibus abſonum infeſtis auſpiciis exitum ſortiretur. Inter has ſiquidem anxietates & ſollicitudines (3), quas eventus futuri dubietas noſtris affectibus ingerebat, volatilis famæ garrulitas, variis diſcuſſa relatibus, ſupervenit (4): quæ veritatis utinam vacuas

(1) *diverſa* l. diverſarum. (2) *deſideravimus* l. deſideramus. (3) *ſollicitudines* l. ſollicitudines noſtras. (4) *ſupervenit* l. ſupervenerunt, &c.

cuas recitationes eructans, claſſis (5) regiæ caſtrum fidelium dudum ſancto propoſito non ſine magnis laborum & ſumptuum profuſionibus congregatum, in tempeſtate maris & fluctuum, quibus non niſi dominicæ poteſtatis autoritas imperat, colluctatione ventorum aſſeruit diſgregatum. Ex quo tanto vehementioris cauſam turbationis aſſumpſimus (6), quanto perſonam veſtram præ cunctis (7) mundi regibus & principibus ſinceriori charitate diligimus, & quanto per id multorum nobiſcum vota fidelium interceſſiſſe (8) ſuſpenſa, Terræ ſanctæ ſubſidio (9), quæ (10) Gallicarum virium tam (11) proximum ſubſidium expectabat, devotis affectibus condolemus. Iſta tamen varia relatione perplexi, credere ſimpliciter loquacis famæ relationi noluimus, donec ſuper his veritas, quæ dubietatis hujusmodi turbines abluat, nobis lucidior pateſiat: propter quod latorem præſentium ut ad vos (12) redeat veſtri proceſſus [utinam felicis] notitia (13) inſtructus, ad veſtram præſentiam duximus deſtinandum. Vellemus nihilominus (14) fluctibus placatis (15) Italicis, vobis eſſe locorum habilitate vicini, & (16) qualitercunque res ipſa ſe habeat, opem non literis (17) tantum, ſed alio ſubſidio vobis

(5) *eructans, claſſis* l. officiat elapſis. (6) *aſſumſimus* l. aſpeximus (7) *cunctis* l. cæteris. (8) *interceſſiſſe* l. intentione. (9) *ſubſidio* l. diſſidio. (10) *quæ* l. qui. (11) *virium tam* l. verumtamen. (12) *vos* l. nos. (13) *notitia* abeſt. (14) *nihilominus* l. verumtamen ſic. (15) *placatis* l. pacatis. (16) *&* l. ut. (17) *literis* l. literas.

bis noſtræ Magnificentiæ dextera deſtinare (18): quæ tamen in quantum negociorum & temporum qualitas patitur, non minus libenter vobis offerimus, quam nobis ipſis, aut uni quem chariorem habemus ex noſtris filiis præſentamus. Dilectionem itaque veſtram rogamus attente, quatenus de ſtatu & continentia veſtra, ac ſtolii veſtri proceſſibus anxia noſtræ Serenitatis intrinſeca renovetis.

Cap. XXIII.

Eidem, ſignificat quod mittat dextrarios & victualia fratri ſuo, in ſubſidium Terræ ſanctæ.

SEmper hactenus, ut loquamur ad literam, continua propoſiti tenacitate firmavimus, qualiter vos & veſtros, quos puræ mentis affectione diligimus, operis evidentis indiciis honorare poſſemus. In cujus propoſiti tanto fortius proſecutione perſiſtimus, imo robuſtius animamur, quanto vos (1) crucis negocium in Terræ ſanctæ ſervitiis [de cujus ſuccurſu celeri præ cæteris orbis terræ principibus, præcipua nos cura ſollicitat] tam libenter quam viriliter aſſumpſiſſe videmus. Ad quod vellet (2) perſonaliter & potenter una vobiſcum ad præſens [teſte ſupremo Judice] potentiæ noſtræ virtus inſurgere (3), ut ubi maxime res noſtra agitur, tantorum principum ſocietate tam gratifica comitiva ſuffulti, gau-

(18) *deſtinare* l. deſtinaret. (1) *vos* abeſt. (2) *vellet* l. vellemus. (3) *virtus inſurgere* l. virtutis inſignia.

gaudere (4) poſſemus, niſi concepta dudum (5) vel antiquata (6), quin potius papæ noſtri nequitia (7), tam in his quam in aliis, prout univerſalis jam notio publicat, noſtris deſideriis obviaret vel repugnaret (8). Vellemus nihilominus, dum perſonalia non poſſimus adjuvamenta porrigere vobis & genti veſtræ, de ſuffragiis aliis (9) & opulentia regni noſtri magnifice providere, ſi cariſtia victualium quæ in regno noſtro duobus jam præteritis annis invaluit, & poteſtatem (10) incluſit voluntati noſtræ, quam ſuper hoc promptam & paratam offerimus, non obſtaret. Quanquam igitur vobis & veſtris, ex cauſis quas diximus, noſtræ Serenitatis affectio non valuerit, ſicut voluit, amicabiliter providere: nihilominus tamen, veſtra dilectione commoniti, & (11) tam ſalubri commodo perſuaſi, maluimus nobis ipſis & fidelibus noſtris regnicolis, in ipſa victualium ſubtractione deeſſe, quam vobis & fidelibus veſtris, & aliis regni veſtri nobilibus qui per regnum noſtrum (12) tranſitum habuerunt, in tam utilis & ſancti propoſiti proſecutione deficere, in quibus veſtris & (13) eorum neceſſitatibus noſtra ſi poſſet liberalitas ſubveniret (14): nunc etiam ad oſtendendum puræ dilectionis judicium, quam ad vos & veſtros ſemper habuimus & habemus illæſam: Joanni de Loco nun-

(4) *gaudere* l. potentia congaudere. (5) *dudum* abeſt. (6) *antiquata* l. antiqua. (7) *papæ noſtri nequitia* l. propter noſtri nequitiam. (8) *repugnaret* l. impugnaret. (9) *aliis* abeſt. (10) *poteſtatem* l. præſentem. (11) & abeſt. (12) *noſtrum* abeſt. (13) & abeſt. (14) *ſubveniret* l. ſubvenire.

nuncio A. (15) comitis Tholoſani chariſſimi fratris noſtri, mille ſaumas de victualibus Curiæ noſtræ: & (16) 50. dextrarios fecimus liberaliter aſſignari dicto Comiti pro viagio (17) ſuo, ex parte noſtræ Celſitudinis præſentandos: conceſſa ſibi nihilominus à Majeſtate noſtra licentia, quæ ad opus ejusdem Comitis neceſſaria (18), in regno noſtro libere emere valeat, pro ipſius & familiæ ſuæ uſibus opportuna (19).

Cap. XXIV.

Regi Franciæ ſuper eisdem.

MUlta ſunt quæ vobis & veſtris libenter placere nos admonent (1), dum multipliciter hactenus vos & veſtros nobis placuiſſe recolimus, & placituros in antea firmiter arbitramur. Sed ex his debitum tantummodo mutuæ dilectionis aſſumimus, ut à quibus nos amari conſpicimus eos amicabiliter diligamus. Unum veruntamen nos (2) excitat & quodammodo neceſſario nos invitat, quod dum H. (3) illuſtrem regem Francorum & alios filios noſtros, quos pura mentis affectione diligimus, non ſine providentiæ (4) veſtræ conſilio, quo ſalubriter regnum Franciæ gubernatur, Terræ ſanctæ negocium tam liben-

Dd 5

(15) *A* abeſt. (16) *&* l. nec non &. (17) *viagio* l. navigio. (18) *neceſſaria* l. graſſiam. (19) *opportuna* l. oportunam. (1) *admonent* l. amovent. (2) *nos* l. ad hoc expreſſe nos. (3) *dum H.* l. dudum L. (4) *providentiæ* l. prudentiæ.

libenter quam utiliter conſpicimus (5) aſſumpſiſſe, ad præſtanda ſibi ſuper hæc munificentiæ (6) noſtræ ſuffragia tanto libentius (7) invitamur, quanto per (8) id publico bono fidei Chriſtianæ conſulitur, quantoque negotium ipſum nos præ cæteris orbis terræ principibus, quaſi quadam ſpecialitate ſollicitat (9), ac etiam ſuper hoc noſtrum ſpecialiter intereſſe verſatur. Vellemus etenim [teſte Deo] ad proſecutionem tam ſancti propoſiti perſonaliter nosmetipſos adducere, ut qualiter & quantum nos ejusdem (10) negotii cura perangit, tantorum principum comitiva ſuffulti, perſonaliter monſtrare poſſemus. Sed concepta jam dudum, vel obſtinata, quin potius Papæ noſtri durities, dirus Chriſtianæ ſedis antiſtes, cui excidia tot & tanta vix diſplicent, dum eisdem voluntarius ſe immiſcet (11), prout univerſalis hæc notio publicat, & veſtræ ſerenitatis induſtria, ſicut pro firmo credimus, non ignorat, impedimenta continua noſtris proceſſibus objicit, & expleri noſtra deſideria non permittit. Vellemus nihilominus, [ut, dum ad proſecutionem tanti negotii 12,] perſonalia (13) non poſſumus adjuvamenta porrigere, rerum victualium poſſemus ſubſidio ſubvenire, niſi cariſtia victualium, quæ duobus jam præteritis annis in regno noſtro invaluit, & præſentem etiam non omiſit, noſtræ proviſionis ordi-

(5) *conſpicimus* l. inſpicimus. (6) *munificentiæ* l. magnificentiæ. (7) *libentius* l. liberius. (8) *per* l. ad. (9) *ſollicitat* abeſt. (10) *ejusdem* l. hujus. (11) *voluntarius ſe immiſcet* l. voluntatibus ſe immiſcent. (12) [ ] deſunt. (13) *perſonalia* l. dum perſonalia.

ordinem, quem ſemper ſuper hoc liberalitas noſtra libenter (14) expoſuit, præpediſſet. Nec tamen propterea pati (15) potuimus, quin veſtra & filiorum noſtrorum (16) dilectione commoniti, & tam ſalubris negotii commodo perſuaſi, vellemus potius nobis ipſis & fidelibus noſtris regnicolis, in ipſorum victualium erogatione deficere, quam prædictis filiis veſtris & aliis regni veſtri fidelibus, qui per ſe vel nuncios ſuos per regnum noſtrum tranſitum habuerunt, in tam laudabili & felici peregrinatione deeſſe. Nuper etiam veſtrorum (17) interventu precaminum, quæ nolumus nec novimus obaudire: A. comiti Pictavienſi, filio noſtro, per nuncios ſuos mille ſaumas frumenti, & totidem hordei de horreis noſtris (18), & 50. bonos (19) dextrarios, de liberalitatis noſtræ munificentia duximus deſtinandos: conceſſa ſibi nihilominus à Majeſtate noſtra licentia, quod ad opus ejusdem comitis neceſſaria quælibet in regno noſtro libere valeat emere, prout ſuis & familiæ ſuæ uſibus viderit opportuna. Ad hæc profecto quæ diximus, quæ veſtra & filiorum veſtrorum augmenta reſpiciunt, quantum (20) negotiorum, & temporum qualitas patitur, nos in antea votis ardentibus promptos & benevolos offeremus.

Cap.

(14) *libenter* abeſt. (15) *pati* l. parati. (16) *noſtrorum* l. veſtrorum L. (17) *veſtrorum* l. noſtrorum. (18) *de horreis noſtris* deſunt. (19) 50. *bonos* l. 60. boves. (20) *quantum* l. in quantum.

Cap. XXV.

Piſanis, commendans eos, quod proceſſerunt contra occiſores officialis ſui, promittendo eis ſuam gratiam.

INter alia devotionis inſignia, quibus erga progenitores noſtros & nos probabiliter hactenus claruiſtis, illud ſpecialiter noſtris adhæſit affectibus, & ſatis eſt ſuaviter memorialibus noſtris impreſſum, quod, ſicut veridica nuper relatione comperimus, excreſcente favore (1) fidei, quam in vos pia mater radicavit antiquitas, & grata novitas ſolidavit, ne de morte magiſtri &c. ſecretarii noſtri (2) Siciliæ, honoris noſtri faſtigiis rubigo remaneret injuriæ, ſeu nobis infamiæ nubila ſupereſſent, ad ſumendam de ipſius interfectoribus ultionem, devotio veſtra non minus audacter, quam unanimiter aſſurrexit: ex quo ſinceritatis veſtræ, dum quod nobis (3) in ipſius operis exhibitione (4) complacuit commendamus affectum. Sed (5) præcipue id gratum gerimus, quod conſcientiæ puræ conſtantiam, quam de fide veſtra jam dudum ex clara parentum veſtrorum legatione concepimus, firmam ſemper & inviolabilem invenimus, propter quod noſtra ſit (6) exinde gratificata (7) Majeſtas, ad veſtri favoris gratiam nos invitat hilariter, ut ſi unquam retroactis temporibus, in prædeceſſoribus noſtris

(1) *favore* l. fervore. (2) *noſtri* abeſt. (3) *dum quod nobis* l. conſtantia dum verbis. (4) *exhibitione* l. exhibitorie. (5) *ſed* l. ſed ex eo. (6) *ſit* abeſt. (7) *gratificata* l. gratifica.

ſtris benevolentiæ plenitudinem (8) inveniſſe recolitis, apud nos pinguiorem ſemper, de bono in melius gratiam invenire, de cætero firmiter confidatis.

Cap. XXVI.

Regi Caſtellæ cognato ſuo, conqueritur ei de filio ſuo, quod furtive receſſit ab eo, exiſtendo in Curia ſua.

VEllemus potius tacere, quam loqui (1), cum ſit quodammodo de plus quam civili bello materia, dum alienæ culpæ damnantes infamiam, genus noſtrum utcunque notabile cernimus, & præter verbalis plagæ convicium, quod aliis damnantes (2) infligimus, ex cujusdam identitatis lege, qua jungimur, in nobis relinquimus cicatricem. Sed ipſius caſus inſtantia ſuggerente, ſilentia rumpimus, & ardui ſtyli myſterio H. primogeniti filii noſtri, nepotica vobis ſorte conjuncti, à genere prorſus generoſa degeneris (3), proceſſus exponere cogimur, ac ejusdem ingratitudinis deſcribere vitium, calami pungentis officio, quem non tanquam cujuslibet nota diſſibulat (4), inſtanter urgemur. Eſt etenim, quod ignominioſa relatione deſcribimus, in populi converſus infamiam, & quibus virtutum ſpeculum, & morum norma fuiſſe debuerat, nunc imaginarium vitiorum, nunc vulgare ridiculum

(8) *plenitudinem* l. vel plenitudinem. (1) *quam loqui* l. quæ loquimur. (2) *damnantes* l. damnatis. (3) *generoſa degeneris* l. generoſo degenerans. (4) *diſſibulat* l. diffibulat.

lum publice prædicant (5): dum mandata noſtra (6), quibus ipſum ex patris debito ſæpe paſcebamus (7) obaudiens, [dum mores & actus nobiles, quos ſapere, natura ſuffragante, debuerat, poſt tergum etiam ſibi injurioſus rejiciens 8:] dum honoris & loci, quibus in noſtra Curia fruebatur oblitus: dum nec diverſorum more (9) nobilium, quibus ex prætorii noſtri culmine (10) influitur: nec familiaritatis ſolitæ, quæ ipſum noſtri lateris (11) ſæpe participem faciebat, dignitate contentus, ad rebelles noſtros & hoſtes, quibus ut hoſtis potius obſtare debuerat: quibus etiam ipſum, ut ſicut debitum ab ætate receperat, ſic ſi qua virtus in ipſo dormiret, ex otio armorum exercitio ſuffragante reſurgeret, opponere ſtimulum noſtra deliberaverat Celſitudo: perſonæ propriæ fur factus & prædo ætate ſuccumbente malitiæ fugitivus aufugit. Et ſic datus vulgo ludibrium, infectione ſuorum operum perverſorum cicatrices Auguſti ſanguinis ac regalis inficit (12). Videat igitur excellentia veſtra regia, ſi paternis meritis iſta rependere (13) filius, ſi avunculi beneficiis (14), imo patris iſta nepos debuit compenſare. Attendat (15) regalis induſtria, qualis eventus, qualisque fidei tam rudis, tam enormis in juventute proceſſus, monimenta promittat, in ſenio qualis & quantæ

(5) *prædicant* l. prædicator. (6) *noſtra* l. noſtra frequentia. (7) *paſcebamus* l. poſcebamus. (8) [ ] deſunt. (9) *more* l. morum. (10) *culmine* l. culmen. (11) *noſtri lateris* l. noſtris litteris. (12) *inficit* l. infecit. (13) *rependere* l. reſpectare. (14) *beneficiis* l. beneficium. (15) *attendat* l. attendat igitur.

quantæ [ſi vas tenerum tot patris monita, tot avunculi beneficia continere non potuit] continentiæ futuræ (16) præſagia, vetuſtas temporis præfigurat. Ab ipſius denique fructibus manifeſte cognoſcitur, quale fuerit ejus præconceptæ voluntatis initium, quod tam vilis finis explicuit, qualis ejus prægnantis propoſiti rumor extiterit, quem partus tam fœtidus, tam doloſus (17) excludit. Ut ſuper his igitur mentem veſtram, quæ cum ad utrumlibet (18) ſit auditus indifferens, ſiniſtris forte relatibus rem aliter poſſet credere, quam (19) veritas proteſtatur, rumoribus abjectis (20) adulterinis, veritatis ſcopa mundificet, vel purificet, nuncios noſtros latores præſentium, ad veſtram præſentiam duximus deſtinandos, ut quantæ dilectionis judicia erga eundem filium noſtrum Magnificentia noſtra ſemper oſtenderit: quantum & qualiter ipſum benigne tractaverit: quantum per nos & noſtros ſemper extiterit honoratus: quam acerrime etiam, quam latenter, à latere noſtro, & quam turpiter præſentiam ſubripuerit perſonalem, iidem nuncii noſtri (21), tanquam ejus hactenus in Curia noſtra continue participes & fideles interpretes, ſtatus (22) ejus regalem animum ſufficienter reforment (23).

Cap.

(16) *futuræ* l. futura. (17) *doloſus* l. doloroſus. (18) *utrumlibet* l. verumlibet. (19) *quam* l. quod rei. (20) *abjectis* l. adjectis. (21) *noſtri* abeſt. (22) *ſtatus* l. ſtatum. (23) *reforment* l. informent.

Cap. 27. deeſt in MS.

Cap. XXVII.

Senatoribus & populo Romano, confortans eos in fide ſua.

MIſſos nuper ad præſentiam noſtram providos univerſitatis veſtræ legatos gratanter accepimus, hilariter vidimus, & propoſitionis eorum verba pleno collegimus intellectu. Quorum induſtria diligens & interceſſio ſtudioſa, recte ipſos tantæ urbis nuncios fatebatur, dum oſtendentes alta mittentium verbo & opere dignitatem, coram nobis ſuæ legationis officium prudenter & fideliter impleverunt. Cumque tam ex ipſorum relatibus, quam ex ipſa experientia rerum, quæ quorumlibet teſtium diſpoſitioni præponitur, firmiter Serenitas noſtra comperit, quod purum geritis erga nos ſinceritatis affectum, & honor noſter in urbe continuis ſemper & fructuoſis ſucceſſibus procuratur: certos vos eſſe volumus, quod ſic nos delectat generalitatis & ſingularitatis veſtræ promovere compendia, ſic ſtabili mente concepimus ſtatum veſtrum ubilibet ampliare: ut nobis ipſis retinere credentes, quicquid in vos honoris & commodi dextera noſtræ liberalitatis effundet, voluntatem quam erga vos placidam ſemper habere volumus, gratis igitur inductionibus augeamus. Vos igitur viri fortes & nobiles, in quos vires & animos grata proavorum generoſitas propagavit, de potentiæ veſtræ felicitate confidite, & honorem noſtrum qui veſter eſt, clarorum operum affectibus

bus

bus promovete: ut voluntates noſtræ mutuis conceptæ profectibus; ſic in nobis veſtrorum actuum claritate tripudient, quod in vobis de noſtræ munificentiæ generoſitate floreſcant.

Cap. XXVIII.

Cuidam Capitaneo, ut de partibus illis nunciet ſibi aliqua nova.

Auditis & intellectis benigne (1) rumoribus ipſarum partium, quos ad nos tua cautela perduxit, ſollicitudinem tuam generoſam (2) favoris affectione propterea commendamus: & quia in noſtris exercitare ſervitiis ea contentione (3) te volumus, ut à nobis digna pro meritis præmia retributionis obſequioſus expectes: devotionem tuam requirimus & rogamus attente mandantes, quatenus (4) circa indaganda diligentiſſime nova ſingula, quæ de partibus ipſis, & de aliis Italiæ partibus digna relatu ad notitiam tuam potuerint pervenire, ſtatim ſingulariter & diſtincte (5) prout inceepiſti, per fidos & frequentes nuncios tuos Excellentiæ noſtræ ſtudeas renunciare (6), ut certificati per te exinde, ſicut honori noſtro convenit, & negocii qualitas exigit, ſuper his procedere conſultius valeamus. Firmiter enim (7) & pro conſtanti tenere te volumus, quod ſic fidem & ſervitia tua, dignæ

retri-

(1) *benigne* l. legitime. (2) *generoſam* l. generoſa. (3) *contentione* l. intentione. (4) *quatenus* abeſt. (5) *diſtincte* l. diſtricte. (6) *renunciare* l. intimare. (7) *enim* abeſt.

retributionis examine noſtra munificentia compenſabit: ut merito nobis adhæſiſſe (8) te gaudeas, & labores omnes, quos in te (9) noſtris ſervitiis ſubire contigerit, reputes ad quietem.

Cap. XXIX.

Calojohanni, Imperatori Græcorum illuſtri, commendat ei quendam.

SCire poteſt veſtræ ſerenitatis integritas, quod, cum inter nos & vos vigeat devotionis affectus, veſtri honoris augmenta non minus quam propria, totis ſemper deſideriis appetamus, ad nullius unquam ſupplicis movemur inſtantiam, vobis preces vel (1) ſcripta dirigere, per quæ forſitan, vel famæ veſtræ minorari præconia, vel honoris veſtri vaſtigio detrahi crederemus (2), utpote qui veſtris auſpiciis adjici ratione probabili reputamus, quicquid de veſtris eventibus de gremio proſperæ (3) fortunæ ſuccedit (4). Credentes igitur fidelem noſtrum dignum noſtris (5) apud vos precibus adjuvari, dum ſatis dudum veſtris ſe aſſerit vacaſſe ſervitiis, & veſtram meruiſſe gratiam, rogati (6) nuper attente pro eo, affectionem veſtram requirimus fiducialiter, & rogamus, quatenus ſi (7) ejus penes

(8) *adhæſiſſe* l. adeſſe. (9) *in te* l. te in. (1) *vel* l. &. (2) *vaſtigio detrahi crederemus* l. ſuffragio detraheremus. (3) *proſperæ* l. noſtræ. (4) *ſuccedit* l. procedat. (5) *noſtris* abeſt. (6) *rogati* l. erogari. (7) *ſi* abeſt.

penes vos merita noſtro rogatui non obſiſtant, uxorem & filios, quos in partibus ipſis habet, ipſos ad præſens ſine impedimento transfretare veſtra ſerenitas patiatur. Vel ſi forſan id exigente qualitate negocii voluntati veſtræ non conſonat, eundem paratum veſtris inhærere ſervitiis, ne culpæ ſuæ gravitas aditum procludat veniæ, & reconciliationis unguenta reſpuat, poſt reatum, præſentis noſtræ hortationis (8) obtentu, & noſtri amoris intuitu, ad veſtri favoris gratiam revocetis.

Cap. XXX.

Cuidam fideli ſuo, ut in continenti veniat ad Curiam.

PRæſentiam tuam, pro quibusdam Excellentiæ noſtræ ſervitiis, utilem reputantes, fidelitati tuæ præcipiendo (1) mandamus, quatenus receptis præſentibus, in continenti ad Curiam noſtram feſtinus accedas, in noſtris ſervitiis moraturus.

Cap. XXXI.

Manuello (1) *& aliis fidelibus ſuis, ut non acquieſcant inanibus verbis cujusdam infidelis ſui.*

LIcet N. (2) qui in noſtra Curia moratus eſt, non ſuis meritis hactenus, ſed fidei & ſervitiorum veſtrorum intuitu, plenæ beni-

(8) *hortationis* l. orationis. (1) *præcipiendo* abeſt. (1) *Manuello* l. Manello. (2) N. l. A.

benignitatis (3) affectum noſtra Majeſtas oſtenderit, & per evidentiam operum noſtri favoris gratiam ſibi eſſemus in antea liberaliter monſtrare parati: quia tamen (4) idem nuper inſani conſilii levitate deductus (5), de Curia noſtra, nobis inſciis invitis, inconſulte diſceſſit: devotionem veſtram requirimus & hortamur attente, quatenus (6) benevolentiæ noſtræ favorem, quem ad vos gerimus, frivolis ſuis proceſſibus (7) proponentes, ſi quid idem vobis contra benevolentiam noſtram temeraria forſan oblatione (8) retulerit, devotionis veſtræ conſtantia, de qua ſtabili mente (9) confidimus relationi ſuæ nullatenus acquieſcat: ſed de liberalitatis noſtræ gratia, quam ad benemeritos libenter extendimus (10), certam fiduciam volumus vos habere.

Cap. XXXII.

Comiti Tholoſano, affini ſuo, confortans eum ut aſſiſtat ei fidelis.

TUa nuper ad nos litera, partim munimine titulata læticiæ, quod feliciter agimus, ſed per totum quaſi murmuris obumbrata caligine, quod erga te ſilentio deſides viſi (1) fuimus, hactenus extitiſſe, pervenit. Et qui-

(3) *benignitatis* l. liberalitatis. (4) *tamen* l. tamen oſtenderit & providentiam. (5) *levitate deductus* l. levitati deditus. (6) *quatenus* l. mandantes quatenus. (7) *proceſſibus* l. propoſitis. (8) *oblatione* l. oblocutione. (9) *ſtabili mente* l. plene. (10) *extendimus* l. oſtendimus. (1) *viſi* l. non.

quidem ſi (2) mentis noſtræ conſtantiam diligenter attenderes (3), partes geſſiſſet pagina ſingulas conformes principio, & in nullo veniſſet (4) protinus rubricata querelis. Illum enim quem ad te ſemper habuimus dilectionis affectum, nunquam in nobis [teſte Deo] variare poſſet alteritas, nec accidentium ſupervenientium qualitas minorare, qua propoſitum noſtrum ea ſemper erga te (5) regere intentione diſponimus, ut doloris reliquias, ſi quæ de obitu alumni tui domini conſperſæ (6) remanſerunt, tam honore quam beneficiis, quæ ſubſidioſa (7) tibi manu (8) promittimus, à nobis merito ſublatas (9) agnoſcas. Tu igitur quem ſic novi thori mollities enervare non debuit, ut ſic in totum labores ſolitos, ad quos te naturaliter exhibuiſſe debueras, hoc maxime tempore faſtidires, de nobis puro corde confidas, & ſpe certa firmaque fiducia nutriaris, quod nos, qui te ſemper affectu paterno dileximus, effectum operis erga te curabimus adimplere.

XXXIII.

Duci Venetiarum, animans eum ut perſeveret devotus in fide, numerando multa ſervitia impenſa ſibi per eum & Venetos (1).

HAbet & merito noſtræ benignitatis humanitas, unde tibi gratiarum rependat

Ee 3 (2) xe-

(2) *ſi* abeſt. (3) *attenderes* l. attendens. (4) *veniſſet* l. permiſiſſet. (5) *erga te* deſunt. (6) *conſperſæ* l. compenſare conſparſæ. (7) *ſubſidioſa* l. ſubſidia. (8) *manu* l. manu prodit. (9) *ſublatas* *l. ſublata.* (1) *& Venetos* deſunt.

(2) xenia, unde favoris multiplicis gratiam repromittat, dum ſicut de tuæ ſtrenuitatis (3) actibus ad noſtræ Majeſtatis auditum gratifica ſemper nova proveniunt, dum ſicut jam ſæpe operum experimento probavimus, circa honoris auguſti faſtigium, & quæ amici ſunt amicabiliter promoves (4), & quæ affinis naturalis ſuaſionis (5) inductione diſponis. Nec mirum ſi talem exhibere te ſatagis, cum dilectio te nobis pura conjungat (6): nec mirum ſi te tanta virtute conſpicuum (7) præſentium negociorum & temporis habitudo concedat, cum dilectionis indicia, [quam ad (8) te, tanquam amoris integritate præcipuum hactenus immaculatam habuimus, & habemus] ſic de chariſſima conſorte tua, nepte noſtra, intercedente (9) pridem affinitate concreverint: ſic carnis identitas, quæ (10) primitus in voluntatis gratitudine fuerat, neceſſitatis quodammodo nexibus annodarit, ut verſa jam gratia voluntatis in debitum, & velit & debeat tui honoris auſpicia noſtra (11) Serenitas laudabiliter promovere. Studeat igitur tuæ circumſpectionis induſtria, quam ſecuris profecto verbis alloquimur, nobilitatis imaginem, circa noſtra negocia (12) laudabilium actuum operatione depromere: ſtudeat ut amicitia prima florigera in affinitatis noſtræ provectu (13) fructificet: ſtudeat ut ſic te nobis

(2) *rependat* l. impendat. (3) *de tuæ ſtrenuitatis* l. te ſerenitas. (4) *promoves* l. promovens. (5) *ſuaſionis* l. ſubventionis. (6) *conjungat* l. conveniat. (7) *conſpicuum* l. conſpicimus. (8) *ad* l. de. (9) *intercedente* l. intercedendo. (10) *quæ* l. quod. (11) *noſtra* l. noſtri amoris. (12) *negotia* l. ſervitia. (13) *provectu* l. proventu.

bis tranſcurſus temporis affinem exhibeat, quod de nobis tanquam affinis ſtabili mente confidere videaris, cum præter noſtræ plenitudinem gratiæ: quam tibi favorabiliter pollicemur, te præ cæteris intimum tenere velimus amicum, & colere, velut chariſſimum deſideremus (14) affinem.

Cap. XXXIV.

Duci Venetiarum (1).

PRæſto nobis eſt cauſa Pocer egregie, unde devotionis tuæ ſinceræ conſtantiam, quam in ſervitiis noſtris obſequioſus exerces dignæ audis (2) titulis, & gratiarum uberum relationibus proſequamur: dum præter alia puritatis inſignia, quibus te præ cæteris noſtri honoris cognoſcimus (3) Zelatorem, illud venit præcipue votis noſtris accommodum, quod nuncios noſtros per civitatem Venetiarum hinc inde tranſitum facientes, à te ac Venetis aliis favorabiliter comperimus honorari, & quam familiaritatem (4) erga perſonam noſtram oſtendere, locorum intercompede præpediente, non potes, bonæ voluntatis judicio (5) prætendis in noſtris. Cumque lex etiam Evangelica doceat, quod domino cedit ad gloriam, quicquid uni ex minimis ejus prona devotione confertur, favoris (6) noſtri

(14) *deſideremus* l. deſideramus. (1) *Duci Venetiarum* l. Comiti ſuper eodem vel quaſi. (2) *audis* l. laudis. (3) *cognoſcimus* l. præſcimus. (4) *quam familiaritatem* l. quæ familiariter. (5) *judicio* l. indicia. (6) *favoris* l. & favoris.

gratia (7) tibi proinde grata cordis noſtri affectione promittimus, & tuæ ſinceritatis obſequia, in retributionem (8) noſtrorum examine magnifice diſponimus & munifice compenſare. Tu igitur honorem noſtrum ubilibet (9) ſolida magnanimitate procurans, ſic ſtudeas futuros actus tuos continuare præ cæteris, ut gratiæ noſtræ fructum, quem erga te (10), de præcedentium ſervitiorum exhibitione [concepimus, in poſterum ex proſecutione ſequentium protendamus 11.]

Cap. XXXV.

Comiti ſuper eodem vel quaſi (1).

INter gratitudines alias, quæ votis noſtris accedere potuerunt, illam habuit Serenitas noſtra præcipuam, quod marchia Anconitana & Firmana præcipua civitas (2), quam æmulorum noſtrorum falſa ſuggeſtio a (3) beneplacitis noſtris aberrare (4) coegerat, tuæ interpoſitione virtutis, ad viam rectitudinis, & ad cultum noſtræ fidei ſe convertit. Ex quo præter alia tuæ devotionis obſequia, quæ te in conſpectu noſtræ Majeſtatis clarificant, hæc ſpecialiter te clariorem efficiunt, & noſtris obnixe viſceribus impreſſerunt. Licet igitur

(7) *gratia* l. gloriam. (8) *retributionem* l. retributorum. (9) *ubilibet* l. viriliter. (10) *te* l. te gerimus. (11) [ ] l. ſequentium procedamus. (1) *Comiti ſuper eodem vel quaſi* l. Commendat quendam, cujus induſtria civitatem ad fidem convertit animans eum ut continuet. (2) *præcipua civitas* l. præcipue civitatem... (3) *a.* l. &. (4) *aberrare* l. oberrare.

tur tuæ devotæ virtutis experientia ſibi ipſa ſit ſtimulus, nec extrinſecæ motu exhortationis indigeat: devotionem tamen tuam monemus, & hortamur attente, quatenus proceſſum(5) ex præcedentibus actibus præſentibusque laudabiliter ad conſummationis gloriam futuram continuando perducas: ut ſicut in his quæ tuæ induſtriæ commiſimus, hucusque quievimus, ſic in his quæ facienda ſuperſunt in poſterum quieſcamus.

Cap. XXXVI.

Fidelibus ſuis Terræ laboris, ſuper conſtitutione (1) *civitatis novæ.*

Fidelium noſtrorum indefeſſa ſinceritas, in beneplacitis & ſervitiis noſtris, nullis torpens (2) eventibus, eorum ſemper memorem noſtram munificentiam ſibi facit, ut nativa perſeverantia gratiora beneficia mereatur. Ipſorum autem (3) auxilia quanto conſtantius, ſic eorum devotio pronior ad beneplacita noſtra & devotior reperitur, tanto magis humanitatis noſtræ clementia, licet eam frequenter negociorum diverſorum pluralitas urgeat, in vita tamen multotiens (4) patitur poſtulari. Inter arduas ſiquidem curas, quibus circa ſalutem noſtrorum fidelium inclinamur, occurrit, nobis Imperiali meditatione

Ee 5 præ-

(5) *proceſſum* l. proceſſum tuum. (1) *conſtitutione* l. conſtructione. (2) *torpens* l. temporibus turbationis. (3) *autem* l. enim. (4) *multotiens* l. frequenter.

præcipuum regni noſtri pomerium omnium (5) vallari munimine, quo ademptis aditibus (6) hoſtium (7), fideles noſtri ex omni parte pulchritudine pacis virentes, yeprium læſione purgata, æmulorum jacturam non timeant, cultui noſtro creſcant, juxta morem fructificent, & antiqui fructus & puri pariant ubertatem. Ex quibus (8) revera cauſa conſurgat (9) potiſſima, qua civitatem noſtram (10) flagellis ad flagellum hoſtium, in eo ſitu fundari providimus, quo infidelibus tranſitus habilior cernebatur: ut ex ea feras hoſtibus & hoſtium firmaremus, & in detrimentum eorum noſtris fidelibus pronius refugium habeatur. Quam cum ad præſens munire mœniis noſtra præcepit celſitudo, fidelitati veſtræ (11) firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vota noſtra veſtraque commoda in his fideliter proſequentes, executioni & ordinationi Rogerii de Canalibus, fidelis noſtri, quem [de ſui providentia (12) & fidelitate confiſi] ſuper hujusmodi negotio providimus deputandum ſuper conſtructione mœniorum ipſorum memori devotione ac fide ſolita pareatis, in his juxta ordinationem ipſius ſubventiones neceſſarias præſtituri: ut pro (13) indeſinenter exhibitis, & devotius (14) exhibendis, in præmii laudabilioris effectum, munificentiæ noſtræ gratia gaudeatis, dantes ſibi ad requiſitionem

(5) *omnium* l. omni. (6) *quo ademptis aditibus* l. qui adeptis ſibi. (7) *hoſtium* l. hoſtibus. (8) *quibus* l. his. (9) *conſurgat* l. conſurgit. (10) *noſtram* l. ipſam. (11) *veſtræ* l. tuæ. (12) *providentia* l. prudentia. (13) *ut pro* l. quod. (14) *devotius* l. de.

nem ſuam conſilium, auxilium, juvamen (15), ubicunque ei fuerit oportunum, & à vobis duxerit requirendum: ita, quod commiſſum ſibi Curiæ noſtræ officium celeriter & efficaciter exequatur, & vos poſſitis per effectum operis merito (16) commendari.

Cap. XXXVII.

Elegantiſſimum dictamen, inter magiſtrum Petrum de Veneis & dominum Johannem (1) *Archiepiſcopum Capuanum.* [*Et primo conqueritur idem dominus Archiepiſcopus, quod magiſter Petrus non viſitavit ipſum per literas ſuas* 2].

Abſit mihi domeſtica vinea, quod ita ſit ſterilis animo, ſicut verbo, quia ſi non (3) eſſet tollerabilius ſuus non diceerer, & ipſa vel ipſe meus competentius taceretur. Hoc, inquam, abſit remotius, ut ſuus non dicatur alteruter ex duobus: quos una provincia genuit, & una terra lactavit, & incrementis ſequentibus non multum diſpar provectus arriſit: & (4) adhuc etiam abſit & tertium (5), ut lingua non redoleat inter nos affectum, & hauſtus vocis non auriga ſit operis, ut mutuo ſui dicantur, nec ſint. Hæc inquam (6) inter mores (7) homines abdicant, & natura proſcribit (8). In his itaque ſi Petrum aut Jacobum negligentia feriat, vel maculet

(15) *juvamen* l. & favorem. (16) *merito* abeſt. (1) *Johannem* l. Jacobum. (2) [ ] deſunt. (3) *non* abeſt. (4) *&* abeſt. (5) *tertium* l. aliud. (6) *inquam* l. unquam. (7) *mores* l. mores &. (8) *proſcribit* l. præſcribit.

culet culpa perſpicacitas veſtra mundo jam experta, diſcutiat, nec (9) quaſi patris verenda rideat, cenſuram reſtringat: non enim pudet argui ſub patre filius (10), ſi peccavit (11). Reor tamen, quod me tuetur exceptio, quæ tam peremptoriis, quam minoribus ſubducit ægrotos, & diem prorogat (12) etiam, dum pœnalis inſtantia moram accuſat. Cum enim multis morer (13) occupatus majoribus, qualem me dimiſeritis oblivio non obduxit. Collectis ergo per calculos menſibus, usque num (14) docebit vos veritas, qualiter non ſolum mihi, ſed & multis in me mors remedium fuerit, & vita tormentum? Quid itaque mirum, ſi tunc non ſalutavi quem diligo? dum in me crebris acceſſibus pullulans ſola deſperatio vivendi viveret & ſalutis? Sic igitur in vos invehor dum accuſor, & primo ſecundum evangelium infirmus fui, & non viſitaſtis me; quod utinam in vobis Senatus ſuperior quaſi culpam non arguat, vel (15) neglectum ſolum adjudicans obſtupeſcat. Ha fili, fili, quantum multis eſt amarum ſilentium, quorum loquela dulceſcit, & probat regula: quid argumentatur per ſimilia à ſimili, & aſſumitur ſecundum materiam quæ tractatur: amaritavit (16) me morbus dum fremuit, nec minus Petri (17) ſcribentis officium adverſus me, dum ſuſpendit. Sermo tamen prolixior, quem poſſet materia texere, breviatur, & de culpa vel

(9) *nec* l. vel. (10) *patre filius* l. pectore filii. (11) *peccavit* l. peccavi. (12) *prorogat* l. provocat. (13) *morer* l. mereor. (14) *num* l. nunc. (15) *vel* l. ſed. (16) *amaritavit* l. amarificavit. (17) *Petri* l. Petrus.

vel offenſa ſi extitit, pace data. Rogo quatenus de triumphalibus auſpiciis domini, & proſpero ſtatu veſtro patrem Petrus frequenter lætificet, nil annectens excuſatorium ſic dicendo. Ha pater pater quem gaudia (18) diſtrahunt, hunc alludere calamo non permittunt, fateor: ſed tempus in hujusmodi non per momenta ſic tollitur, ut quies vel otium non alternet, alioquin defectum concluderet ille verſiculus:

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Totum ergo remittitur, & nihil ex præteritis (19) imputatur, dummodo Petri per literas ſuus Jacobus confortetur.

Cap. XXXVIII.

Idem, eidem, & ſuper eodem.

SEmper creſcit culpa, quamdiu differtur (1) emenda, & mora quæ ingruit, donec purgetur, moroſior judicatur. Olim credo ſcripſi ne diutius ſub hac mora langueſcere, & in vobis clauſtra ſilentii precatus ſum reſerari, quæ mihi longo jam tempore dum oſtiarius clauſit patri (2), filius amarum vulnus inflixit, cui recta (3) medela nunc paratur (4), ut præſcripto ſilentio mutus hactenus jam loquatur.

Cap.

(18) *gaudia* l. grandia. (19) *ex præteritis* l. ad præterita. (1) *differtur.* l. ceſſat. (2) *patri* l. pater. (3) *recta* l. recte. (4) *paratur* l. patitur.

Cap. XXXIX.

Excuſat ſe magiſter Petrus de Vineis, ſi non ſcripſit, eo quod idem Archiepiſcopus ſibi non ſcripſerit, cum ſcripſiſſet aliis, ut petebat.

FAteor pater, quod juſte redarguor, ſed injuſte condemnor, eatenus veruntamen juſtitiæ nota porrigitur, quatenus efficacia juſtæ (1) petitionis extenditur (2). Sed & tolerandus eſt filius ſi peccavit, paternæ decet condemnationis mole non obrui, quam, licet appellationis lima prompte non lateret, ſupportationis tamen remedio reverenter evitat. Etenim quod in taciturnitate filialis obſequii expergefacta memoria paternæ dilectionis obſtupuit, quam in oblivionem unius pauperis filii & devoti, oblectamenta nobilium, & ſublimium amicorum deliramenta ſubduxerant ſtupentem patrem natura cogente non arguo, ſi ſomnolentus à filio voluit per frequentis (3) vocis inſtantiam excitari. Crudelis tamen & impia conditio ſequeretur, ſi ſeveri patris judicium filius ſentiat, quem juſta (4) timoris allegatio protegit, & ignorantia paternæ voluntatis excuſat. Quieti tamen natura, non homine terminum imponente, evigilatus eſt pater, filium pavidum & tacitum invenit, ac lacte paternæ dulcedinis præ ſomni longitudine ſitientem confortat, pavidum famelicum educat, ſed tacentem accuſat, paterna pietas reveren-

(1) *juſtæ* abeſt. (2) *extenditur* l. oſtenditur quanquam ſubſequentis objectio defenſionis elidit. (3) *frequentis* l. frequentem. (4) *juſta* l. juſti.

rentiam arguit filialem: Confortatus filius loquitur, timoris exceptione ſe protegit, redargutus, ſed tamen à patre non reſpuit nutrimentum. Sufficit-ne nobis iſtud ô pater? quod cauſam veſtram ego ipſe qui notor, pietate juſtificor. Quod me timoris ac reverentiæ ſolum exceptione (5) defendo: quod condemnationis paternæ ſententiam filiali ſupportatione devito. Dicet forte pater, non ſufficit: ſed mentem exiget à filio meliorem, ut (6) forte culpam fore confitear, ubi culpa non ſubeſt. Quid faciam? cedam patri, culpam confitebor & dicam, peccavi pater in cœlum & coram te. Sed, ut ſcelus omne proſcribam, negligenter me habui: luxurioſe tamen non vixi: ſacra paternæ reverentiæ nullo meretricio pollui, quanquam obſequium filiale præſtare devotius, prout pater exiſtimat, debuiſſem: veſtra pater eſt vinea, etſi dignemini non velle, contrarium dicetur (7), ad vineæ veſtræ palmites ſeu radices, nulla (8) corruptionis mixtura pervenit: nullum (9) ſaporem alteravit inſitio (10): nulla colorem alteritas variavit. Talem vindemiam habetis ex vinea, [qualem plantationis materiam contuliſtis. Cauſamini pater, quod vinea 11] veſtra botros indebita quantitate non afferat, quod arefacta ſit vinea. Reſpondeo (12): Et vos cur manum ſubducitis cultui, & fontis irrigui copiam denegatis? Cauſamini privignum in filio, detri-

(5) *ſolum exceptione* l. ſolius ex exceptione. (6) *ut* l. ut ibi. (7) *dicetur* l. veſtra dicetur. (8) *nulla* l. nullius. (9) *nullum* l. nulla. (10) *inſitio* l. infectio. (11) [ ] deſunt. (12) *Reſpondeo* l. reſpondetur.

detrimentum in alumno: Reſpondeo. Et vos cur lactis dulcedinem alumno ſubtrahitis, & cur in filium ita crudeliter novercatis. Excuſationibus veſtris, & incuſationibus meis manum veſtram ſomnolentam & debilem à ſcriptura abducitis propter morbum. Utinam, chare pater, nec mihi fuiſſet hactenus ſomnolenta, nec aliis expedita: ſed ut vidi frequenter & providi, dormitavit hæc filio, ſed aliis vigilavit. Super his omnibus, pace data, petiiſtis quod nullo prætextu excuſationis propoſito (13), proſperum ſtatum meum [ſi tamen (14) caſtra ſequentem ſequeretur proſperitas] & principalia Principis nunciarem. Durum & impoſſibile petitur, quod me veſtra redargutio ſic proſtratum, ſic jacentem invenerit, ſic relinquat, ut ad increpanda patris eloquia non aſſurgam. Pacem propterea nobis dare poſſumus invicem: ſed nullatenus ego mihi & cordi meo, quin doleat, ſed (15) & oculis quod non fleant, dum ſubreptum mihi patris animum video & cauſſam ignoro. Vinea mea quid fecit vobis? vel noſtra potius: quod irrigationem ejus ad aliam, quæ demum vobis labruſcas afferet, tranſtuliſtis? Denique quantumcunque dolentis ingenio dolor, & doloris materia ſeu juſtitia ſubtrahat voluntatem, imperio tamen patris obediam, & epiſtolæ, quæ poſtquam Germaniam (16) circuivit, tandem ad me noviſſimo menſi Auguſti fatigata pervenit, reſpondeo, quod corpore valeo: labore tamen

(13) *nullo prætextu excuſationis propoſito* l. excuſatorio nullo propoſito. (14) *ſi tamen* deſunt. (15) *ſed* l. ſcilicet. (16) *Germaniam* l. totam Germaniam.

tamen continuo laboro, dum inter Charybdim & Scyllam, inter Cardinalium ſcilicet & Lombardorum aſtutias, navicula filii tumidis fluctibus fatigatur. Cæſarea geſta magnifica vos epiſtola Principis frequenter edocuit, cujus chartam ſcribentis filii manus, nudam & vacuam aliquando tetigit, & ingenium virginem defloravit.

Cap. XL.

Item ſcribit ei dominus Capuanus, & iſta epiſtola laudat eum, & poſtea mordaciter reprehendit.

NOndum me ſalutaverat epiſtola quam miſiſti, cum ex duabus miſſis à me non levis querela perſtreperet (1), tanquam eas in incertum direxerim (2), ut per arida climata (3) gelidum aera ſalutarent. Ideoque ſe relegatas potius cauſabantur quam miſſas, dum ab illo receperant legationis officium, cui ſenſus & probitas quietem invident, magisque ſibi domeſticant diſcurſus, quam ſtatus: quem (4) ſic per veſtigia (5) ſublimia diſtrahunt, quod modicum ex eo minoribus familiaritatibus (6) relinquunt. Igitur dum querelis hujusmodi mentem divellerent, ac ſi mihi veris objectionibus concluſiſſent, tua ſubito reſponſalis ſe obtulit, & indicto ſilentio murmuri, ſpiritum in me pacificavit quieti. Nec mora, nexus tarditatis (7) rumpitur, facies epiſtolæ revelatur:

(1) *perſtreperet* l. perceperat. (2) *direxerim* l. direximus. (3) *climata* l. elementa. (4) *quem* l. quia. (5) *veſtigia* l. faſtigia. (6) *minoribus familiaritatibus* l. mitioribus familiaritates. (7) *tarditatis* abeſt.

tur (8): ridet ſpecies, quia niſi defuerit (9) colorum varietas, figurabat picturam. Sed quam primum per clauſulas diffunditur oculus, miratur legentis ſtudium, ſi potuit in homine tale ingenium concipi (10), quod tantam (11) verborum pareret majeſtatem. Volebam [fateor] turbam quæ aderat poſtico fallere, ut familiarius mecum eſſet, ne tam dulciloquii vel ſtilla deflueret, quæ legentis ſenſibus raperetur (12). Credis ne potuerim, quin citius (13) odor vineæ domum repleverit, quandoquidem in facie Jacobi, quam aliqui nondum viderant, Petri paginam jam legebant. Si converſus ad lectionem, urgeor, oblectat ſeries, mulcetur auditor, ſed ſudant ingenia, dum ſatagunt provehi ad alta tribunalia ſtyli, occurrit tandem ille verſiculus:

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Sed beatus qui intelligit, neque curam negligit, ſed dum vacat ſurculis inſeri, & ſurculos ſibi inſerit ex electa (14) vinea Petri: erit tandem ut talis inſitio propaginetur invicem, quandoquidem ex magiſterio (15) Judicis quisquis familiariter legerit acinos (16), cito, certo certius germinabit racemos. Hæc credo pauca ſufficiunt, ne ſcribentis gloria penes me videatur neglecta, ſive quod humiliatur ad veniam, ubi conſcientiam non arguit culpa, ſive quod in verbi cythara patrem (17) filius, ſanus languidum

(8) *revelatur* l. relevatur. (9) *niſi defuerit* l. inde fuerit. (10) *homine tale ingenium concipi* l. hominem talem ingenium. (11) *tantam* l. tamen. (12) *raperetur* l. reparetur. (13) *citius* l. potius. (14) *electa* l. clara. (15) *magiſterio* l. miniſterio. (16) *acinos* l. annos. (17) *patrem* l. patientiæ.

guidum, fortis debilem confortavit. In finibus tamen iſtis, quia metam ſibi non aſſignavit epiſtola, forte geſtiens calcibus laſcivire, cogor longius progredi, ne mihi quid inhæreat ex illius ſcoria dicti: ubi ſcilicet durum (18) & impoſſibile jactitas, ut ad increpanda patris eloquia, non exurgas. Pudet verbi, quo ſibi contrarius pungitur & cum (19) quisquis poſt veniam contumelioſus offertur, præſertim ſi patrem increpet filius, quæ contumelia non redimitur hirco vel pecude, ſed tanquam crimen maximum, corripitur morte. Et certe ſi terrerent pleroſque filios tonitrua ſcripturarum, etiamſi facies eorum patres conſpuerent, oculos irreverentiæ non levarent. Redeat igitur ad ſe filius, & ſic ſecum cognoſcens, quod extra ſe lapſus eum linguæ portavit. Hoc enim rectius eſſe potuit cordi flebile, & oculo lachrymoſum, ne ſurreptum tibi patrem vana (20) cauſaretur opinio, tanquam in te didicerim eventus ſecernere, ut plauderem proſperis, & terga darem adverſis. Dic tamen, ſi recolis, hujusmodi ſcholæ limina, ſicubi (21) videris plantis Jacobi trita (22)? Audeo dicere, poterit in amicis ei (23) ſpecialiter in te, fili mi, de conſtantia crimen (24) ingeri. Sed nunquid mutabilitas (25) exprobrari? non credo talem imaginem quod de me ſculpat veritas: etiamſi penes te mens ingenioſa coloret. Ideoque potuit ſequens (26) clauſula de cordis atrio non

 erum-

(18) *durum* l. dignum. (19) *& cum* deſunt. (20) *vana* l. vaga. (21) *ſicubi* l. ſicut ubi. (22) *trita* l. tanta. (23) *ei* l. &. (24) *crimen* l. omnium. (25) *mutabilitas* l. mirabilitas. (26) *ſequens* l. ſæpius.

erumpere (27), ut irrigationem domeſticæ Vineæ translatam in alias diceret, ex quibus ſic labruſcas colligo, quod de uvis fameſco. Amen dico tibi tales neſcio, quanquam ex labruſcis non ſemper ſit uſus ſterilis: dum vinum liquor colorat pallidum, & in floris ſubſtantia gratum ſaporat odorem. Cæterum non intelligo unde locus fuerit, tam gravi querelæ; ubi nil ſum conſcius, quod inter amicos & proximos in me debilitaretur (28) affectus (29), quin Jacobum Petri, & Petrum Jacobi profiterer. Quæ ſane profeſſio firmis provecta radicibus, ita ſenuit olim in juventute, ut quotidie pubeſcat in ſene. Valeat ergo Petrus meus, & Vinea mea, & quieſcat in hoc calamus, ut inter amicos & proximos vel vicinos, Petrus apud (30) me nulli ſcribatur ſecundus.

Cap. XLI.

In hac epiſtola magiſter Petrus de Vineis confitetur ſe culpabilem, unde petit veniam.

PAter mi, quam terribilia in (1) verborum veſtrorum ſublimia mittis, quorum nec tactus ardorem manus ſuſtinent, nec oculi poſſunt tolerare fulgorem, non ſunt hominis oculi lintei, nec humeri gigantei, quod ſermonum veſtrorum profunditatem inſpicere, & ſententiarum pondera valeant ſuſtinere. Vix aliquando poſtquam à vobis abfui, lingua veſtra ſe mihi levem exhibuit, vix ſe manus veſtra

(27) *erumpere* l. corrumpere. (28) *debilitaretur* l. debilitaret. (29) *affectus* l. effectus. (30) *apud* abeſt. (1) *in* l. mihi.

ſtra pacificam, quin contentionem verborum proferret epiſtola, vel correctionem virgæ dextera minaretur. O quam blandus & efficax fuit ille primus meæ culpæ (2) delator? O quam veridici teſtimonii teſtis exceptione qualibet major? qui ſic atrocem injuriam filii detulit, ſic atrociter comprobavit, ut radicatam in fundo puri cordis offenſam evellere filius, proh dolor! jam fruſtra laboret? Certe pater ſi vidiſſent oculi veſtri coram ſe de filio, quod aure aliis dicentibus audiviſtis, non ſic irremediabiliter viſa viſu colligere, quam audita concipere debuiſſetis auditu. Sed ut manifeſtiſſime pateat, nimis declivis & fluxibilis via eſt auris (3), nimis tenax, dum facile verbum ingreditur, & ingreſſum digeritur citius quam vomatur. Indulgeat ei Deus, qui patrem ſic credulum commovit in filium innocentem, nec miremini, quod ignoſco tam leviter circa me tam graviter delinquenti. Induxit hoc etenim non culpæ vel veniæ levitas, ſed exempli cupido, quo potiri (4) vos pater libentiſſime cuperem, ut ſicut ego deferenti (5) miſereor, vos delato ſimiliter ignoſcatis, ac ſi forſan [quod abſit] in tantum (6) offenſa circa cordis veſtri (7) nervos radicata convaluit (8), ut aliquatenus erui vel evelli non poſſit, utque quod eſt ſeverius, defenſionis copiam, quam nulla delatis calamitas abſtulit, denegetis, in hoc ſaltem mihi (9) veſtra paternitas, licet irata conſentiat, ut ſuppreſſo quantumlibet nomine

(2) *culpæ* l. epiſtolæ. (3) *auris* l. auris ad omnia. (4) *potiri* l. potui. (5) *deferenti* l. deferentis. (6) *tantum* l. tanta. (7) *veſtri* l. mei. (8) *convaluit* l. coaluit. (9) *ſaltem mihi* l. igitur vel.

mine delatoris, cujus aut quorum non ſum ego prorſus ignarus, delati criminis qualitas detegatur. Et ſi de me licet taciti quæritis (10), quid exinde poſtquam ſcivero, niſi cauſam amaritudinis conſequar. (11). Reſpondebo. Quia vel in vero motus (12) veſtri laudabo juſtitiam, quanquam forſan veniam laudare non poſſim, vel in falſo meam innocentiam commendabo. Conſequar etiam adhuc aliud, quod cum (13) audita commiſſi facinoris qualitate, vel deſperabo de venia, vel ſatisfactionem quamlibet imparem reputabo: nec vobiſcum poſtea ſed mecum ipſe confligam, & pugna veſtra, etiam me jacente,.. deſideratum victoribus exitum ſortietur. Deſinetis poſtmodum aures meas verborum veſtrorum tonitruis propulſare, nec voluntatem (14) meam accuſabitis amplius, nec provocabitis voluntatem, dicentes: quod ſive velim ſive nolim patrem compatriotam, concivem vos (15) habeam, dominum & amicum: nec (16) præſenti ſub virga non diceretis (17) hoc filio, quod abſenti per literas intonatis. Dicite mihi quæſo pater & domine, quando & qualiter ego unquam hoc volui, quod beneficium patris, converſationem civis, & puritatem amici, ſi placet vobis hoc (18) ſcribere, recuſarem: imo ſi in aliquo patri dicenti liceat contradicere filio prorſus, & prorſus contrarium procuravi adeo, quod de hoc ſolum vereor, ne me apud vos amici mei vel

(10) *quæritis* l. conqueritis. (11) *conſequar* l. conſequatur. (12) *motus* l. victus. (13) *quod cum* l. prout. (14) *voluntatem* l. innocentiam. (15) *vos* abeſt. (16) *nec* l. dicentes quod. (17) *diceretis* l. dicentes. (18) *vobis hoc* l. hoc mittere ſeu.

vel inimici potius detulerint, quod circa me patris affectum, concivis gratiam, & amici puritatem à diebus aliquibus circa (19) aut enervatam invenerim, aut [ut mihimet blandiar] retardatam. Finiam (20) igitur, & jucundiori fine perficiam (21) quam [incœpi, veniam expeto ſi loquendo profuſius, ſi ſcribendo 22] forſan amarius dolentis filii & (23) innocentis conſcientiæ vena (24) defluxit: & aperta voce clamabo, quod vos me habere patrem oporteat, [concivem expediat 25] & delectet amicum.

Cap. XLII.

In hac epiſtola concludit dominus Capuanus, & conſolatur, laudando eum de dictamine.

INter nos jam ſufficit verbis agi, Petrus ſit Jacobi, & Jacobus Petri: imo ſic (1) ſit utriusque alteruter, ut proſpera dum contigerint, quaſi plena promptuaria eructent ex hoc in illud, & inter unum (2) & reliquum verus amor dividat per ſemiſſem (3). Super his hactenus luſit invicem calamus, ſed lyra dulciſona juvenis, pſallere ſenem fecit, per quod patris diſcuſſit rudia, filii docta manus. Sint igitur hæc inter nos, quaſi terram cordis præſciderit verbi vomer (4) ad cultum, ſemen-

(19) *circa* l. cura. (20) *ratardatam. Finiam* l. recordatam firmam. (21) *perficiam* l. propoſitam. (22) [ ] l. accepi vineam expecto ſic. (23) & abeſt. (24) *vena* l. veniam. (25) [ ] deſunt. (1) *ſic* abeſt. (2) *in illud, & inter unum* l. nullum in terrenum. (3) *ſemiſſem* l. ſeipſum. (4) *terram cordis præſciderit verbi vomer* l. terra cordis præſiderunt ubi vomet.

que ſparſerit (5) affectus ad fructum, ut herba deinceps coaleſcat in ſegetem, & in culmo ſpica proficiat, ut graveſcat (6). Fient autem hæc (7), ſi ſuſcipiat formam materia, & (8) circa nos ſi quis eſurit, ſpicam quam (9) produximus, colligat, qua fruatur (10). An non ſic habet ſcriptura, qui frumentum abſcondit, male dicetur in populis? Abſit ergo quod Petrus vel Jacobus, ut frumentum favoris & operis cum alteri expedit alter obtegat ſub ariſtis, quæ ſunt detractionum aculei, & mendacii punctiones. Stillent ergo montes dulcedinem quaſi (11) tales fecerit nos Deus in noſtris, quia lac & mel colles fluent, ſi ex nobis, quos caro proximat (12), carnis debitus vigor alat. Salva tamen fide (13) per omnia, ne quid voluntatis pereat, nec quid de juſſis (14) prætereat dominantis, contra quem ſi quis impetit (15), mundi & ſanguinis neceſſitudo pellatur pro Deo, fili, quia Deo ſervies, nullus apud te, qui meus es, ſcribatur extraneus (16).

Cap.

(5) *ſparſerit* l. ſemper ſit. (6) *ut graveſcat* l. & graneſcat. (7) *Fient autem hæc* l. fiat hoc ſi partum confectum edixerat. (8) *&* l. ut. (9) *quam* abeſt. (10) *fruatur* l. obruatur. (11) *dulcedinem quaſi* l. ſi. (12) *proximat* abeſt. (13) *fide* deeſt. (14) *juſſis* l. præmiſſis. (15) *impetit* l. impendit. (16) *extraneus* l. extraneus, nec patrem dedigneris judicem. Si quis meum judicem offendat, eorum ſuper his ſemper inquam organum debuit ad filium eſſe patri.

Cap. XLIII.

Capitulum Capuanenſium regratiatur magiſtro Petro de Vineis, quod aliquid petit (1) *ab eis, &c recommendat ſe ſibi.*

UTinam in magnis à nobis (2) gratiam ſentiretis, quam in minimis ex innata vobis benevolentia memoratis (3). Bonarum quippe mentium (4) eſt, non quid fiat, ſed quo animo fiat attendere, & obſequentium debitum gratiam reputare (5). O quantum debet vobis Eccleſia: O quantum vobis civitas Capuana tenetur: quia non à civitate vel provincia laudem, ſed civitati & provinciæ laudis (6) titulum acquiſiſtis: ut jam non Petrus à Capua, ſed à Petro Capua latius agnoſcatur. Felix radix quæ fructiferum protulit palmitem, felix vinea quæ vinum præcipuum germinavit. Grates ergo vobis referimus, quod à nobis requiritis gratiam: & quod mandaſtis, implevimus gratioſe: rogantes ut Eccleſiæ, matris veſtræ, non ſitis immemores. Cujus vos in ſacramentis eccleſiaſticis ubera lactaverunt.

Cap. XLIV.

Magiſter Petrus de Vineis cum magnis præconiis extollit nomen Imperatoris.

QUæſtionis arduæ petita reſponſio, in quantum reſpondenti permittitur, enodatur.

(1) *petit* l. petierit. (2) *nobis* l. nobis reportare. (3) *ex innata vobis benevolentia memoratis* l. æſtimata nobis benevolentiæ mora. (4) *bonarum quippe mentium* l. bonorum quocunque meritum. (5) *reputare* l. reportare. (6) *laudis* abeſt.

datur. Grandis namque (1) progreſſus materiæ, infinitis (2) terminandæ limitibus rancoris propinat judicia, & ex telæ diffuſæ contextu, quæ de præconio ſummi Cæſaris hoſtes cedentes (3) ordıtur, ne quid ex contingentibus obmittatur, manus ſcribentis tremeſcit & ſtupet. Quis enim poſſet amplo famine præpotentis tanti principis inſignia promere? in cujus pectus confluunt quicquid virtutes habent (4), quem nubes pluerunt juſtum, & ſuper (5) eum cœli deſuper roraverunt. Non Plato, non Tullius, non filii (6) tenebrarum, qui ex ore ſedentis in trono, in generatione ſua prudentiores lucis filiis nuncupantur (7). Hunc ſiquidem terra, Pontus, adorant (8), & æthera ſatis applaudunt, utpote qui mundo verus Imperator à divino proviſus (9) culmine, pacis amicus, charitatis
Ezechiel. patronus, juris conditor [juſtitiæ conſerva-
17. tor 10,] patientiæ filius mundum perpetua relatione (11) gubernat. Hic eſt de quo Ezechielis verba proclamant. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate multiplici (12). Hic eſt de quo loquitur Jeremias: Replebo te hominibus quaſı botro (13), & ſuper te celeuma can-

(1) *namque* l. itaque. (2) *infinitis* l. inſtantis. (3) *cedentes* l. credentis. (4) *virtutes habent* l. virtutis habet. (5) *& ſuper* l. inſuper. (6) *filii* l. filius. (7) *prudentiores lucis filiis nuncupantur* l. prudens lucis filius nuncupatur. (8) *pontus adorant* l. ſatis adorat. (9) *proviſus* l. prorſus. (10) [ ] deſunt. (11) *relatione* l. ratione. (12) *multiplici* abeſt. (13) *hominibus quaſi botro* l. omnibus quaſı bruto.

cantabitur (14). Talis ergo præſidio Principis protectus mundus exultet, talem namque totus orbis vocabat in dominum [talem requirebat juſtitiæ defenſorem 15,] qui in potentia ſtrenuus, in ſtrenuitate præclarus, in claritate benignus, in benignitate ſapiens, in ſapientia providus, in providentia foret humanus. In eo denique inſita forma boni, tanquam livore carens, climata ligat, & elementa conjungit: ut conveniant flammis frigora, jungantur arida liquidis, planis aſſocientur aſpera, & directis invia (16) maritentur; ſub ejus namque partibus (17) deſtruuntur fomenta malitiæ, virtus ſecuritatis inſeritur (18): itaque gladii conflantur in vomeres, pacis fœdere ſuffocante timorem, & ejus metus (19) inſtinctu quicquid libertas negligit & licentia moderata (20) præſumit, victoriæ (21) cenſura caſtigat. O miranda divina clementia, fa-ſtum compeſcere prompta, perituro mundo (22) de tam mundo Principe tam conſulte quam utiliter providiſti, qui ex omni parte beatus, ſtrenuus, in toto cujuslibet turbationis pacator juſtiſſimus, ſine cura populi ſolus eſſe neſciret, quem ſupremi manus opificis formavit in hominem, ut rerum habenas flecteret, & cuncta ſub juris ordine limitaret. O utinam divina proviſio, per parentheſin dierum noſtrorum numerum reſecans, & Cæſareæ

(14) *celeuma cantabitur* l. columba cantabit. (15) [ ] deſunt. (16) *invia* deeſt. (17) *partibus* l. temporibus. (18) *virtus ſecuritatis inſeritur* l. virtutis ſecuritatis infertur. (19) *metus* l. motus. (20) *moderata* l. immoderata. (21) *victoriæ* l. rigoris. (22) *perituro mundo* l. paritura mundi.

reæ manui fulcimenta contribuens (23) annos Auguſti regnantis augeret (24). O naturæ felicitas, quanti privilegii prærogativa Principem ditaſti felicem, concedens aliis quod deficit in te ipſa. Hunc trames rationis antiſtitem, hunc exigebat juſtitiæ defenſorem, quæ (25) congruam ſervans utrobique temperiem, conatus cupiditatis infringeret, & ejus morſus (26) illicitos refrenaret. Cui jam virtutum incipiunt myſteria invidere: ea videlicet invidiæ ſpecie, quæ non ardore livoris æmulantis deſtruit animum, ſed in ſuavitatis odorem flatibus incitat charitatis. Vivat igitur, vivat ſancti Friderici nomen in populo, ſuccreſcat in ipſo (27) fervor devotionis à ſubditis: & fidei meritum, mater ipſa fidelitas, in exemplum ſubjectionis (28), inflammet.

Cap. XLV.

Magna laudum præconia, de bonitate magiſtri Petri de Vineis.

SAtis præclaros alumnos longe lateque (1) per orbem naturæ prægnantis peperit uterus, & plurimorum pectoribus partem ſuæ fecunditatis infudit: ſed propter (2) communem opinionem omnium, in ſingulari ſubjecto (3) congerens, quicquid contulerat univerſis, magi-

(23) *contribuens* l. contribueris &. (24) *augeret* l. augeres. (25) *quæ* l. qui. (26) *morſus* l. motus. (27) *ipſo* l. ipſum. (28) *ſubjectionis* l. fidelitatis. (1) *lateque* l. lateque diffuſa. (2) *propter* l. præter. (3) *ſingulari ſubjecto* l. ſingulare ſubſidium.

magiſtrum Petrum de Vineis cunctis peperit clariorem. Nec ſine merito ſic ipſum ſua liberalitate dotavit, cum virtutum congeriem, perſonarum varietas ſæpe confunderet, ſententiarum erraret (4) autoritas, & jura prompta ſolvere, buccis lacerata domeſticis, ordinarium judicem non haberet. Multum etenim ut requiem quæreret ſapientia felicis ingenium, & in gyro cœli, & abyſſi profundo circumquaque vagaverat: ſed in hoc demum ſua fixit tentoria, in hoc ſui motus circuitum limitavit; cum quo factum cor unum, & anima una; in eo ferrum de terra tranſtulit, & lapidem calore reſolvit, ut quicquid eſſet terrena groſſities, in (5) doctrinæ ſubſtantiam verteretur. Per cujus namque virtutis inſtinctum juſtitia mortificata reſurgeret & eclipſati (6) juris qualitas ſuæ diſcretionis induſtria ſupplementa ſentiret? qui velut novus legifer Moyſes de monte Synai, legum copiam conceſſam ſibi cœlitus hominibus reportavit: ut quorum noxius appetitus per luſtra devia oberrarat ad induſtriæ fabricam, qua impoſita quælibet diriguntur, ejus luce prævia dirigatur. Hic eſt ſiquidem alter Joſeph, cui tanquam fideli interpreti (7), ejus ſtudio magnus ubique Cæſar [de cujus potentia ſol & luna mirantur] circularis orbis regna (8) gubernanda commiſit: qui tanquam Imperii claviger claudit, & nemo aperit, & nemo claudit: cujus eloquentiæ tuba dulciſonans, orationis voce

(4) *erraret* l. ornaret. (5) *terrena groſſities in* l. in eo ineptum, duritiem continens, in aptam. (6) *eclipſati* l. eclipſata. (7) *fideli interpreti* l. fidelis interpres. (8) *regna* l. retia.

voce melliſluæ audientium corda demulcet, utpote cui quicquid erat ſub pallio ſolis abſconditum, præter clauſi libri ſeptem ſignacula divinus intuitus revelavit. Ipſe eſt etenim Petrus fundatus in petra, ut cæteros fidei ſtabilitate fundaret, & ſinceritatis ſoliditate (9) firmatus, foret aliis fundamentum. Relictis quidem retibus, princeps Apoſtolorum, Petrus ille piſcator (10) nimirum, ſecutus eſt Deum (11). Sed Petrus hic legifer à ſui domini latere non diſcedit: curam gregis dominici, paſtor ille curabat (12) antiquus: ſed iſte novus athleta juxta latus ſummi principis virtutes inſerens, & errores extirpans, in (13) ſtatera juſtitiæ ponderat, quicquid dicit. Galilæus ille tertia dominum ſua voce negavit: ſed abſit quod ſemel abneget Capuanus. O felix vinea, quæ felicem Capuam tam ſuavis fructus ubertate reficiens, Terram laboris irradians, & remotos orbis terminos inſtantia (14) tuæ fœcunditatis irradiare non ceſſas: à cujus ſtipite palmites non diſcrepant. [Ex te namque prodiit hic Petrus, quem commendabiliter 15] ejus effectus (16) laudabilem exhibet, eo quod habuit tam nobiliſſimum creatorem, & quem ornavit qualitas habitus, ipſum amictu (17) decoris adornat. Nam legis armatus peritia, Digeſta digerit, & Codicis ſcrupuloſitates elimat, dum in quadrigis ſedens

(9) *ſoliditate* l. fidelitate. (10) *piscator* l. piſcator eximius. (11) *Deum* l. Chriſtum. (12) *curabat* l. gerebat. (13) *in* l. & in. (14) *inſtantia* l. inſtantiam. (15) [ ] l. tanquam a bono fuſus initio Judex prodiit Guillelmus quem commendabilis. (16) *effectus* l. affectus. (17) *amictu* l. ambitu.

dens Imperii, ſuper emergentes quoslibet caſus & cauſas in libro judicii, quotiens ponderat & appendit, toties eos dirimit & decidit, quaſi (18) veritas ſub nube non lateat, quæ videntibus non celatur, angelum ſe fore ſanctum lucidius repræſentat. Hæc fuit itaque vinea, quam Philoſophiæ manus multo ſudore plantavit, & coluit, ipſam ſuæ irriguitatis amœnitate fœcundans: in qua tabernaculum eruditionis erexit, ut ex eo (19) mentes indoctæ doctrinæ reciperent ſpiritum, & ex ejus fructu mellifluo biberent ſitientes. Hæc eſt vinea, cujus radices grandis aquila, in terra negociationis de Libano aſportatas (20) ſecus decurſus aquarum, cum diligenti prudentia transplantavit (21) ad cujus virtutes eximias explicandas etiam lingua Tullii laboraret, ne forſan balbutiens in proſequendo deficeret & ſic diſplicendo placeret. Telæ finis imponitur quam ſtupendo contexuit Nicolaus.

Cap. XLVI.

Reprehenditur amicus, qui promiſſum enſem non dederat.

AMico vocali amicus realis ſalutem & fidem ſine operibus non valere: quod illa dilectionis imago, quæ per ſinceritatis ænigma vigere facietenus in vobis hactenus (1) videbatur, in ſubjecto peccaverit, ex

(18) *quaſi* l. quod ſi. (19) *ex eo* l. eo ex ea, (20) *aſportatas* l. aſportationis. (21) *prudentia transplantavit* l. providentia transfretavit. (1) *in vobis hactenus* deſunt.

ex ſtudiis veſtris fructus colligitur evidenter, & ex opere probatur ſatis efficax argumentum: dum immodico polliciti rupta promiſſio (2) minus in multis fidei (3) prædicat, & nihil in ſimilibus repromittit. Et ſic nedum amicum efficit in amore retrogradum, ſed præter omne fiduciæ meritum turbationis judicia provocat, & odium cum fœnore recompenſat. Scire poteſtis enim, & ſcire debetis, quanto cordis affectu quantoque animoſitas inconſtantia (4), de enſe mihi per vos prægnans facta extitit promiſſio, quæ à prægnantium ſimilitudine diſcrepans, nec diem pro duxit fœtui, nec horam partui commodavit: imo [ut loquela ſit verior] ex promittentis deſidia, ſicut pro firmo creditur, abortivit. Frater, cur evanuit ſic illa promiſſio? Cur amicum præcipuum, qui propoſitum in enſe firmaverat, ſic per frivola verba deduxit? Nunquid enſis potui eſſe retributor? Nunquid ad ſimile reſpondere? Conſidera igitur frater, & penſa quid feceris, ut ſi amicum, qui fidem (5) ex fide promiſſa conceperat, decepiſti, nunc te ipſum ſentias redargutum.

Cap. XLVII.

Regratiatur communi Mutinenſi (1), *dolenti de caſu regis Sardiniæ.*

EX relatione literarum veſtrarum, quas ſuper eventu H. regis Sardiniæ, dilecti filii

(2) *rupta promiſſio* l. rupti præſumtio. (3) *fidei* l. fieri. (4) *quantoque animoſitas inconſtantia* l. quantæque animoſitatis inſtantia. (5) *fidem* abeſt.
(1) *Mutinenſi* l. Mantuanenſi.

filii noſtri,nuper noſtro culmini deſtinaſtis, tanto clariorem novimus fidem veſtram, quanto per evidentiora ſigna cognovimus, non minus de caſuum noſtrorum adverſitate, vos deprimi, quam de ſucceſſuum proſperitate lætari. Hæc ſunt etenim devotionis judicia, quæ mater fidelitas requirit in ſubditis, ut qualitercunque fortunæ dubietas ſucceſſura proveniat, qualitercunque tempora promittentur (2), fidelium ſemper corda ſint eadem, & in laudabilium jugiter operum exhibitione perſiſtant. Sinceritatis itaque veſtræ conſtantiam proinde laudum titulis eo libentius (3) extollimus, quo plena de vobis votis noſtris reſpondente fiducia, vos ad noſtra ſervitia promptos ſemper & benevolos invenimus. Licet igitur caſus ipſe, ſi caſus dici debeat, ex quo negotia noſtra non cadunt, fabuloſe gravis & vulgariter horridus videatur: nos tamen ipſum pro levi ſeu minimo reputantes, altitudinem mentis noſtræ propterea in nullo deflexinus, nec ulla vel modica cauſa nos (4) proinde turbationis affecit. Sed cum bellorum facta ſint dubia, & Serenitatis noſtræ gremium abundet copia filiorum (5), æquanimiter hujusmodi nova ſuſcipimus, & noſtræ potentiæ dexteram, tanto propterea fortius in rebellium noſtrorum excidium incitamus (6), & erigimus ad vindictam, quanto propter hoc videntur apertius inanis gloriæ ventum & frivolam reſiſtendi materiam aſſumpſiſſe. [Cumque caſus hujusmodi gladium noſtrum potenter acuerit,

(2) *promittentur* l. permittentur. (3) *eo libentius* l. inde. (4) *nos* abeſt. (5) *filiorum* l. filialis. (6) *incitamus* l. excitamus.

rit, & in detrimenta nos hoſtium ardentiſſime provocarit 7:] devotionem veſtram hortamur attente, mandantes, quatenus rancoris cujuslibet ſpeciem abigentes (8) ſic more ſolito circa noſtra ſervitia laudabiliter inſiſtatis, quod ſpem, quam de vobis ſtabili mente concepimus, ſentiamus in (9) nobis in opere commodoſam (10). Nos enim temporis habilitate captata, ſic ultimæ depreſſioni (11) rebellium, apertis theſauris noſtris, & fidelium noſtrorum ſubſidiis aggregatis (12) vacare diſponimus, quod nedum cogantur à cœptis inviti deſiſtere, ſed potius pœniteant (13) incœpiſſe.

Cap. XLVIII.

Quod regnicolæ qui regnum exiverant, & in Imperio commorantur, ſecurius revertantur.

INnata cordi noſtro benignitas, circa fidelium noſtrorum compendia continuis intenta vigiliis, tanto majori cura de non minuendo, quin potius augendo regno noſtro (1) Siciliæ nos ſemper ſollicitat, quanto regnum ipſum præ cæteris auguſtæ fortunæ bonis carius æſtimamus. Audito igitur quam plures regnicolas de propriis profectos jam laribus,

(7) [ ] deſunt. (8) *ſpeciem abigentes* l. ſpem ambientes. (9) *in* abeſt. (10) *commodoſam* l. commendoſam. (11) *depreſſioni* l. reprehenſionis. (12) *noſtris & fidelium noſtrorum ſubſidiis aggregatis* l. noſtrorum fidelium ſubſidium congregatum. (13) *pœniteant* l. eos pœniteat. (1) *regno noſtro* l. regnum noſtrum.

ribus, in locis ignotis & peregrinis affligi, & fortaſſe dubitantes de reditu, dum timorem (2) eis incutit (3), quæ potuit oriri ſuſpicio de receſſu: nos pietate ſolita eorum in hac parte formidinem ſubmoventes, omnibus prædictis redeundi ad propria licentiam indulgemus. Illis tamen præſentis indulgentiæ noſtræ gratia carituris (4), quos vel participatio nuper in (5) perſonam noſtram concepti ſceleris, vel alias in Majeſtatem noſtram commiſſa vel tractata proditio, cum iſtis, nedum patria, ſed cunctus terrarum etiam claudendus ſit orbis, irremediabiliter de patria profugavit. Illis etiam veniæ præſentis beneficium denegamus, quos propter præteritam vel præſentem inter nos & Papam diſcordiam, perverſorum operum nobis judicia manifeſta notavere perfidia (6): vel noſtræ Celſitudini fecere ſuſpectos: vel poſt nimis obduratam ipſorum contumaciam, ex maleficiis aliis forbannitionis ſententiam incurrerunt. Quapropter villicationi (7) tuæ mandamus, quatenus omnibus de regno, quos in quibuslibet jurisdictionis tuæ partibus inveneris receptatos, præſentis indulgentiæ noſtræ ſeriem facias publicare.

(2) *timorem* l. timor. (3) *incutit* l. in cunctis. (4) *carituris* l. caritatis. (5) *participatio nuper in* l. participatam nuper ad. (6) *perfidia* l. perfidiam. (7) *villicationi* l. fidelitati.

Cap. 49. cum ſequentibus usque ad 61. deſunt in Manuſcripto.

Cap. XLIX.

Cuidam communitati, commendatio de ſervitiis exhibitis, & ut credant nunciis.

GRatum gerimus & acceptum, & veſtræ devotionis ſtudium favorabiliter commendamus, quod ſicut ex inſinuatione Friderici de Antiochia ſacri Imperii in Thuſcia, & ab Amalia usque Cornetum & per totam Maritimam vicarii generalis, chariſſimi filii noſtri, noſtra nuper Serenitas intellexit, quod ad depopulationem noſtrorum rebellium Peruſinorum, & Caſtrorum diſtrictus devote, & concorditer ad ipſius requiſitionem viriliter proceſſiſtis. Ut igitur fidelitas noſtra per effectum operum, de bono in melius clareat inceſſanter, devotionem veſtram ſollicitandam duximus & hortandam, mandantes, quatenus ad executionem ſervitiorum noſtrorum, & depreſſionem rebellium, & ſpecialiter ad Peruſinorum proterviam edomandam, ad requiſitionem & ordinationem prædicti filii noſtri, juxta ſolitum vires & animos unanimiter aſſumatis, & ſic ad honorem noſtrum, & Imperii & veſtri favoris augmentum, proſequamini viriliter & potenter, ut quod in ipſius exhibitione ſervitii laudabiliter incœpiſtis, laudabilius finiatis. Præterea, quia T. de N. & judicem R. de N. fideles noſtri, ſuper quibuſdam negotiis pro bono & ſalubri ſtatu veſtro, ad honorem, & fide-

& fidelitatem veſtram vobiſcum tractando, prout in capitulis, ſub ſigillo eis à Majeſtate noſtra commiſſis, plenius continetur, ad vos nuncios deſtinamus: fidelitati veſtræ mandantes, quatenus ea, quæ idem nuncii noſtri ſuper his oretenus ex parte noſtri culminis vobis retulerint, firmiter credere, tanquam ab ore noſtro prolata, & efficaciter ob noſtram reverentiam adimplere curetis: ut devotionem veſtram quæ ſemper beneplacitis noſtris ſe promptam exhibuit, proinde merito commendemus.

Cap. L.

Reſpondet cuidam nobili fideli ſuo, ſuper petitis.

BEnignitate ſolita recepit noſtra Serenitas literas, quas noſtro culmini deſtinaſti, & quæ continebantur in eis intelleximus diligenter. Ad quorum ſignificata, devotioni tuæ taliter reſpondemus, quod quia de ſancto Jacobi de N. per alias ſacras veſtræ Majeſtatis literas tibi ſcripſiſſe recolimus, noſtræ beneplacito voluntatis expedire non videmus, ad præſens aliud exinde dare reſponſum. De alio vero quod ſcripſiſti te juxta mandatum noſtrum filiam tuam Marchioni de Homburg, per conjugalem copulam tradidiſſe, veſtræ ſatis complaceat Majeſtati.

Cap. LI.

Capitaneo, ut concedat licentiam Abbati vendendi de bonis ſui monaſterii, pro debitis monaſterii exolvendis.

PRo parte Abbatis & conventus monaſterii ſancti Severi de Ravenna, noſtrorum fidelium, noſtræ fuit Celſitudini humiliter ſupplicatum, ut quia ipſum monaſterium plurimorum debitorum oneribus prægravatur, cum ratione collectarum, quas ob veſtræ reverentiam Majeſtatis, de mandato nunciorum & officialium noſtrorum ipſarum partium, ipſis nunciis noſtris, ad opus noſtræ Curiæ, hactenus ſe aſſerunt perſolviſſe: tum ratione aliarum expenſarum, pro ipſorum, & ipſius monaſterii neceſſitatibus multipliciter ſolutarum per eos, de vendendis & alienandis ex poſſeſſionibus ejuſdem monaſterii, pro ipſorum debitorum ſatisfactione, modo debito facienda, de noſtra gratia concedere dignaremur licentiam ſpecialem: præſertim cum pro parte ipſorum, Abbatis, & Conventus, in noſtra præſentia proponatur, per te dudum ipſis fore prohibitum, de ipſis poſſeſſionibus nullatenus detrahendis, ſine mandato noſtræ Celſitudinis ſpeciali, nos ipſorum ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus pro eisdem debitis exolvendis, ex quibus facta tibi fuerat plena fides, & quæ pro ejusdem monaſterii utilitate, & ipſorum, Abbatis, & conventus, neceſſitatibus ſint contracta, usque ad eorum debitorum exonerationem,

nem, præfatos, Abbatem & Conventum, de poſſeſſionibus antedictis, juris ſolennitate ſervata, vendere & alienare permittas: ne ipſius monaſterii bona ulterius ab uſurarum voragine incumbente, inutiliter lapidentur.

Cap. LII.

Reſcribit quibusdam fidelibus ſuis, commendans eos de præteritis, & animans ad futura.

FIdelitatis veſtræ literas benigne accepimus, & ipſarum tenorem intelleximus diligenter, fidelem ſolicitudinem & probatam diligentiam; quam in noſtris ſervitiis, per easdem literas veſtras accepimus, & per rerum evidentiam habere vos ſcimus, non immerito commendantes. Propter quod grata ſervitia quæ multipliciter erga Majeſtatem noſtram geritis, inceſſanter alta mente concepimus: in firmo gerentes propoſito, ea vobis dignis meritis compenſare. Volumus itaque, ut in defenſione fidelium, & offenſione noſtrorum rebellium, more ſolito, tam fideliter quam viriliter intendat veſtra devotio cum effectu: ita, quod ipſa ſemper operum efficacia patens, præſens & continua devotio, vos in Excellentiæ noſtræ oculis commendabiles repræſentet. Et ecce, quod ad oppreſſionem & exterminium noſtrorum rebellium, & defenſionem noſtrorum fidelium ipſarum partium, H. Illuſtrem regem Sardiniæ, dilectum filium noſtrum, ad civitatem Ravennæ providimus deſtinandum.

Cap. LIII.

Reſcribit ad votum cuidam nobili, petenti filium ſuum captum inter Parmenſes protinus liberari.

FIdem ſolitam & devotionem evidentem, quam ab experto in noſtris ſervitiis te habuiſſe inceſſanter habere cognovimus, merito commendantes, ad futura culmini noſtro commendanda obſequia, animare ſic te volumus cum affectu, ut tam de præteritis gratis ſervitiis, quàm de futuris, tuæ devotionis ſtudium, hilariter dignis retributionibus compenſemus. Super liberatione vero filii tui, qui pro fide Majeſtatis noſtræ ſervanda, cum quibuſdam aliis noſtris fidelibus captus detinetur in Parma, pro quo liberando, culmini noſtro humiliter ſupplicaſti, ſcire te volumus, quod cum firmum propoſitum habeamus eundem filium tuum, & alios fideles veſtros, per Parmenſes proditores noſtros detentos, in proximo liberare, ſic eveſtigio pro ejuſdem filii tui liberatione favorabiliter intendemus, ſicut de reliquo alio, quem chariorem nobis exiſtere reputamus.

Cap. LIV.

Reſcribit cuidam nobili, petit certificari de quibuſdam.

SOlita benignitate recepit Serenitas noſtra literas, quas tua devotio noſtro culmini deſtinavit, & ipſarum tenorem intelleximus dili-

diligenter, ſuper eo vero, quod in literis continetur de facto Caſtrorum Epiſcopatus Aquenſis, quæ munita dicis per N. electum Epiſcopatus ipſius: ecce quod per P. de Cyra fidelem noſtrum intimaſſe tibi recolimus, noſtræ beneplacitum voluntatis. Et quia per te certificari volumus, qui fuerunt illi nuncii, de quorum voluntate & licentia electus ipſe Epiſcopatum Aquenſem dicitur intraviſſe: fidelitati tuæ præcipimus, & mandamus, quatenus de prædictis nunciis, per quos prædicta ſunt acta, tuis literis noſtram quam citius poteris, inſtruas Majeſtatem.

Cap. L V.

Reſcribit Capitaneo, & redarguit eum de ſimplicitate, quia detinuit quendam vocatum ad Curiam.

Literas tuas, nuper noſtræ Majeſtati transmiſſas, benigne recepimus, & ipſarum tenore diligenter attento, ſuper eo quod R. de &c. fidelem noſtrum, tam pro cuſtodia Caſtri clauſi, quam pro montanis Aretinis defendendis, ad noſtram Curiam acerſitum detinuiſſe te dicis, quod in detentione ipſius te ſimpliciter geſſeris, ſimplicitatem tuam duximus arguendam: fidelitati tuæ mandantes, quatenus poſtpoſitis omnibus, dictum R. debeas ad noſtram Curiam deſtinare.

Cap. LVI.

Mandat expreſſe cuidam nobili, quod veniat ad eum, ſicut alias multotiens ſibi ſcripſit.

SAtis poteſt tua devotio manifeſte perpendere, quod niſi præſentia tua foret noſtris inſtantibus ſervitiis plurimum opportuna, Celſitudo noſtra ſcripta tibi totiens non utique direxiſſet. Cum igitur inſtantium negotiorum qualitas hoc expoſcat, fidelitati tuæ iterato firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſicut felices proceſſus noſtros diligis, & gratiam noſtram charam habes, ſtatim receptis præſentibus, qualibet mora & occaſione ceſſantibus, ad perſonam noſtram feſtines venire, à facie noſtra citius & hilaris receſſurus, &c.

Cap. LVII.

Communi Papienſium, ut non gravent concives ſuos, exiſtentes in ſervitiis Curiæ.

SUpplicavit Excellentiæ noſtræ R. de Papia, fidelis noſter, quod, cum ipſe de mandato noſtri culminis ſpeciali, in regimine Parmenſium, fidelium noſtrorum, qui ſunt extra terminos Papienſium, pro noſtris ſervitiis exiſtat ad præſens, ſecumque quoſdam alios Papienſes, fideles noſtros, ſicut dicit, velut neceſſarios officiales retineat in officio antedicto, vobis mandare de noſtra gratia dignaremur: quod tam ipſum, quam præfatos ad dicta

cta officia & ſervitia cum ipſo morantes, ab exactione dictarum collectarum, & aliorum ſervitiorum communis ejuſdem, ſicut alios cives Papienſes, qui in ſimilibus regiminibus extra civitatem Papiæ hoc tempore morantur, haberetis immunes. Nos itaque ſupplicationibus ipſius benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus memoratum R. fidelem noſtrum, & prædictos concives ſuos, quos ſecum neceſſarios retinet, ad regimen prælibatum, ab exactionibus & præſtationibus civitatis, quibus alii Papienſes in ſimili regimine commorantes, per nos ſunt exempti, ulterius habeatis immunes: nec ea occaſione, quouſque cum præfatis Papienſibus officialibus ſuis, in regimine remanſerint ſupradicto, de mandato noſtri culminis ſpeciali, domos, familias, & bona eorum non gravetis vel patiamini per ordinarios Communis ipſius indebite moleſtari.

Cap. LVIII.

Cuidam Communitati, ut credant nunciis, quos mittit pro arduis negotiis.

MAgnum nimis, novum & arduum eſt negotium, pro quo legatos & literas ad vos compellimur iterare. Cum igitur judicem R. de N. & Notarium C. de &c. pro prædicto ad vos negotio, præſentialiter deſtinemus: fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ea, quæ præfati nuncii noſtri vobis ex parte noſtri culminis duxerint exponenda, ac ſi nos ipſi præſentialiter diceremus, indu-

indubitabiliter credere, & pleno debeatis effectui mancipare. Scientes, quod niſi congregatio exercitus, ad cujus accelerationem intendimus, obſtitiſſet, nos ipſi ad vos, pro eodem negotio, perſonaliter veniſſemus.

Cap. LIX.

Item eidem, ſuper eodem, vel quaſi.

QUanquam fides & devotio Pergamenſium, noſtrorum fidelium, in conſpectu noſtri culminis ſe claram oſtendat: eorum tamen operam nunquam ſine noſtris hortamentis & ſtudiis, erga noſtra ſervitia magnifice recolimus prodiiſſe. Cum igitur magiſtrum Ja. & R. fideles noſtros, pro magnis, arduis & novis negotiis, ad Communem & conſilium Parmenſe, & ad vos præcipue duximus deſtinandos, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ea, quæ præfati nuncii noſtri vobis, ex parte culminis noſtri, duxerint exponenda, ac ſi nos præſentialiter diceremus, indubitabiliter credere, & pleno debeatis effectui mancipare: ſcientes, quod nullus unquam caſus ſe nobis obtulit ſeu offerre poterit in futurum, in quo, ſicut in iſto, Celſitudini noſtræ ſervire ac placere poſſitis.

Cap. LX.

Item cuidam ſuper eodem, reprehendit eum, quia negligenter ſe habuit.

NUper Papienſ. ex parte noſtri culminis requiſitis, obtinuiſſemus ab eis votum noſtrum,

ſtrum, ſi tu per te ac tuos ſuper eodem negotio non tepide proceſſiſſes. Ut igitur negligentiæ præteritæ culpam redimas ſolicitudine virtuoſa: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ad requiſitionem judicis Majoris de Juvenatio, magnæ Curiæ noſtræ judicis, & notarii R. fidelium noſtrorum, quos pro magno, novo, & arduo negotio, ad conſilium civitatis Papiæ, & ad te præcipue deſtinamus, circa obtinendum à conſilio ipſo quod volumus, in præſenti prudentem diligentiam ſolicitus & vigil apponas: ita, quod diligentiæ tuæ ſtudium dignis præmiorum laudibus proſequamur.

Cap. LXI.

Regratiatur cuidam Communitati, de oblata pecunia, & vult quod cedat in collecta eis impoſita (1).

NUper ad audientiam noſtram, R. comitis Caſertani, dilecti generi & fidelis noſtri nunciatione (2) pervenit, quod vos zelo puræ devotionis accenſi, præter univerſitatis veſtræ gravamina, quæ pro nobis continue prompta mentis alacritate ſuſcipitis: & præter labores innumeros, quos animorum clara ſemper affectione portatis, ſolitæ devotionis affectum, quem ad Excellentiam noſtram vos gerere, ſine cujuslibet (3) verbo vel literis plene ſcimus:

(1) Huic Ep. ſic in MS. inſcribitur. Cuidam Comiti recommendatio de ſervitiis exhibitis & ut credant nunciis. (2) *nunciatione* l. inſinuatione. (3) *cujuslibet* l. quolibet.

ſcimus: nuper fructiferis (4) proficientes judiciis (5), pro reſtauratione Cameræ noſtræ, quam pridem caſus ille nobis [ut creditur] horridus, repente ſurripuit, de bonis veſtris, quantitatem nobis placitam, promptis affectibus (6) obtuliſtis. De quo fidei veſtræ conſtantiam eo laudibus gratioſis extollimus, quo ſuper his voluntatis veſtræ promptitudinem experimur. Volentes itaque vobis ſuper hoc, quorum ſumptus & onera paſſiva (7) quodammodo participatione ſentimus, gratiam facere ſpecialem: ecce oblata per vos pecunia (8) pro receptis habuimus: quam (9) ſic vobis cum gratiarum placida relatione remittimus, ut in noſtris ceſſiſſe profectibus videantur. De quibus, ſi quid jam voluntatis ardore ſuggerente ſolviſtis, in quantitate generalis collectæ, vobis nuper impoſitæ, ſi minor vel æqualis eſt oblatio, volumus computari (10). [Quod ſi oblatio generalis forte collectæ ſuperet quantitatem, eam occaſione oblationis hujusmodi nolumus ſolvere vos teneri 11]. Vos igitur præſentem munificentiæ noſtræ gratiam ſuſcipientes hilariter, firmam ſpem fiduciamque concipite, quod de rebellibus noſtris, quos habemus in manibus, votiva nobis proveniente victoria, noſtris veſtriſque laboribus, ſumptibus & ſumptuoſis laboribus (12), finem laudabilem imponemus.

Cap.

(4) *fructiferis* l. ſalutiferis. (5) *proficientes judiciis* l. indiciis. (6) *promptis affectibus* deſunt. (7) *paſſiva* l. peſſima. (8) *oblata per vos pecunia* l. per vos oblata. (9) *quam* l. quæ. (10) *computari* l. compenſari. (11) [ ] deſunt. (12) *laboribus* deeſt.

Cap. 62. deeſt in MS.

Cap. LXII.

Cuidam Communitati, commendatio de devotione, cum inſinuatione proſperi ſtatus.

DEvotionis tuæ literas, quas noſtro nuper culmini deſtinaſti, benignitate recepimus conſueta. Per quas, quia noſtram conſcientiam inſtruxiſti de rumoribus quos intellexeras de Theutonicæ partibus, affectionem & induſtriam tuam plurimum commendamus. Et quia te ad ſervitia noſtra promptis affectibus obtuliſti, fidem tuam digna proſequimur gratiarum actione. Inſuper, quia de felicitate Majeſtatis noſtræ, per eaſdem literas recreari devotius poſtulaſti, licet per longam ſeriem proſperitatem noſtrorum ſucceſſuum tibi, tanquam ſpeciali fideli noſtro, duxerimus deſcribendam, tua tamen noviter ſincera fidelitas, per præſentes nos tam felicitate propria, quam noſtrorum proditorum oppreſſione optata, juxta votum [per Dei gratiam] congaudere: nec non & Theobaldum, & Franciſcum, omneſque alios proditores noſtros, qui ſe in caſtro Capuacii temerarie intruſerunt, velut coactos ſe pœnæ & non miſericordiæ reddidiſſe. Quorum pœna docebit atrocitatem criminis, quod conjurando in necem noſtram temerarie, imo nefandiſſime commiſerunt. Propter quod ſtatu regni noſtri in omni quiete & tranquillitate diſpoſito, juxta vo-

votum liberi reddimur: & reſumpta victoria fortiores ad negotia regni noſtri ſic magnifice promovenda, quod omnium rebellium contumacia ad ima deflexa, plena pax & tranquilla quies noſtris fidelibus miniſtretur: & qui ſedem ab Aquilone ponere nititur ſpe fruſtratus, in irritum deducatur. Et dum cauſam noſtram Rex regum, & Dominus virtutum, & juſtitia defenſabunt, per Majeſtatis noſtræ potentiam, noſter convictus adverſarius comprimetur. Supplicationi vero tuæ, quam pro liberatione R. de Placentia Excellentiæ noſtræ tuis literis obtuliſti, taliter reſpondemus: Quod cum tractatus quosdam præ manibus habeamus, honori & profectui noſtro plurimum fructuoſos, propter quod liberatio prædicti R. Curiæ noſtræ nullatenus expediret, ad præſens non ferat ægre tua devotio, ſi nunc preces tuas ex cauſa prædicta duximus ſuſpendendas.

Cap. LXIII.

Capitaneo, quod mittat nomina Poteſtatum, Vicariorum & Caſtellanorum ſuæ jurisdictionis, & ſalaria eis debita annuatim.

Contigit (1) interdum, dum quod ſervitia grata fidelium præmiorum retributione proſequimur: dum terris noſtro dominio ſubditis, ad eorum ſalubre regimen de rectoribus providemus, beneficia noſtra quo debent, & volumus eventu non gaudent: dum

(1) *Contigit* l. contingit.

dum frequenter magna promeritus ad parva præficitur, & minus idoneus ad majora plerumque levatur: locorum etiam (2) quandoque regimina proviſionis hujusmodi perplexitas ſæpe confundit, dum indignis (3) digna rectoribus debita dignitate falluntur, & ad minus digna digni aliquando deputantur. Illud inelegans etiam perſæpe contingit, quod de ejusdem loci regimine à nobis proviſioni factæ per noſtros vicarios inſcios, & per eos noſtri proceſſus ignaros, pro eodem tempore (4) ſimul & ſemel diverſis rectoribus (5) providetur: ſic, quod dum non (6) ſine laboribus & expenſis ad regimen quis paratus accedit, ad propria confuſus reyertitur, dum locum ab alio reperit (7) occupatum. Cum igitur non ex alia cauſa, ſi diligenter advertimus, hujusmodi morbus invaleat, niſi quod fidelium qualitates, & noſtrorum officialium geſta ſunt vobis (8) incognita, ac locorum conditiones & circumſtantias ignoramus: ſalubri quadam conſideratione providimus (9), ut loca quælibet, vicarios ſeu poteſtates habentia, & quæ ſint ſalaria ſingulorum in quaternionibus noſtræ Curiæ debeat annotari, ut nobis de hujusmodi dubietatis involucro facta fide, cautius in antea beneficia metiamur (10) in ſubditis, & in terris regimina diſcretius moderemur. Mandamus igitur fidelitati tuæ, quatenus ter-

Hh ras

(2) *etiam* abeſt. (3) *indignis* l. dignis. (4) *pro eodem tempore* l. per eadem tempora. (5) *rectoribus* l. temporibus. (6) *ſic quod dum non* l. ſicque mundum. (7) *reperit* l. recipit. (8) *vobis* l. nobis. (9) *providimus* l. confidimus. (10) *metiamur* l. metiantur.

ras quaslibet jurisdictionis tuæ, vicarias ſeu poteſtarias (11) habentes, & ſalaria ſingulorum qui, quot (12), & quales ſint, & in quibus vicariis, videlicet poteſtariis (13) & caſtellaniis (14), ſub quibus ſalariis vel expenſis officiales hactenus extiterint (15) ab eo tempore, quo Capitaniam ipſam in illis partibus exercuiſti: poteſtates etiam terrarum omnium jurisdictionis tuæ, quæ de manio noſtro ſunt (16), ſalaria ſtatuta, quibuslibet, & quibus temporibus removentur (17), fideliter & ſigillatim ſub tuo ſigillo Curiæ noſtræ ſcribas: ut (18) ad exemplar ſcripti, quod inde direxeris, mandemus, prædicta (19) omnia in quaternionibus noſtræ Curiæ annotari. Volumus etiam ut in locis, quæ, prout ſuperius dictum eſt, tua fidelitas Celſitudini noſtræ deſcripſerit amodo præter ſpeciale noſtræ Serenitatis oraculum, poteſtates ſeu quoſcunque vicarios nullatenus ordinare præſumas: verum, cum priſtinum Majeſtatis noſtræ mandatum non fueris executus, iterato fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus forma & tenore ſubſcripti noſtri mandati, diligenter & fideliter obſervatis per ſingula ipſum mandatum diligentius exequaris: tandem exinde ſeriatim Excellentiam no-

(11) *vicarias ſeu poteſtarias* l. vicarios ſeu poteſtates. (12) *qui quot* l. quotquot. (13) *videlicet poteſtariis* l. poteſtatibus. (14) *Caſtellaniis* l. Caſtellanis. (15) *extiterint* abeſt. (16) *quæ de manio noſtro ſunt* l. de domanio noſtro non ſunt quæ. (17) *removentur* l. officiales removentur. (18) *ut* abeſt. (19) *mandemus prædicta* l. mandamus præterea.

noſtram tuis literis edocturus, cavens, ne de negligentia ſecundi mandati valeas reprehendi.

Cap. *64. 65. 66.* deſunt in MS.

Cap. LXIV.

Magiſtris rationalibus ſuis, de executione mandatorum & aliis rationibus ſui officii, ab officialibus exigendis.

INter accidentium multiplices diverſosque modos, qui regnantes inſigniunt, adeſt de magis participantibus provida modeſtia mandatorum. Nam ſive pro mera gratia, quam aliquibus conferant, vel mixta juſtitiæ mandata, per literas dirigant ad ſubjectos motum interioris hominis [quo medio in actum, velut de potentia ſingula prodeunt] literis credita, metallo vel cera figurata, mandantis ſpecies authorizat. Quantumcunque veruntamen dominantis exornat mandata modeſta directio, accidit præcipue adeſſe domini fidelis & diligens executio eorundem, à quibus tutius creditur, & minus indecens reputatur quod imperantes abſtineant à mandatis, quam per patientiam nullius executionis eorum, indebite vel improvide ſe eludant. Conſiderato propterea verecundiæ notam culmini noſtræ Majeſtatis incurrere, quam regnantes debere proſpicimus quoslibet evitare, diſpoſitionis rectæ materiam in hoc ſingulis tradimus, dum hæreditarium regnum noſtrum Siciliæ, parere nobis in his, ſicut in quibuslibet aliis omnium

genere devotionis obſequitur, ordinamus. Quanquam autem dum pridem feliciter ab eodem regno receſſimus, evidentis utilitatis gratia Germaniam reviſuri, officiales omnes & Capitaneos per noſtram Excellentiam ordinatos, poſt depoſitum commiſſæ ſibi adminiſtrationis officium, in magna Curia nobis feliciter in regno præſentibus, vel in abſentia noſtra coram eo, qui vices noſtras ibidem pro tempore gereret, juſſerimus præſentandos: ut ſuper executionibus mandatorum, quæ ad eos fiſcali vel privatorum utilitate poſcente, officio durante pervenerant, ponerent rationem, prout ex literis noſtris ad H. dilectum filium noſtrum, & ipſius olim conſiliarios deſtinatis, quas per ipſos per totum regnum publicare mandavimus, ad vos conjicimus perveniſſe. Quia tamen temporis ac rerum varietate poſcente, quibus oportet captari conſilia, fortunæ noſtræ felicitas prorogato itinere ad Germanos, in Liguriæ partibus nos aliquandiu moraturos inſtituit: ut auguſtæ potentiæ novi triumphi materia non deeſſet, ex prædicti filii noſtri conſiliariis, coram quibus officiales comparere propterea debuiſſent, aliquibus in alleviatione noſtrorum onerum, ad noſtram præſentiam evocatis, & quoſdam alios aliis noſtris ſervitiis duxerimus promovendos: cum fidelibus noſtris regnicolis ſolitam Excellentiæ noſtræ manſuetudinem exercentes, veniendi propter hoc ad partes Imperii ea neceſſitate ſubmovimus, ne damnoſa ſibi propterea noſtræ Majeſtatis officia reputarent. Vobis igitur, de quorum experta fide confidimus: quorum induſtriam in aliis experimur: quos examina-

minatores eſſe volumus de prædictis, præſentium autoritate præcipimus. mandantes, quatenus ut quamprimum officiales tranſacti temporis, per Excellentiam noſtram principaliter ordinati, poſituri rationem de geſto per ipſos officio: vel ſe nobis ultroneos offerent, vel ad id vocati, ſe etiam præſentabunt: tactis ſacroſanctis Evangeliis, corporale præbeant ſacramentum, quod mandata omnia & literas, quas à Majeſtate noſtra, propter officium creditum exercendum receperant, vobis debeant integre præſentare. Quibus exhibitis coram vobis quantitatem omnium mandatorum & reſponſalium, ſicut ad quemlibet ſingulis menſibus ſunt directa, diſcretis, his quæ fiſcalia mere continent à privatis faciatis, officiali præſente, in quaterno aliquo memorialiter annotari. Sicque inſtanter, ſi hora vel tempus patitur, & alia noſtra major utilitas non repugnat, legatis cum ſumma diligentia literas quæ ad officiales ſpecialiter pro noſtris ſervitiis ſunt directæ: ordine menſium, ſicut diximus, ordinato, vel officiali præſente, de executione illorum, quæ videritis per nos mandata fuiſſe, per literas exquirendo: quæ ſi videritis per eum executioni debitæ demandata, commendetis eundem: & bonum proceſſum ejus, in ſpeciali quaterno, quem facere vos inde præcipimus, redigi faciatis, noſtræ conſcientiæ poſtmodum applicandum. Quod ſi vobis de ipſorum executione idonea non conſtaret, requiratis ab eo, quare hoc potuerit accidiſſe? Qui ſi juſtam excuſationis ſuæ cauſam prætenderit, audiatis eundem & ſimiliter annotetis: ſi vero non juſtam, aut nullam excuſationem præ-

tendere poterit, in peccato, negligentia vel culpæ ſuæ ſive defectus per vos noſtræ conſcientiæ applicetur: ubi vero damnum evidens fuerit per officialis defectum., noſtræ Curiæ vel privato, inflictum: illud per officialem eundem, tam fiſco quam fidelibus noſtris læſis, volumus reſtaurari. Sicque diſcuſſis mandatis & reſponſalibus, primo quæ fiſcaſia mere continent, idem vos facere volumus de noſtræ literis Majeſtatis, quæ ad eum privatis ſupplicationibus ſunt directæ: reſponſalium ad hoc noſtrarum tenore & verbis diligenti proviſione penſatis, quæ multa vobis de commodis noſtris aperient: præſertim in notificationibus expenſarum, & in aliis officialium noſtrorum proceſſibus, de quibus vobis aliter in proceſſu ratiocinii non conſtaret. Generalia vero mandata noſtra, quæ ſpecialiter in favorem fiſcalium, contra ſuſpectos nobis aliquando proditores noſtros, & eorum conſanguineos, qui in Majeſtatem noſtram noviter deliquerunt, dreximus, ſuper inquiſitionibus faciendis de fidelitate illorum, quibus literæ à nobis de mera gratia impetrantur, de ordinatione feudorum: de tenendis, & reddendis jumentis: de immunitatibus, quæ anno proximo præterito indultæ ſunt à Majeſtate noſtra Eccleſiis, & prælatis: & de maneriis, qualiter ſunt ſolvendæ; & ſuper actionibus: de inquirendis & revocandis ſtabilibus & mobilibus proditorum, in Curiæ noſtræ præjudicium occupatis: de forma & locationibus fiſcalium, & armis etiam: & de quibuslibet aliis quæ à noſtra Curia emanaverunt, & in fiſci noſtri vel fidelium noſtrorum favorem generaliter duratura:

ratura: excepto etiam de aliis, ſicut ad quemlibet novorum officialium dirigenda videritis, auditis & admiſſis juſtis & moderatis expenſis, ſi quas in eorum executionibus debitis, officialis ad quem directa ſunt, ſe feciſſe monſtrabit, ad officiales noſtros, circa portas Roſeti, ut eorum tempore, ea ſimiliter exequantur, mittere non tardetis. Quibus etiam per literas patentes injungimus, quod à vobis ea recipiant, & ipſa tanquam ad eos directa clauſa retineant, & fideliter exequantur. Poſt exquiſitam vero plene rationem ſuper executionibus mandatorum, ſuper reſiduis inveniendis, quod eſt Curiæ noſtræ perutile, ſervata forma vobis anno præterito per Curiam noſtram data, cujuslibet ratio civium ad Curiæ noſtræ præfectum, & fidelium noſtrorum expeditionem, ſicut officium veſtrum decet, ſtudioſe diſcutite, ac diſcuſſum & expeditum finaliter juxta ſolitum in deſcribendo noſtro culmine terminate, prædictis omnibus usque ad aliud mandatum noſtri culminis duraturis, & à vobis annexa ſuperius, ſine alio ſpeciali mandato noſtro, annis ſingulis, quibus officiales mutari mandavimus efficaciter ſervaturis. Ne autem officiales, de quibus ſuperius diximus, ſi de mandatis noſtris vel reſponſalibus aliqua retinere, vel potius occultare non exhibendo præſumpſerint, poſt præſtitum juramentum, fraudem vel eorum malitiam tranſire ſe gaudeant impunitam, officialem qui Curiæ noſtræ regiſtra, quorum exempla ſemper habebitis, obtexerit, prudentiæ veſtræ committimus puniendum.

Cap. LXV.

Eisdem, ſuper ratiociniis ab officialibus exigendis vel audiendis.

AD expeditionem celerem noſtrorum fidelium, ratiocinia ponentium coram nobis, ut fiſci noſtri profectus in eis facilius & celerius procuretur, utiliter & neceſſario providimus ſtatuendum, ut omnes ſimili diſtinctione temporis non attenta ſuper recipiendis ratiociniis inſtanter & efficaciter intendatis; ut ibi ſit multa ſalus; ubi multa conſilia, ne aliquid inexpeditum pertranſeat, ſeu remaneat imperfectum, ex multarum perſpicacia mentium, & intuitu quam plurium oculorum. Quocirca fidelitati veſtræ firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus non obſtante quod quoſdam ex vobis pridem mandatum noſtrum ad audiendum ratiocinia certi & determinati temporis ſpatium deputaverit, ſimul amodo & communiter incitandis ab omnibus officialibus ratiocinia poſituris, & eorum ratiociniis, tam novis quam veteribus audiendis, prout melius poteritis & ſalubrius intendatis, ſuper eorum deciſione celeri, quantumcunque poteritis ſolicitudinem impenſuri. Cæterum poſt collationem in talibus habitam, unusquisque veſtrum, cum uno notario per ſe, & ſinguli ſigillatim eadem ratiocinia plene diſcutiant: ut ex hoc celerior expeditio procuretur. Super qua ſi dubitatio ulla emerſit, ad alterutrum recurret, & communiter conferatur, ſecundum quod inter omnes convenerit terminando.

nando. Si vero ſuper aliquo vos omnes dubitare contigerit, Curiam noſtram per veſtras literas conſulatis, receptis dudum ſigillatim per duas ex vobis ratiociniis, & per vos ſimiliter coram quibus acta ſunt hactenus finiendis.

Cap. LXVI.

Magiſtro Maſſariorum ſuorum in Apulia, de ipſorum reformatione.

DE tua fidelitate, prudentia & ſtudio confidentes, te proviſorem Maſſariarum Curiæ noſtræ infraſcriptorum locorum ſcilicet N. & N. duximus ſtatuendum: tibi præſentibus committentes, quod recepto exemplo quaterni, quod eſt in Camera noſtra de Maſſariis ipſis, pro ſervitio noſtro recepto, à tempore quo facta ſunt inventaria in eiſdem, à procurationibus Curiæ noſtræ in Apulia præſentibus & futuris: & exemplo eorum quæ receperunt & recipient, de eisdem dederunt & dabunt etiam annis ſingulis, menſis Octobris annuatim, donec placuerit nobis durare præſentem commiſſionem, exinde tibi factam inſtrumentis confectis de proceſſibus eorundem, & inventariis factis ſolenniter de ſingulis rebus in Maſſariis ipſis, à tempore habitis, & inventis inventariis, & quaternis redactis ad noſtram Curiam deſtinandis, videbis & conſiderabis, in quibus eorum Curia noſtra augmentum ſeu diminutionem receperit. Ut de augmento quod Celſitudini noſtræ ſcribi volumus, cujuslibet diligentia commendetur: & ſi diminutionem inve-

Maſſarii vulgo vocantur ſervi, qui fructuum conſervandorum gratia comparantur, quales ſunt quos Labeo ſaltuarios vocat L. Quæſitum §. Saltuarium ff. de fun. inſtit. Sed hic ſignificatione nonnihil alia dicuntur, qui cuſtodiæ animalium præficiuntur, & qui villis principum

præſunt, ac villici vocantur. Vide in conſtitutionibus regni Siciliæ, ſub tit. de officio magiſtrorum Maſſariorum.

inveneris in eiſdem indagabis quare contigerit: ut ubi forte peſte adveniente acciderit, procures ad id debitum & poſſibile remedium adhiberi. Quod ſi diminutionem eandem culpa ſeu negligentia Maſſarii, qui præeſt, reperieris contigiſſe, ſtudeas eum inde convincere coram aliis Maſſariis convicinis, judice loci, ubi Maſſaria fuerit, ſi habetur, vel judice vicini caſtri ſeu loci in defectu prædicto, & coram aliis bonis hominibus præſente altero de magiſtris procuratoribus Curiæ noſtræ, in provincia conſtituto, ſi ejuſdem culpæ qualitas convinci Maſſarii non poterit in prædictis. Videas etiam & diligenter inquiras de qualitate & quantitate famulorum, quos ſinguli Maſſariorum retinent, ne inſufficientes habeant, vel ſuperflua multitudine delectentur: item, ſi ſunt bonæ famæ, fideles & ſoliciti circa ſervitia ſibi commiſſa fideliter exercenda: &, ne forte conſanguinei ſint Maſſariorum: &, ne prodigalitate utantur: &, ne defraudent Curiam noſtram in rebus vel animalibus quæ cuſtodiunt, & eorum proventibus: vel, ne proventus poſſeſſionum vendant, vel aliis largiantur: vel ex cambio mala pro bonis recipiant in Curiæ noſtræ damnum. Videas præterea, ne Maſſarii ipſi poſſeſſiones noſtræ Curiæ, ſuæ Maſſariæ proprie debitas uſurpare præſumant: ſi conventitias integre ſolvant: ſi poſſeſſiones excoli faciunt temporibus opportunis: ſi eorum fructus bene reponunt. Exquiras etiam à ſingulis eorundem de quantitate ſeminis, & victualium recollectorum: ut ſciatur per te, ſi labores fructibus compenſentur: ſi vinum in mundis & bonis vaſcellis & aptis reponunt: ſi

domus

domus procurantur, & conſervantur ut decet, & ſi reparatione indigent. Et ſi egent, inſtes apud Maſſarios, quod Maſſarias faciant reparari. Si Maſſariæ ipſæ munitæ ſunt lignis, palea & fœno: ſi ſunt in eis loca fertilia: ſi habetur in eis ſufficientia de apibus: ſi de ſurco, avena, milio, panico, ſpelta aliiſque leguminibus, bombice, & canabe, de quibus placet nobis ut in ſingulis Maſſariis debeant ſeminare: ſi de anſeribus, gallinis, columbis, anetibus, caponibus & pavonibus ſimiliter competentem ſufficientiam habeant. Si de pennis ipſarum avium Maſſarii faciunt fieri lectos, & quod per ſingulos requiras, inſuper eos de plantandis vineis, olivis & aliis arboribus fructiferis in aptis locis Maſſariarum ipſarum. Quod faciant fieri caſtratos, arietinos, caprinos & bovinos: & de fructibus quos habent faciant impinguari, ut ſi præſentes in regno aderimus, ipſorum carnibus Curia noſtra veſcatur, vel nobis abſentibus, ex venditione ipſorum, noſtræ Curiæ utilitas procuretur. Generalis autem defectus, qui ſuppleri per Maſſarios non valebunt, ſignifices per literas tuas magiſtris procuratoribus noſtræ Curiæ in Apulia, fidelibus noſtris. Quibus ex ipſis ſupplendis ad requiſitionem tuam, mandatum noſtrum per literas deſtinamus. Pro prædictis autem omnibus implementis, ſic fidelem & ſtudioſum exhibeas, ut proinde à Majeſtate noſtra digna beneficia merearis.

Cap.

Cap. LXVII.

Mittit magiſtris & ſcholaribus Bononienſibus libros Ariſtotelis, de Græco & Arabico in Latinum per eum noviter translatos.

IN extollendis regiæ præfecturæ faſtigiis, quibus congruenter officia, leges & arma communicant, neceſſaria fore credimus ſcientiæ condimenta: ne (1) per hujus mundi (2) ſuaves & mulcebres ſemitas, nube ignorantiæ commiſcente, vires ultra licitos (3) terminos effrenate (4) laſciviant, & juſtitia circa debiti regulas diminuta langueſcat. Hinc nos profecto, qui divina largitione populis præſidemus, generali qua omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & ſpeciali, qua gaudent aliqui (5) utilitate proficere, ante ſuſcepta noſtri regiminis onera, ſemper à juventute noſtra quæſivimus, formam ejus indeſinenter amavimus, & in odore (6) unguentorum ſuorum ſemper aſpiravimus indefeſſe. Poſt regni vero noſtri curas aſſumptas, quanquam operoſa frequenter negotiorum turba nos diſtrahat, & civilis ſibi ratio vendicet, ſolicitudinis noſtræ partes, quidquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, tranſire non patimur otioſum: ſed totum in lectionis exercitatione gratuite (7) libenter (8) expendimus, ut animæ clarius vigeat inſtrumentum in acquiſitio- ne

(1) *ne* l. ne ſe. (2) *mundi* abeſt. (3) *licitos* l. liciti. (4) *effrenate* l effrenare. (5) *aliqui* l. aliqua. (6) *odore* l. odorem. (7) *gratuite* l. gratuitate. (8) *libenter* l. libenter totum.

ne ſcientiæ, ſive (9) qua mortalium vita non regitur liberaliter (10). Dum librorum ergo volumina, quorum multifarie multisque modis diſtincta chirographa, noſtrarum armaria divitiarum locupletant, ſedula meditatione revolvimus, & accurata contemplatione penſamus, compilationes variæ ab Ariſtotele aliisque philoſophis, ſub Græcis Arabicisque vocabulis antiquitus editæ (11), in ſermocinalibus & mathematicis diſciplinis noſtris aliquando ſenſibus occurrerunt. Quas adhuc originalium dictionum ordinatione (12) conſertas, & vetuſtarum veſtium, quas eis ætas prima conceſſerat, operimento contectas, vel hominis defectus aut operis, ad Latinæ linguæ notitiam non perduxit. Volentes igitur, ut veneranda tantorum operum ſimul authoritas, apud nos non absque commodis communibus, vocis (13) organo traducere innoteſcat: ea per viros electos & in utriusque linguæ prolatione peritos, inſtanter juſſimus, verborum fideliter ſervata virginitate (14) transferri. Quia vero ſcientiarum generoſa poſſeſſio, in plures diſperſa non deperit, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit: ſed eo diuturnius perpetuata ſeneſcit, quo publicata fœcundius ſe diffundit: hujusmodi celare laboris emolumenta nolumus, nec æſtimavimus nos (15) eadem retinere jucundum, niſi tanti boni nobiſcum alios participes faceremus. Conſiderantes

(9) *ſive* l. ſine. (10) *liberaliter* l. liberaliter erogamus. (11) *editæ* abeſt. (12) *ordinatione* l. perplexione. (13) *commodis communibus vocis* l. commodi communis profecto vocis. (14) *virginitate* l. veritate virginitate aliter. (15) *nos* l. nobis.

rantes veruntamen, quorum conſpectibus, quorumque judiciis operis cœpti primitiæ poſſent detentius deputari: ecce vobis potiſſime, velut Philoſophiæ præclaris alumnis: de quorum pectoribus promptuaria plena fluunt: libros aliquos, quos curioſum ſtudium translatorum lingua (16) non potuit fidelis inſtruere, conſulte providimus præſentandos vel deſtinandos (17). Vos igitur viri (18), qui de ciſternis veteribus aquas novas prudenter educitis, qui fluenta melliflua ſitientibus labiis propinatis: libros ipſos tanquam exennium amici Cæſaris, gratanter accipite: & ipſos antiquis philoſophorum operibus, qui vocis veſtræ miniſteriis reviviſcunt, quorumque nutritis (19) famam, dum dogmata ſternitis (20) ſapienter ut expedit, aggregantes eos in auditorio veſtro, in quo gratia virtutum fructificat, erroris rubigo conſumitur, & latentis ſcripturæ varietas (21) aperitur, cum (22) mittentis favore commoniti, tum clari transmiſſi (23) operis meritis perſuaſi, ad communem utilitatem ſtudentium & evidentis (24) famæ noſtræ præconium, publicetis.

Cap.

(16) *lingua* l. & lingua. (17) *vel deſtinandos* deſunt. (18) *viri* l. viri docti. (19) *quorumque nutritis* l. quorumcunque mittitis. (20) *ſternitis* l. cernitis. (21) *varietas* l. veritas. (22) *cum* l. cum modo. (23) *tum clari transmiſſi* l. claris transſumti. (24) *evidentis* l. evidens.

Cap. LXVIII.

Reprehendit Juſtitiarium & acerbe minatur eidem, quia nimis tepide ſe gerit in officio ſibi commiſſo.

UT juſtorum & delinquentium merita digni cenſura judicii tractarentur, providit ex alto juſtitia, reges & præſides orbis terræ actibus humanis præficere, ut juſtis per retributionis tramitem reſponderetur ad gloriam: & delinquentibus, qui juris regulas abdicant, reſponderetur ad pœnam. Igitur divinæ bonitatis arbitrium diſſolutum hactenus, regni regimen digne comitans (1), ipſius præfecturæ faſtigium in nobis, velut in ſucceſſore legitimo, collocavit: ut transgreſſorum inſolentias poteſtas nobis tradita flecteret, & puniret, ac ſubditorum fidelium, qui à ſemita mandatorum noſtrorum non deviant, obſequia, dignæ retributionis commercio compenſaret. Cumque ad id exequendum non poſſumus (2) per univerſas mundi partes perſonaliter intereſſe: licet ſimus potentialiter ubique, nos providimus tamen de felicioribus (3) regni aliquos (4), velut noſtri membra regiminis, determinatis & certis (5) provinciis præſidere, ut quod in potentia gerimus per eos velut miniſtros, juſtitiæ deduceretur ad actum. Nuper enim exclamantium & conquerentium fidelium noſtrorum

(1) *comitans* l. committens. (2) *poſſumus* l. poſſimus. (3) *felicioribus* l. fidelioribus. (4) *aliquos* abeſt. (5) *& certis* deſunt.

rum (6) ad audientiam noſtram ſedulo clamore pervenit, quod in decretâ tibi provincia juris ordine non ſervato, & timore noſtræ Majeſtatis abjecto, exceſſus perpetrantur illiciti, & transgreſſionum inſolentiæ aſſiduæ committuntur, ſtatus regni pacifici dulcedine laceſſita. Eſt-ne iſtud de laude providi præſidis? quod nunc provincia cui præficeris prædicat, quod (7) ſtratæ violantur & prædia, homines occiduntur, committuntur & furta, moventur rixæ, excitantur & jurgia, die noctuque perpetrantur enormia, feruntur & arma (8), nec per te plectuntur exinde transgreſſores: imo, ut auribus noſtris innotuit, cum ad te deferuntur ſcelerum patratores, hujusmodi reſervantur, & qui perſonali (9) ſupplicio ſunt plectendi, pecuniario apud te interveniente ſuffragio à pœna pro commiſſis ſceleribus debita liberantur. Ad quorum exemplar alii elationis ſpiritum ſumentes, in viros juſtos deſæviunt, & pacificos indeſinenter offendunt: dum impunes tranſire reſpiciunt, quos ad perſonalem pœnam juris ſanctio merito condemnaret. Certe ſi honorem tuum attenderes, ſi beneplacitum noſtrum obſervares, procederes ſolertius in prædictis, & in commiſſo tibi regimine accuratius vigilares; attendendo (10), quicquid inde laudis tibi acquiritur, quod præmium à dextera noſtræ Majeſtatis expectas? cum te incraſſante, in civitate qualibet jurisdictionis tuæ, ubi viget fertilitas & victualium copia affluenter exuberat, per partes alias jurisdictionis ejusdem ſcelerum nequitia

(6) *fidelium noſtrorum* deſunt. (7) *quod* l. ubi. (8) *feruntur & arma* l. inferuntur & publice arma. (9) *perſonali* l. pœnali. (10) *attendendo* l. attende.

quitia perpetratur. Deponas nempe (11) nutrire cutem, & Epicuri ſtudeas vitam ejicere. Et ut ad exercendum tibi commiſſum officium fias agilior, poſtponas etiam quæ corpus nutriunt ad quietem. Cum non ſit quieſcendum præſidi, ſed continue ſit agendum. Et ſic commiſſum tibi modicum regimen vigilanter & prudenter exerceas, quod in decreta tibi provincia, præmiſſæ transgreſſiones & vitia depellantur. Quare (12) fidelitati tuæ, ſub obtentu noſtræ gratiæ, firmiter & expreſſe præcipiendo mandamus, quatenus per partes provinciæ juriſdictionis tuæ ſine diſpendio moræ diſcurras, tam provincialibus quam indigenis ſingulis, quam advenis & concurrentibus univerſis juſtitiam miniſtrando: & ſic à præfatis transgreſſoribus (13), provinciam ipſam optime purgare procures, & exinde tribulos læſionis evellere, quod præfata facinora & transgreſſionum (14) enormitas deleantur, transgreſſores, homicidas & fures, ac publicorum violatores itinerum, ac armorum illicitorum etiam delatores, tam præteritos quam futuros, ultionis debitæ gladio audacis, more præſidis, viriliter puniendo (15). Ut per te (16) hucusque commiſſa injuria, per curæ ſolertiam redimatur: & ſoporis hucusque habiti abjecta gravedine ſtatus pacis & juſtitiæ (17), per vigilantiæ ſolertis excubias reformetur. Sic autem te gerere ſtudeas ſtudioſe ſolicitum, quod ex effectu laudabilium operum, in conſpectu noſtro commendandus

Ii occur-

(11) *nempe* l. igitur nempe. (12) *quare* l. quare provide. (13) *transgreſſoribus* l. transgreſſionibus. (14) *transgreſſionum* l. exceſſuum. (15) *puniendo* l. punias. (16) *te* abeſt. (17) *& juſtitiæ* deſunt.

occurras. Sciturus, quod ſi aliter inde feceris, præter indignationem noſtri culminis quam incurres, ſic contra te ad inflictionem pœnalem noſtra procederet (18) autoritas, quod dolore merito poteris, noſtrum te ſpreviſſe mandatum, & tantæ negligentiæ inertiam (19) commiſiſſe.

Cap. LXIX.

Reſponſiva Juſticiarii ad Imperatorem, & excuſat ſe de objectis.

DEbita reverentia Majeſtatis veſtræ receptis & intellectis apicibus, in quibus evidentem innocentiæ meæ cauſſam perpendi, negligentis injuriæ (1) perniciofis maculis (2) obfuſcatam, ſtatim obſtupui. Sed ſtupore tractu temporis, expoſcente veritatis indagine, ab irreptione corporis (3) recedente aliquantulum meus animus reſpiravit (4): ſic, quod inflictæ maculæ cogitationis opacæ cumulum ſubiens, non (5) niſi conqueſtionis materiam potuit eructare. En per (6) veſtræ Majeſtatis apices (7) eſt aſſertum, quod in regenda provincia ocioſum inertemque me gero, tepidum pariter & remiſſum. Sicque pervigil cura mea dormienti ceſſit incuriæ, ſolicitudo ceſſit inertiæ, quieti labor ceſſit continuæ, dum prætenſæ incurioſitatis

(18) *procederet* l. procedet. (19) *inertiam* l. diſpendia. (1) *injuriæ* l. incuriæ. (2) *maculis* l. miraculis. (3) *corporis* l. temporis. (4) *reſpiravit* l. expiravit. (5) *non* l. nunc. (6) *En per* l. Ea propter in. (7) *apices* l. apicibus.

tatis opaca caligo luculentam mei laboris operam operit, & falſæ accuſationis objectio (8) veritatis inſtantiam obfuſcavit, de quo ſi dicere liceat, nulla (9) labis contagio polluit nec ſecreta cordis offenſio me remordet. Vellem itaque [quod ſi relata veritatis fulcimento quomodolibet fulcirentur 10,] quod ſeverus juris aculeus æqua lance judicii percurreret mentem meam; nam quod de jure venit ſupplicium leviter eſt ferendum. Sed quia teſte vero (11) Dei judicio, nulla macula negligentiæ aſperſus, de neglecta cura decretæ mihi provinciæ nulla juſta cauſſa ſuadente percutior, dolore ſatis admoneor, & pro tanta calamitate doloris attributæ mihi ſine cauſſa deſidiæ, compellor emittere ſpiritum rationis, niſi forſan hanc (12) tantum dixero ultimam eſſe adverſæ fortunæ ſarcinam, quia dum miſeris aliquod crimen infligitur, quæ ſine (13) cauſſa perferunt, meruiſſe creduntur. Scio (14) quod ipſa rerum neceſſitate cogente, nec minus divinæ proviſionis inſtinctu principes gentium ſunt ſtatuti: quo vitæ neciſque arbitri gentibus, ſuper quas (15) quiſque fortunam, ſortem ſtatumque habet, alios (16) velut executores divinæ ſcientiæ ſtabilirent: quod ubi perſonaliter eſſe non poſſent, adeſſe potentialiter crederentur per loca remota ſui regiminis officiales idoneos, quos ſui lateris (17) comitatus illuſtrat (18) quaſi partes ſui corporis deſtinarent. Per

(8) *objectio* l. abjectio. (9) *nulla* l. nulla me. (10) [ ] deſunt. (11) *vero* l. mihi. (12) *forſan hanc* l. hoc. (13) *ſine* deeſt. (14) *ſcio* l. ſcio quidem. (15) *ſuper quas* deſunt. (16) *alios* abeſt. (17) *lateris* abeſt. (18) *illuſtrat* l. illuſtrium.

quos purgarentur commiſſa facinora: contentioſa coartarentur, & jurgia iniqua ſupplantarentur (19), exceſſus, eorumque fautores, actores, & complices, perſonarum & criminum qualitate penſata, pœna debita damnarentur, & traderentur morti, potiſſime publicorum itinerum aggreſſores; cum interſit Reipublicæ ſecure quemlibet per itinera publica commeare. Convenit enim ut in delinquentem pro qualitate delicti ſententia tribuatur, ne ſi delinquentibus indulgeatur ex indulgentia crimina ſubleventur. Et eſt à ſummo præſide ſumma humanarum atque divinarum rerum data nobis inſtructio, ut iniquis hominibus impium non remaneat præſidium, nec (20) quis peccandi locus delinquentibus relinquatur: ſed ille ſervetur innocens, qui revera innoxius eſt in culpa, nec reputetur improbus (21), ſi quis proba ſe poſſit allegatione tueri: quid pro puritate prætendens. Nec ignoro ſimiliter, quod cum ex alto juſtitiæ ſolio media ſtatera judicii actus filiorum hominum compenſabit, nec boni præmiis, nec carebunt ſuppliciis malefactores. Scio etiam quod officiales qui ſcelera reperta non judicant, vere conſcii velut criminoſi feſtinant, & in eos merito ſeverus exercetur gladius ultionis, ut in ſua nequeant nequitia gloriari. Cum igitur unuſquiſque bene judicet, quæ cognoſcit, & horum judex optimus cenſeatur, qui diſcuſſione debita non omiſſa, ſub diligentis examinis lima legitimo teſtimonio comprobatur, miror tam

(19) *iniqua ſupplantarentur* l. iniqui ſupplicarentur. (20) *nec*. l. nedum. (21) *improbus* abeſt.

tam inſtructum judicem tam leviter commoveri, ad tam levem delationem, qua de malorum deliberatione deſcribor, & de funeſta pecuniæ præceptione compulſor: ut ſic vendere (22) precio juſtitiæ myſterium aſſeveror, ut veri judicium circa (23) mundi limites, relegetur. Siquidem hoc in me concurrente in ea ſententia condemnarer, quia ipſe contra me teſtis & judex exiſterem, & locus teſtibus exteris laxaretur. Eſt itaque nequaquam facile credere, quod quis ſibi fodiat foveam, in quam cadat: judex (24) contra ſe ferat ſententiam, & in ſui diſpendium ſic terribile teſtimonium introducat. Quod idem ipſe feciſſem, ſi criminis objecta potentia, veritatis fomite foveretur. Diſcutiat ergo, ſi placet, veſtra Serenitas, juxta quod jacet ipſius rei veritatis effectus. Circuivi etiam continua diſcuſſione decretam mihi provinciam, & ipſam malis hominibus expurgavi, ſtratas inveni tutas, & prædia tutiora, & tutiſſima corpora civitatum, & nunquam adeo inter veſtros ſubditos decretæ mihi provinciæ, quietis & pacis vidi ſtare concordiam: armorum cruenta ſpectacula cerno quieſcere, quæ in ipſius officii mei principio effervebant. Supplex igitur quæſo, quod delata non placeant, videlicet quod frequentavi loca fertilia, ſterilia vero ſicco pede tranſivi, cutem colere (25) non poſtpoſui, nec eſſe deſii de genere Epicuri, quia nunquam fui de tali ſchola diſcipulus, nec de tali diſciplina magiſter. Nam quis rei poſſet eſſe

(22) *vendere* l. mundi. (23) *circa* l. citra. (24) *judex* l. quod jus. (25) *colere* l. colore.

eſſe finalis exitus: quem nullum principium antecedit, quis deſperat poſſe deſinere quod non cœpit? aut quis aſſeritur ab eo incipere in quo finitur? Sæviat in delatores tam improbos ira Dei, & detrahentes mihi non pertranſeat furor veſter (26). Et quia conſcientiæ meæ ſinceritas puritatem lucis deſiderat clarioris, Majeſtati regiæ humiliter ſupplico conſternatus (27) ad pedes, quatenus diligentis inquiſitionis officium objecta diſcutiat, per quam contra me ſi probationis argumenta prævaleant, vindictam pœnæ (28) non fugio, cui voluntate ſpontanea me ſubmitto. Præſto ſum etenim, ſi quid impium indebite geſſerim, corporalibus expiare piaculis, & quodcunque (29) per improvidentiam ſenſualitas attulit rationis imperio reformare. Quod ſi delatorum labia, quæ ardentis invidia livor exacuit, falſitate farcita (30) veritas ipſa monſtrabit, cum ſe triſti ſupplicio dignos effecerint, regalis indignationis fulmine feriantur, &c.

Cap. LXX.

Panormitanis fidelibus ſuis ſignificat lætitiam de nato filio.

EXpectationum veſtrarum votis, libenter & ſæpe ſucceſſiva noſtrorum ſucceſſuum (1) inſinuatione concurrimus, crudele (2) non

(26) *veſter* l. ejus. (27) *conſternatus* l. conſtanter. (28) *vindictam pœna* l. vindictæ pœnam. (29) *quodcunque* l. quidquid. (30) *farcita* l. fruſtrata. (1) *ſucceeſſuum* abeſt.

(2) non minus, quam (3) inelegans æſtimantes, ſi nos, qui proſperitatis guſtu reficimur, vos odore lætitiæ fraudaremus. In participium igitur gaudiorum noſtrorum vos gratanter aſſumimus, & ex chariſſima conſorte noſtra natum nobis nuperrime filium, duodecimo ſcilicet præſentis menſis Februarii, ſub felicis auſpicii ſidere, veſtris deſideriis nunciamus. Quod quanquam vobis ſolummodo nunciare videamur ad gaudium, rectius tamen & dignius refertur (4) ad commodum communiter omnium (5), per quod vobis ſalus promittitur, & poſteris: dum fœcunditate propaginis noſtri regiminis ſolium roboratur. Etenim ſi regnorum omnium ſtatus & demolitiones attendimus, profecto videbimus quod ſtatum cujuslibet ſervat & roborat regiæ ſobolis continuata ſucceſſio, per quam provenit populis perpetua tranquillitas, & ſucceſſorum defectus regna comminuit, & Imperium demolitur. Lætare igitur regum patria, terra dulcedinis, experti diſpendii vita (6) periculum, ſpes vos pulcherrima foveat: quod dum Serenitatis noſtræ gremium numeroſæ prolis fœcundat editio (7), diſpendioſam jam pati penuriam de regibus non poſſitis. Ad vos denique gratiſſima veniat præſentis inſinuationis epiſtola, quæ vos in gaudiorum noſtrorum conſortium evocat, & veſtrum vobis in ſolidum commodum repræſentat: imo ſi verum inſpicimus & ſubtiliter intuemur, ex noſtra

(2) *crudele* abeſt. (3) *quam* abeſt. (4) *refertur* l. referetur. (5) *communiter omnium* deſunt. (6) *vita* l. vitatura. (7) *editio* abeſt.

ſtra (8) nativitate filii, vos à nobis uberius commodum, & fructum percipitis ampliorem, nobis enim & cæteris orbis terræ principibus, filii naſcuntur ad gaudium, ſed ſubditis ad ſalutem. Subeſt tamen adhuc (9) communis & ultima cauſa lætitiæ, quod dum ſub victoriæ noſtræ tempore, quam de publicis hoſtibus & aucta diſcordia gladius Imperialis obtinuit, de naturæ gremio ſumma proviſio prodiit, hominem victorioſum nobis filium, & vobis regem & dominum repromiſit. Votis igitur omnium exorabitur divina clementia, ut quem naſci præſtitit, diu vivere præbeat: & cui vivere contulit, conferat & virtutes.

Cap. LXXI.

Eidem de nata filia, &c.

COmmunem & debitam omnium populorum regiminis noſtri lætitiam, expectationum veſtrarum votis ſpecialiter deducentes, ad vos Imperialium apicum certa deſcriptione deferimus, quod ad aliorum notitiam, fama tantummodo, veritatis aliquando neſcia, nunciante defertur. Singularis tamen & purus noſtræ familiaritatis affectus, quem ad vos velut ad noſtrum populum ſpecialem, & peculiarem habemus, non injuſtam (1) cæteris cauſam invidiæ de nobis (2) vel admirationis adducit. Vos etenim clariſſima prædeceſſorum noſtrorum hæreditas, ſucceſſorum (3) in-

(8) *noſtra* l. noſtri. (9) *adhuc* abeſt. (1) *injuſtam* l. juſtam. (2) *de nobis* deſunt.

(3) indubitata patria (4) aula regum, vos (5) exultationis noſtræ fidele principium, & ſublimationis proceſſus egregius, præcipuam gratiam meruiſtis. Propter quod ſicut de manu Domini continuantur nobis bona continue, ſic proſpera proſperis ſucceſſive ſuccedunt. Sicque deſideria veſtra provide merito recreamus, de chariſſima conſorte noſtra natam nobis nuperrime filiam; votivis expectationibus veſtris hilariter nunciantes: utpote qui felicitatis noſtræ, nec minus veſtræ lætitiam vobiſcum volumus domeſtica participatione ſortiri. Inter cætera namque, de quibus divina potentia gratificari ſe nobis communiter eodem beneficio poſſet, & vobis nullum munus communi voto communius, nullum noſtris & veſtris (6) profectibus efficacius arbitramur, quam cum noſtræ fœcunditatis gremium prolis novæ fœtu multiplicat, cum qua (7) tranquillitatis veſtræ (8) ſtatus ſecundiori robore noſtri dominii roboratur, & petita pax vobis (9) & poſteris confirmatur. Hinc quippe eſt regnorum omnium ſalus, hinc vita pacifica populorum, cum regalis menſæ circuitus legitima ſobole circumdatur. Hæc ſunt affectionis certiſſima pignora principis ad ſubjectos, cum circa latera (10) filiorum generoſæ propaginis ſuæ incrementa circumſpicit, quibus fidem & gratiam præparat ſubditorum. Nam cum vitæ propriæ (11)

 ter-

(3) *ſucceſſorum* deeſt. (4) *patria* l. patria principum. (5) *vos* l. vos omnis. (6) *noſtris & veſtris* l. nobis veſtrisque. (7) *cum qua* l. quam cum. (8) *veſtræ* l. noſtræ. (9) *roboratur & petita pax vobis* l. pacem. (10) *circa latera* l. cura. (11) *propriæ* l. pronæ.

terminos finiri præcogitat, propagari gaudet in ſobole gratiam principatus. Et quanquam in prole fœminea regnorum jura (12) & regnantium ſolia non quieſcant, grata tamen hæc filia debet eſſe cum maſculis: quæ velut tempeſtiva paranympha ſequentium, & ara certiſſima maſculorum, ex Imperatricis novæ conſortio indubitatam nobis & vobis [Domino faciente] de regibus copiam repromiſit.

Cap. LXXII.

Senatori & populo Romano, ut mittant proconſules ſuos ad eum, quibus honores & officia vult conferre.

Ardens ſemper fuit cor noſtrum ab ætatis noſtræ principio, poſtquam regalem indolem illuſtris natura Cæſarum de virtute contingente prævenit: & eadem continuata voluntas cum dignitate ſuccedente concrevit, ſicut nuncii veſtri ad noſtram frequenter præſentiam deſtinati [cum quibus de corde puro (1) & conſtantia non ficta contulimus] potuerunt ad publicam veſtram notitiam pertuliſſe noſtrum conſtans propoſitum & affectum: ut autorem pariter & auctricem Imperii Romani reformaremus Romam (2), in ſtatum dignitatis antiquæ, ac proceres ac cives ſuos, cum quibus Reſpublica (3) conſuevit hactenus longe lateque magnificis titulis exaltari, ex commiſſo nobis Imp. honoris

(12) *jura* l. jura libenter. (1) *puro* l. noſtro. (2) *Romam* abeſt. (3) *publica* l. publica Imperii.

ris onere (4), non indigne ad partes ſolicitudinis vocaremus quosdam præficientes circa latus noſtrum publicis officiis aulæ Cæſareæ: quosdam ad præſidiatus regionum pariter & regnorum ac provinciarum adminiſtrationes & regimina ſtatuentes: aliis per diverſa officia præfecturarum prout nobilitas exigit, & induſtria ſingulorum, propenſiori ſtudio deputatis; ut quæ (5) in principem Rom. cuncta officia & ſua tranſtulerat (6), eadem felix Roma nihilominus particeps onerum & laborum coadſutrix accedat, nec ſit expers honorum quorum ipſa contulit incrementa. Non patientes igitur conceptæ voluntatis commoda diutius prorogari (7), ſed ut ad decus & honorem urbis nobiles Romani præſideant officiis, & dignitatibus illuſtrentur: univerſitatem veſtram monemus, ſollicitamus, & hortamur attentius, quatenus proconſules noſtros, Nepuleonem Joannem de Polo (8), Ottonem Frangepanem & Anglum Malabrancham, dilectos noſtros, absque difficultate moræ ad noſtram præſentiam tranſmittatis: honores & onera ſubituros, quibus ſingulos eorum duxerimus deputandos, ut felici noſtro tempore in urbe Romana Romulei ſanguinis honos appareat (9), Romanum diadema vel idioma præfulgeat, & antiqua renovetur dignitas Romanorum, & fiat nexus indiſſolubilis gratiæ noſtræ inter Romanum Imperium & Romanos;

(4) *honoris onere* l. honore. (5) *quæ* l. quem. (6) *tranſtulerat* l. tranſtulerant. (7) *prorogari* l. propagari. (8) *Joannem de Polo* deſunt. (9) *honos appareat* l. honores apperiat.

nos : quam (10) nos & noſtra tota Cæſarea ſucceſſura progenies, circa Romani ſtatus honorificentiam, & augmentum teneamur perenniter ampliare. Cæterum quæ Theodemus judex Curiæ noſtræ fidelis noſter, ex parte noſtra vobis dixerit, credere debeatis fideliter (11).

Cap. LXXIII.

Significat quibuſdam magnatibus ſe cito iturum ad partes eorum, corroborans eos in fide ſua.

QUanta ſit fidei veſtræ conſtantia, quam erga nos, & Imperium prompta mentis alacritate protenditis, evidentibus operum experimentis agnoſcimus, & crebra Richardi comitis Th. fidelis noſtri relatio patefecit. Ex quo ſinceritatis veſtræ zelum tanto fæcundioribus titulis laudum extollimus, quanto præſentium negotiorum & temporum qualitate penſata, gratiora nunc noſtrorum fidelium obſequia reputantes, devotionem veſtram ſinceram in nubibus firmiorem præ aliis in fide noſtri culminis experimur. Cum igitur in partibus Pedemontis, ubi terram Marchionis Montis ferrati, proditoris noſtri, quam continuæ depopulationi ſubjicimus, ut ſingula nobis ad placitum grata ſucceſſione reſpondeant, expeditis in proximo quibusdam arduis & magnis ſacri Imperii negotiis, pro quibus ibidem moram neceſſario hucusque protraximus,

(10) *quam* l. qua. (11) *fideliter* deeſt. Cap. 73. deeſt in MS.

mus, conſiderationis noſtræ intuitus dirigatur, parteſque ipſas victorioſe repetere firmiter diſponamus: fidelitatem veſtram, de qua plene confidimus, monemus attente, mandantes quatenus de felici adventu noſtro, quem vobis proximum pollicemur, firmam fiduciam obtinentes, ſic interim in fide noſtra vires & animos augeatis, quod vobiſcum placida viſione præſentes, devotionem veſtram pro meritis proſequi valeamus affectibus, & ad ſtatum veſtrum dignis beneficiis ampliandum, quaſi per debitum invitemur.

Cap. LXXIV.

Significat Cremonenſibus fidelibus ſuis proceſſum ſuum de regno in Romaniolam, & ſe liberatum ab infirmitate (1).

TAntus nos amor & cura Italiæ ſedandæ ſollicitat, tanta ſolicitudo comitatur & pervenit curas noſtras de fidelibus noſtris à perſecutione (2) hoſtium relevandis, quod nullæ regni noſtri delitiæ, nulla quies, nec aliqua (3) poterunt nos ſolatia detinere: quin expeditis in regno cum conſtantia (4) & anxietate magnis negotiis, quæ tanto expetendo & expediendo negotio congruebant, ad egreſſum regni (5) celeriter properantes, omiſſa quiete

(1) Inſcriptio hæc in MS. præpoſita eſt ſequenti Epiſtolæ; iſti vero ita inſcribitur. *Significat quibuſdam Magiſtratibus ſe cito iturum ad partes eorum, & roborans eos in fide ſolita.* (2) *perſecutione* l. perſecutionibus. (3) *aliqua* l. aulica. (4) *conſtantia* l. inſtantia. (5) *regni* abeſt.

quiete motibus (6) noſtris infeſta æſtivis caloribus & Caſtrenſi pulveri nos daremus: perſonæ veſtræ ac (7) fidelium noſtrorum periculis non parcentes: ut inter paluſtres oras montium orbe circumdatas, depopulationes & cædes hoſtium agerentur, nobis ad ſalutem & quietem fidelium dirigentibus deliberato conſilio greſſus noſtros. Accidit (8) igitur inter occupationes & curas publicas, quibus invitus curarum animus non potuit obſtitiſſe, perſonam noſtram præ infirmitate corporis (9) incurriſſe diſcraſiam, quam cum virtute ſic vicimus, ut Imperialiter exiſtentibus nobis in caſtris, die cretica terminata (10) victorioſum proceſſum & felicem victoriam Cæſaream non præſumeret ulterius impedire &c. Quapropter authore Domino, qui regibus & principibus dat ſalutem, in priſtinam convaleſcentiam reſtituti, fortiores facti, & timores æſtivi (11) temporis contemnentes cœptum iter adductis viribus & undique potentia noſtra congregata, proſequimur: & in Romaniolam procedentes, quocunque (12) rebelles occurrerint, per noſtram potentiam ſub pedibus noſtris oppreſſuri. Et ut vos omnes & ſinguli, tam de reſumpta convaleſcentia quam de ſucceſſibus ſubſecutis confortari velitis plenius & lætari, iſtud vobis ſignificamus ad omnem dubietatem (13) penitus amovendam, quia [Rege regum cum ſuo miſericorditer Principe

(6) *motibus* l. timoribus. (7) *veſtræ ac* l. noſtræ à. (8) *accidit* l. accedit. (9) *corporis* l. temporis. (10) *terminata* l. comminata. (11) *æſtivi* l. ab æſtu. (12) *quocunque* l. quoſcunque. (13) *dubietatem* l. dubitationem.

cipe diſpenſante]' optata (14) ſalus & ſperata hoſtium victoria ſubſequuntur.

Cap. LXXV.

Regratiatur civitati, quod ſuum familiarem in Poteſtatem eligentes multipliciter honorarunt (1).

PUra fides & experta devotio, quibus inter alios Imperii Romani fideles clarius in conſpectu noſtræ Celſitudinis præfulgetis (2), argumentum nobis firmæ fiduciæ præbuerunt, ut in omnibus quæ decus Excellentiæ noſtræ reſpiciunt [vos ſecuriſſime requirentes 3] de vobis amodo firmius & fiducialius confidamus. Latere namque conſcientiam noſtram, vel à tenacitate memoriæ noſtræ nullatenus cecidiſſe credatis, qualiter vos præ cæteris Arelatenſibus regni fidelibus, H. de Ravello (4), Seneſchallum noſtrum & ipſius regni vicarium, ob honorem culminis noſtri gratius & honorabilius pertractaſtis, exhibentes vos eidem in omni ſinceritate devotos, quæ grata nobis extitit & Imperio fructuoſa. Nec nos præteriit, quod T. de &c. militem Papienſem, & nobis tam probabili præſumptione fidelem, rectorem veſtrum anni præteriti, de noſtra familia provide recepiſtis. Ex quibus omnibus laudabiliter informati, quod vos inſeparabiliter voluiſtis nobis glutino devotionis & fidei glutinari, ad vos oculum providentiæ noſtræ verſa vice dirigimus, de proſpero ſtatu veſtro, nec non & de

(14) *optata* l. obtenta. (1) vid. Cap. 74. n. 1. (2) *præfulgetis* l. præfulgentis. (3) [ ] deſunt. (4) *Ravello* l. Bavello.

de ſalubri regimine præcipua ſolicitudine cogitantes. Et cum inter (5) curas ſolicitudinis noſtræ revolvimus, qualiter per nos vobis poſſet in ipſo (6) ſalubrius & cautius provideri, illud tandem tenaci meditatione tanquam honorificentius nobis & vobis duximus eligendum, quod ad hoc vires & potentiam noſtram veſtris profectibus ſtrictius & peculiarius obligetis. Ad quod, prout perſpicaciter intueri poteſtis, nulla nos inducit ambitio, quod curam regiminis civitatis unius quantumcunque nobis ſinceritate experta fidelis aſſumere cupiamus, qui fere totius orbis habenas univerſaliter moderamur: ſed ut affectionis noſtræ zelum vobis ſingulariter oſtendamus, & ut (7) ad conſiderationem omnium manifeſtiſſime deducatur: quod dum humeris noſtris ſarcinam regiminis veſtri libenter imponimus, regi vos provide ac ſalubriter affectemus, ut ſine culminis noſtri læſione lædi per aliquem non poſſitis.

Cap. LXXVI.

Communitati, quod parent nuncios mittendos Cremonam, ubi intendit Curiam celebrare.

QUaliter jura Imperii pro varietate temporis præcedentis conculcata jaceant (1) & depreſſa, qualiter ejus tranquillitas fuerit olim & ſit uſque ad hæc felicia (2) noſtra tempora [quod anxie dicimus] perturbata, univerſi de Imperio cujuſcunque officii, vel conditio-

(5) *inter* abeſt. (6) *in ipſo* deſunt. (7) *ut* abeſt.
(1) *jaceant* abeſt. (2) *hæc felicia* deſunt.

ditionis in oppreſſionibus propriis perſonarum, & rerum diſpendiis ſenſerunt, & ſentiunt inceſſanter. Nec immerito membra in capite patiuntur, ſine cujus integritate, ſicut ab experto cognoſcitis, nequit membrorum compago illæſa ſervari, & vix (3) ſperant reformationem admittere ſui ſtatus: niſi redintegratio præparetur capiti, à quo ſubſiſtentia virium recipiunt firmitatem. Sic enim eſt per fas & nefas deductum Imperium, ſic eſt nequiter deducta (4) conditio ſubditorum, ut expediat penitus illicitos exceſſus, aliquando nobis videntibus perpetratos, conniventibus oculis pertranſire: &, quod omnino eſt gravius ab imminentis ruinæ periculo nonnunquam abſtinere licitum (5), velle quod (6) nolumus cogeremur. Volentes itaque jura Imperii in ſtatum optimum reformare, ſubditorum oppreſſionibus condolentes, apud Cremonam, proximo die feſtivitatis Reſurrectionis Dominicæ nunc inſtantis, de conſilio principum Palatinorum ſolennem induximus Curiam celebrandam. Quapropter vobis ſub debito fidelitatis, quo nobis aſtricti tenemini, firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus veſtros milites armis & equis, qua convenit diligentia, præparetis, ut quum (7) ad finitimas partes Imp. noveritis nos feliciter dirigere iter noſtrum, eosdem ante noſtram præſentiam tranſmittatis: de condigna retributione ſecuri, quia nobis (8) & veſtris benemeritis curabimus reſpondere.

Kk Cap.

(3) *vix* l. ejus. (4) *deducta* abeſt. (5) *licitum* abeſt. (6) *quod* l. quo. (7) *quum* l. quando. (8) *quia nobis* l. quæ vobis.

Cap. LXXVII.

Rex Conradus ſignificat adventum ſuum de Alamannia in regnum cuidam Magnati.

VOlentes devotionem tuam felicibus noſtræ Majeſtatis recreare proceſſibus, fidelitati tuæ duximus ad gaudium intimandum, quod de negotiis omnibus in partibus Alamanniæ & ſubſequenter in Lombardia, pro voto diſpoſitis, & ad honorem culminis noſtri ſalubriter ordinatis, die lunæ quarto inſtantis menſis Decembris greſſus noſtros feliciter de Verona moventes, apud Lugnaniam die ipſo venimus pernoctare: ſequenti die Martis Vicentiam accedentes: & exinde verſus portum Piſanii continuatis proceſſuri dietis, die lunæ 11. Menſis ejusdem felici agmine galeas intrabimus in hæreditarium regnum noſtrum Siciliæ eveſtigio acceſſuri. Ubi applicantes Deo duce ſalubriter, quam jam per præcedentes indiximus Excellentiæ noſtræ literas, in feſto Nativitatis Dominicæ proximo veniente, pro reformatione ipſius provinciæ, & fidelium noſtrorum ſtatu ſalubri, apud Foggiam tenere propoſuimus Curiam generalem. Quare fidelitatem tuam hortamur attentius & mandamus, quatenus felicium ſucceſſuum noſtrorum votiva recreatione lætatus, circa Majeſtatis noſtræ negocia vel ſervitia more ſolito, ſic laudabiliter & ſtrenue ac devote te geras, ut in conſpectu noſtri culminis gratioſus appareas, & commendabilis præſenteris. Nos enim alta mente conce-

cepi-

cepimus, tam de ſervitiis quæ divæ memoriæ genitori noſtro, nobis & Imperio, tua inceſſanter fidelitas contulit fideliter & gratanter, quam de his, quæ veſtræ te ſperamus Celſitudini gratioſius in antea collaturum, devotionem tuam dignis extollere præmiis meritorum.

Cap. LXXVIII.

Idem ſignificat ſe iturum contra rebelles, & animat in fide fideles, narrando magnitudinem ſui exercitus (1).

FIdem & devotionem noſtrorum fidelium, & quondam feliciſſimi patris noſtri [divæ memoriæ] recolendam (2), quam poſt ejus obitum inviolatam permanſiſſe cognovimus, & ad proſperum (3) honorem noſtrum noſtræque ſublimitatis augmentum, placidæ ſucceſſionis ordine ardentius anhelare volentes, & eorum bonis exigentibus meritis ad ſtatum pacificum & (4) magnificum promovere, ut perſeverantiam fidelitatis veſtræ nobis gratam & vobis utilem cognoſcatis: ecce quod ad partes Imperii pro exterminatione hoſtium veſtrorum (5), noſtrorumque rebellium qui maxime Celſitudini noſtræ ſpontanei noluerunt ſubjacere, nec aſſiſtere nobis pro tranquillitate durabili conquirenda, cum felici & innume-

Cap. 77. deeſt in MS.

(1) Inſcriptio hujus Cap. in MS. ſic ſe habet: *Regratiatur civitati quod elegerat familiarem ſuum in poteſtatem.* Male omnino. (2) *recolendam* l. recolendi. (3) *proſperum* l. proſperitatem &. (4) *pacificum &* deſunt. (5) *veſtrorum* abeſt.

innumerabili exercitu noſtro feſtini dirigimus (6) greſſus noſtros. Quare dilectionem veſtram monemus attentius & hortamur, quatenus vos armis & equis & aliis exercitui neceſſariis, prout tanti negocii cura (7) depoſcit, laudabiliter præparetis: non tamen neceſſitate aliqua exigente (8), ſed ut propriis manibus de inimicis noſtris, in eorum pertinacia commorantibus gaudeatis ad vota recipere ultionem: procul dubio cognoſcentes, quod ſi quos (9) mandatorum noſtrorum invenerimus contemptores, de adventus noſtri terrore duntaxat eos diſpergi poteritis intueri, nec non qui à primo evaſionis noſtræ impetu evadere viderentur, receptaculis in quibus latent (10) penitus deſtituti ſpiritu (11), animata corpora pro volatilium & ferarum eſca tanquam cadavera derelinquent, niſi divina potentia aliquo inſperato caſu [quod abſit] noſtris proceſſibus opponatur. Præterea de potentia noſtri exercitus, non ampliato nomine veritatis, ſed potius (12) anguſtato volentes vos reddere certiores, ut in fidei verbo teneatis quod noſtrorum agminum fortitudo, 20. milia militum electorum, quantumcunque fortius poſſent obſiſtere, non timeret (13).

Cap.

(6) *dirigimus* l. direximus. (7) *cura* l. natura. (8) *exigente* abeſt. (9) *quos* l. quis. (10) *latent* l. latebunt. (11) *deſtituti ſpiritu* l. deſinente ſpiritu. (12) *potius* deeſt. (13) *timeret* l. timerent.

Cap. LXXIX.

Idem ſignificat Cremonenſibus ſe regnum pacifice poſſidere, & ſe iturum in Lombardiam, & ut pareant vicario (1).

FRequenter vobis deſcribere volumus altitudinem ſtatus noſtri, ut dum (2) in proſperis ſucceſſibus, quos divina nobis largitur potentia, veſtra devota fides & fidelis devotio glorietur: nobis etiam fuerint ipſa gaudia gratiora, ſi vobiſcum participamus eadem quos in exaltatione noſtra pro certo novimus (3) exaltari. Accedat ad vos igitur præſentium verborum compages, veſtris ſenſibus firmiter relatura, quod H. comite Caſertano, dilecto ſororio (4) noſtro, una cum civitate Capuæ, ad mandata noſtri culminis jam converſo, totum regnum habemus pacifice: ita, quod noſtro dominio taliter conculcatum nihil ibi jam ſupereſt noſtræ contrarium Majeſtati, nihil ibi reſiſtit de cætero votis noſtris. Ideoque collecto robore, viribus undique congregatis, reſumpto ſpiritu fortiori, tota mente proponimus intendere negotiis Lombardiæ: & perſonam noſtram, regna, divitias, & theſauros exponere pro noſtris rebellibus edomandis. Ad cujus propoſiti finem votivum, ut poſſimus ſalubrius pervenire; ad veſtram & aliorum fidelium ſalutem perpetuam, noſtramque gloriam & honorem (5), illo proditore nefa-

(1) Huic Ep. iterum perperam ſic inſcribitur: *Rex Conradus ſignificat adventum ſuum de Almannia in Regnum* (2) *dum* abeſt. (3) *novimus* l. monuimus. (4) *ſororio* l. ſocero. (5) *honorem* abeſt.

nefario Marchione (6) vocato Lancea damnato finaliter & in conditione publica forbannito, miſſisque (7) in exilium ſuis omnibus qui morabantur in regno: fidelem & ſolicitum virum, qualibet ſuſpicione carentem, de quo ſicut de nobismetipſis confidimus (8), Ubertum Marchionem Palatinum, dilectum familiarem & fidelem noſtrum, à Papia ſuperius, ſicut inferius per totam Lombardiam ſtatuimus in officio vicariæ. Fidelitati veſtræ firmiter injungentes, quatenus eidem tanquam perſonæ noſtræ, noſtram in eo potentiam figurantes, ad honorem & fidelitatem noſtram intendere ac parcere (9) curetis. Præcipue autem diebus iſtis in defenſionem civitatis noſtræ Terdonenſis, & (10) requiſitionem & mandatum ipſius oſtendere (11) vos benevolos, & paratos, ut civitas ipſa poſſe fidelium defenſa, offenſam infidelium non formidet. Amen (12) &c.

Cap. LXXX.

Civitati, ut faciant guerram Mediolanenſibus, donec iverit ad eos, cum paratus ſit ad iter.

EXpectantes expectaſtis, & deſiderio deſideraſtis hactenus, ut in manu forti Italiam ingredi perſonaliter deberemus. Ecce (1) venimus, & tam cum honorabili militum comitiva, quam (2) à longe retroactis tempo-

(6) *Marchione* abeſt. (7) *miſſisque* l. univerſisque. (8) *confidimus* abeſt. (9) *parcere* l. parere. (10) *&* l. ad. (11) *oſtendere* l. oſtendite. (12) *Amen* abeſt. (1) *Ecce* l. Ecce quod. (2) *quam* l. quanta.

temporibus Romani principes in Italiam non duxerunt. Propter quod non injuſte credidimus, ut noſtri Imperii rebelles, ad jura, nec minus ad vires noſtras reſpectum habentes, mandatis noſtris exponere ſe deberent: qui tam antiquæ ſpiritu rebellionis aſſumpto, noſtris contradicere viribus moliuntur. Et quia pugnæ diſcrimine (3) campeſtria bella nobiſcum aggredi reformidant, per locorum anguſta & fluminum vada victorioſi exercitus noſtri transitum præpedire (4) nituntur, armatorum ſuorum globos militibus noſtris objicere molientes: ut ad commune certamen liberum & expeditum nequeant habere progreſſum. Mediolanenſes præterea, qui inter cæteros rebelles noſtros, contra nos & Imperium noſtrum vexillum ſibi nequitiæ erigere præſumpſerunt, militum ſuorum turmas, per ſingula loca iter noſtrum debilitatum deſcribunt, per quæ ad nos (5) habere tranſitum deberemus, præpedientes in hoc vires Imperii, & noſtras, quas ſaltem vicinatione locorum formidare deberent, nihilominus contemnentes. Cur igitur firmi noſtri propoſiti ſit, cum felici exercitu noſtro ad partes ipſas accedere, ut ſerpentis nequitiam non in cauda, ſed in capite conteramus: devotioni veſtræ mandavimus (6), quatenus, ſicut honorem Imperii diligitis, & ſalutem noſtram optatis, contra Mediolanenſes & eorum ſequaces alios, qui ſic in dedecus & læſionem noſtram, noſtrorumque fidelium effrene vagantur, ad guerram eveſtigio reſurgatis: ut ſic ipſos,

(3) *diſcrimine* l. diſcrimen. (4) *præpedire* l. prætendere. (5) *nos* l. vos. (6) *mandavimus* l. mandamus.

ipſos, qui contra nos & Imperium & in (7) fideles noſtros alios laſcivire nituntur, ad defenſionem domus propriæ neceſſario revocetis: quod multitudinem devotionis veſtræ, quam in auribus noſtris retroactis temporibus ſpondebatis, in oculis Excellentiæ noſtræ, nos experiri (8) viriliter videamus.

Cap. LXXXI.

Magiſter Petrus de Vineis ſignificat magiſtro Rofredo ut vadat ad Curiam.

SUo magiſtro Rofredo de Benevento, ſuus P. de Vinea novæ relationis gaudium & veteris devotionis affectum. Adventum veſtrum ad Curiam, ante vocationem expedire credimus. Nunc autem credimus oportere, ne vocans in vocato contemptum, & imperans per vocationis literas habeat ſe deceptum. Igitur, ut breviter me expediam, vel venire ſocerum expedit, vel generum non remitti &c.

Cap. LXXXII.

Aretinis fidelibus ſuis, ut parent ſe armis & equis, cum expeditis jam nogociis Lombardiæ intendat ire in regnum.

UT veſtræ devotionis integritas, quam noſtræ proſperitatis (1) avidam fore confidimus,

(7) *in* abeſt. (8) *nos experiri* l. vos expediri. Cap. 81. deeſt in MS.
(1) *proſperitatis* l. Serenitatis.

fidimus, firmam de felicis noſtri (2) vicinitate fiduciam, & plenam de noſtrorum grata diſpoſitione proceſſuum cauſam jucunditatis aſſumat: ad notitiam veſtram præſentium tenore perducimus, quod negociis ſuperiorum partium Lombardiæ, in quibus nos hactenus neceſſaria & utilis cauſa detinuit, ſalubriter ordinatis ad votum, jam Cremonam advenimus, ubi jam Ezelinum de Romania dilectum filium noſtrum, cum nepte ſua Heinrico regi Sardiniæ, dilecto filio noſtro, matrimoniali commercio copulanda: nec non Ambaſiatores civitatum à Papia inferius, quos celeriter ad noſtram provinciam (3) venire mandavimus, pro regionis hujusmodi negociis diſponendis utiliter, de die in diem continue expectantes, ad partes Thuſciæ, continuatis dietis, conſtanter (4) intendimus dirigere greſſus noſtros. Volentes igitur, ut ſtatus ipſarum partium, quas, velut charum & nobile membrum Imperii, quadam affectione præcipua Serenitas noſtra videre deſiderat, in felici adventu noſtro, quem vobis in proximo pollicemur, tam viriliter quam provide reformetur: ut (5) incauta noſtrorum corda rebellium, de quibus finalis & deſiderata victoria noſtræ potentiæ gladio reſervatur, ſicut in abſentia noſtra gloriati ſunt hactenus, ſic ex vicinitate noſtræ potentiæ terreantur: fidelitatem veſtram, quam ſemper invenimus ad beneplacida noſtra paratam hortamur attentius & mandamus, quatenus ad requiſitionem Friderici

(2) *noſtri* l. adventus noſtri. (3) *provinciam* l. præſentiam. (4) *conſtanter* abeſt. (5) *ut* l. &.

derici de Antiochia, ſacri Imperii in Thuſcia vicarii generalis, dilecti filii noſtri, ſic in equorum & armorum apparatu continuo perſiſtatis, ut in adventu noſtro, civitatis veſtræ (6) ſubſidio magnifice noſtris viribus aggregato, [ad confuſionem noſtrorum rebellium intendere valeatis 7.]

Cap. LXXXIII.

Eisdem, ut mittant quatuor de ſapientibus viris ſuis ad eum, ſuper petitis conſilium impenſuris.

GRata ſatis eſt in conſpectu noſtro fidei veſtræ conſtantia, quam erga Majeſtatem noſtram clara ſemper operum exhibitione prætenditis, & prompta devotionis alacritate portatis, de qua præſtantia (1) laudum præconia (2) teſtimonia quæ veridica noſtrorum fidelium relatione ſuſcepimus, & nos ipſi jam multotiens experimento manifeſto per opera (3), ſine quibusdam (4) relatibus, certi ſumus. Ex quibus ſane digna commendatione vos proſequimur, & benevolentiæ noſtræ gratiam tanto vobis favorabilius pollicemur, quanto devotionem veſtram fructuoſiorem in noſtris ſervitiis experimur. Cumque pro quibusdam Excellentiæ noſtræ negotiis quæ honorem noſtrum & commoda noſtra (5) [reſpiciunt, univerſitatis veſtræ conſilium utile

(6) *civitatis veſtræ* deſunt. (7) [ ] deſunt. (1) *præſtantia* l. præſtant. (2) *præconia* deeſt. (3) *manifeſto per opera* deſunt. (4) *quibusdam* l. cujusquam. (5) *noſtra* l. & utilitates noſtras.

utile reputemus: fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus, ſicut honorem noſtrum & utilitates noſtras 6] appetitis, ſtatim receptis præſentibus, quatuor de ſapientibus viris veſtris, plena veſtrum authoritate ſuffultis, ad Majeſtatis noſtræ præſentiam deſtinetis.

Cap. LXXXIV.

Capitaneo reſpondet, commendans eum de proceſſu habito per eum, & inſtruit qualiter ſit proceſſurus.

Conſueta benignitate recepit Excellentia noſtra literas, per te noſtro culmini deſtinatas, & vidimus ipſarum continentiam diligenter. Super eo ſane, quod ſcripſiſti, te propter quædam diverſimode intellecta de ſtatu civitatis Thaurini, quæ tibi videbantur obliqua, cum magna militum & peditum comitiva, perſonaliter ad terram ipſam greſſus tuos cum feſtinantia direxiſſe, & ibidem hinc-inde diligenter exquiſitis, & caute, quæ ad cautelam ſervitiorum noſtrorum exquirenda penſaſti, quosdam, qui videbantur magis eſſe ſuſpecti, per perſonas capi ſtatuens (1), ipſosque faciens (2) cum diligentia cuſtodiri: tuum exinde ſtudium, & induſtriam evidentem, quæ circa noſtræ Celſitudinis augmentum, in his & aliis te apponere (3) cognoſcimus, non immerito commendamus. Verum cum tam propter rebellium noſtrorum depreſſionem, ad quam

(6) [ ] deſunt. (1) *ſtatuens* l. ſtatueris. (2) *faciens* l. facis. (3) *apponere* l. opponere plane.

quam efficacius inferendam te ſtudioſum fore credimus & attentum, quam propter fidelium noſtrorum ſalutarem defenſionem, milites tuæ juriſdictionis dudum ſuppoſitos (4), equis & armis volumus eſſe munitos, ita, quod per defectum (5) armorum & equorum, ſervitia noſtra non remaneant imperfecta: devotioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſic inſtanter procures & facias, quod omnes tuæ juriſdictioni ſubjecti, qui equos retinere debent & arma; ſint ipſis (6) ut convenit ſine mora qualibet (7) præparati, ad noſtrum ſervitium tecum laudabiliter proceſſuri. Super aliis vero quæ ſcripſiſti Celſitudo noſtra providere curabit, prout honori noſtro viderimus expedire. Tu autem in his & aliis ſervitiis noſtris, & maxime circa diligentem cuſtodiam civitatis Thaurini, taliter prævigil & ſtudioſus intendas, quod ipſa operum patens efficacia, in Excellentiæ noſtræ oculis te, juxta ſolitum, commendabilem repræſentet.

Cap. LXXXV.

Vicario, ut diffidat Januenſibus rebellibus (1) *Imperii, qui mentiti ſunt fidem quam promiſerant.*

VEnientibus ad præſentiam noſtram pridem nunciis Januenſibus, & pro parte totius communis eorum latis (2) literis,

(4) *ſuppoſitos* l. impoſitos. (5) *per defectum* l. pro defectu. (6) *ipſis* l. ipſi. (7) *qualibet* l. aliqua. (1) *Januenſibus rebellibus* l. Januenſes rebelles. (2) *latis* l. freti.

teris, ac (3) authoritate ipſorum promittentibus & jurantibus fidelitatem noſtram ſervare ac noſtris ſtare beneplacitis & mandatis: nos & Imperialis clementia dignitatis, qua tam glorioſum (4) repetamus (5) miſericorditer ſubditis ignoſcere, & eos in noſtra gratia (6) reformare, quam eorum deſiderare vindictam, per eosdem nuncios, & pro parte communis [eorum præſtitum juramentum benigne recepimus: ad civitatem ipſam, ſpeciales nuncios cum literis noſtris benignius transmittentes, qui recepto, ſicut moris eſt, fidelitatis ab omnibus debito juramento, eos reſtitutionis gratiæ noſtræ certos efficerent & jucundos. Sed cum iidem nuncii contrarium inveniſſent, fidem eorum qui pro parte communis 7] ad nos venerant in ſui promiſſione mentitam, & voluntates omnium in perfidia potius, quam in promiſſa fidelitate noſtra deprehenderent (8) obſtinatas: ad nos ſine quolibet affectu (9) reverſi, nunciarunt Januenſes in errore & rebellione ſolita, pro eorum infortunio perdurare. Cum igitur invitis gratia non præſtetur, & in contemptores gratiæ ac rebellionis amicos, in proximo maneat debitæ judicium ultionis: eos (10) tanquam infideles cum fidelibus noſtris participare nolentes, nec uti aliqua commoditate cum eis: fidelitati tuæ mandamus, quatenus de cætera communi Januenſium opportunitatem, quam (11) tecum in terra

(3) *ac* abeſt. (4) *tam glorioſum* l. glorioſius. (5) *repetamus* l. reputamus. (6) *gratia* l. fide. (7) [ ] deſunt. (8) *deprehenderent* l. deprehenderet. (9) *affectu* l. effectu. (10) *eos* abeſt. (11) *opportunitatem quam* l. opportunitate qua.

terra (12) ſoliti ſunt habere, penitus deneges & diffides eos tanquam inimicos noſtros & Imperii per nuncios ſpeciales: damna rerum & perſonarum ipſis ubicunque ſe facultas obtulerit, inferendo. Nos enim qui usque modo cum patientia diſſimulavimus inſolentiam & perfidiam eorundem, ipſos ad conſervationem (13) & pœnitentiam expectantes, in eorum ultionem contra eos amodo potentiæ (14) noſtræ brachium taliter extendemus (15), ut cujus gratiam contempſerunt, indignationem ſentiant & vindictam.

Cap. LXXXVI.

Narrat Communitati rumores, & petit ut mittat ad exercitum omnes bellatores.

UT de felicibus Excellentiæ noſtræ proceſſibus, recreationis ſpiritum à nobis (1) devotio veſtra ſuſcipiat, & nobiſcum expectatæ victoriæ, cujus de (2) nefanda rebellione Parmenſium, indubitatam ſpem gerimus, grata (3) participatione lætetur: ſcire vos volumus, quod die ſecundo (4) præſentis menſis Auguſti (5), ad obſidionem Parmæ victorioſe proceſſimus: aſſiſtentibus nobis noſtrorum fidelium viribus, qui de adjacentibus Liguriæ partibus voluntarie convenerunt. Quare

(12) *terra* l. terra tua. (13) *conſervationem* l. converſionem. (14) *potentiæ* l. pœnitentiæ. (15) *extendemus* l. exercemus. (1) *à nobis* l. à majeſtate noſtra. (2) *de* abeſt. (3) *grata* abeſt. (4) *die ſecundo* l. die martis ſecunda. (5) *Auguſti* deeſt.

Quare devotioni veſtræ præcipimus, quatenus, ſicut unquam gratiam noſtram charam habetis, & noſtram ac Imperii exaltationem diligitis ad requiſitionem Friderici de Antiochia, comitis Albæ, & ſacri Imperii in Thuſcia vicarii generalis, dilecti filii noſtri, cui exinde ſcribimus, quantumcunque poteſtis multitudinem bellatorum, ad felicem exercitum noſtrum, cujus eſt jam præſto victoria, potenter & hilariter transmittatis: de (6) quæſitæ laudis titulis (7) lætaturi, cum de ipſius celeri expugnatione fiduciam, egredientium continue de terra ipſa relatio, quos non immodica (8) quantitate præſentis potentiæ noſtræ timor educit, indubitabilem largiatur. &c.

Cap. LXXXVII.

Super eodem ſcribit Mutinenſibus fidelibus ſuis.

Benigne recepit Excellentia noſtra literas quas miſiſtis, & earum plene collegimus intimata. Gratum gerimus admodum quod felices audire rumores de proſperis noſtris proceſſibus (1) cupientes, vos ad noſtra ſervitia promptos & avidos obtuliſtis. De quibus volentes veſtra viſcera recreare, fidelitati veſtræ tenore præſentium intimamus, quod nos ad puniendum (2) proditorum Parmenſium perfidiam, eorumque ſuperbiam (3) conterendam, in numeroſo exercitu congregato,

(6) *de* abeſt. (7) *titulis* l. titulos. (8) *immodica* l. modica. (1) *proceſſibus* l. ſucceſſibus. (2) *puniendum* l. puniendam. (3) *eorumque ſuperbiam* deſunt.

gato, cum Lombardis noſtris fidelibus, qui juxta mandatum noſtrum nobis aſſiſtunt, unanimiter & potenter ad obſidionem Parmenſium proceſſimus (4): eandem ſic ſtrictius coarctantes, quod ipſam procul dubio voluntariam vel invitam (5) redire in brevi ad noſtrum dominium oportebit. Volumus igitur & mandamus, quatenus (6), ut tantæ victoriæ participes exiſtentes, armatorum honorabilem comitivam; ſicut unquam nobis placere cupitis & ſervire, ad noſtram præſentiam celeriter transmittere ſtudeatis.

(4) *proceſſimus* abeſt. (5) *voluntariam vel invitam* l. voluntarie vel invite. (6) *quatenus* abeſt.

FINIS LIBRI TERTII.

MAG 2021368

Digitized by Google